



UAN

DAD AUTÓNOMA DE NUEVO  
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC




KKT500  
A9  
1737  
v.4  
c.1



1080045268

TKI  
7



UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN



DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

COMMENTARII  
**JURIS CIVILIS**  
IN HISPANIÆ REGIAS  
**CONSTITUTIONES.**

AUTHORE

**ALPHONSO DE AZEVEDO,**

DOCTORE J. C. PLACENTIÆQUE CIVITATIS  
IN HISPANIARUM REGNIS CIVE ET INCOLA.

**TOMUS QUARTUS,**

SEXTUM ET SEPTIMUM LIBRUM  
NOVÆ RECOPIATIONIS COMPLECTENS.



**LUGDUNI,**

Apud **FRATRES DEVILLE**

**M. DCCXXXVII**

I N D E X  
T I T U L O R U M  
I N V O L U M I N E H O C  
C O N T E N T O R U M .

## EX LIBRO VI.

**TITULUS I.** De los Caval-  
leros.

**TITULUS II.** De los Hijos  
Dalgo.

**TITULUS III.** De lo que los  
Hijos Dalgo, y otras personas  
han de aver en las behetrias, y  
solariegos, y encartaciones: y  
como de ven ser tratados los vas-  
sallos dellos.

**TITULUS IV.** Como los vassallos  
de los Reyes que tienen tierra,  
o sueldo, han de ir à servir à  
las guerras, y de sus Capitanes.

**TITULUS V.** De los Castillos,  
Fortalezas, y muros.

**TITULUS VI.** De las Armas.

**TITULUS VII.** De las Cortes,  
y Procuradores del Reyno.

**TITULUS VIII.** De los Em-  
bajadores.

**TITULUS XI.** De las imposi-  
ciones, tributos, y portazgos,  
y estancos.

**TITULUS XIII.** De los teso-

ros, y mineros de oro y plata,  
o otro qualquier metal, y pozos  
de sal, y bienes mostrencos, y  
hallados.

**TITULUS XIV.** De los pe-  
chos, y servicios, y essentos,  
y escusados dellos.

**TITULUS XVIII.** De las co-  
sas prohibidas sacar del reyno, y  
meter en el, y de las que pue-  
den andar libremente por el  
reyno.

**TITULUS XX.** De los Laca-  
yos, y otros criados.

## EX LIBRO VII.

**TITULUS I.** De los Ayunta-  
mientos de los Concejos, Jus-  
ticia, y Regidores, y de sus  
ordenanças.

**TITULUS II.** De la guarda  
que se ha de hazer à las ciuda-  
des y villas de los privilegios,  
y costumbres que tienen en ele-  
gir, y nombrar oficiales.

**TITULUS III.** De los regimi-  
entos, juradorias, y los otros  
oficios publicos de los Concejos.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE VERACRUZ

DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECA



- TITULUS IV. De la renunciacion de los officios publicos. les, y jornaleros, y menestrales, y mesoneros.
- TITULUS V. De los propios, y rentas de los Concejos. TITULUS XII. De los trajes, y vestidos.
- Pragmatica, sobre la conservacion, y aumento de los positos, y distribucion del pan dellos. TITULUS XIII. Del ombraje de los paños.
- TITULUS VI. Del repartimiento que pueden hazer los pueblos, y de la quiebra que se ha de hazer à los lugares despoblados. TITULUS XIV. De las primeras declaraciones de las leyes del titulo passado del obraje de los paños.
- TITULUS VII. De los terminos publicos, y de dehesas, y montes, y pastos de las ciudades, villas, y lugares. TITULUS XV. De la segunda declaracion que se hizo de las dichas declaraciones y leyes primeras de los paños.
- TITULUS VIII. De la caza, y pesca, y que no se mate terneros, ni terneras. TITULUS XVI. De la tercera declaracion del obraje de los paños, y leyes susodichas.
- TITULUS IX. De los que se van à morar de un lugar à otro. TITULUS XVII. De los paños verbies, y estambrados, y quarta declaracion cerca del obraje de los paños.
- TITULUS X. De los navios. TITULUS XVIII. De los cerveros, y candeleros de sebo.
- TITULUS XI. De los officia-

FINIS.

LIBER SEXTUS



# LIBER SEXTUS IN ORDINE TAMEN PRIMUS

Secundæ Partis nostræ Regiæ Recopilationis.

QUI QUIDEM LIBER CUM SIT PRINCIPIUM secundæ hujus Recopilationis partis, difficillimè ad præcedentem librum continuari potest, sed potius ab eo sequentes continuandi sunt, tanquam à principio libri, idèò omitto continuationis ordinem, & ab hoc principio sequentes continuo titulos, præsertim cum de libro ad librum non sit ita necessaria continuatio, sicut de titulo ad titulum, imò neque ulla continuatio est de necessitate, ut inquit Mendoza, in Rubrica ad apparatus tituli. ff. de Pactis. Et Marcus Ant. Bardo, in Tract. de tempore utili, & continuo. c. 16. per totum, Tomo 5. fol. 210. novissimorum Tractatum diversorum Doctorum.

## TITULUS PRIMUS. DE LOS CAVALLEROS.

SUMMARIUM.

- 1 Cavallico, Latine Miles, qui dicitur. 2 Mites dicitur propter malum & laborem, qua ferre debet pro defendenda Repa. 3 Mites armata militie ut quis dicitur, qua sunt necessaria.

RUBRICA.

**P**RO cuius Rubricæ introductione & cognitione sciendum est, nomen hoc Hispanum Cavalleros, Latine Milites & idem esse, nam secundum l. 1. titulo 21. part. 2. Cavalleria suellamada antiguamente la Compañia de los nobles homes, que fueron puestas para defender las tierras, e por esso le pusieron nome en Latin, Militia. que quiere tanto dezir como Compañias de homes duros e fuertes, escogidos para sufrir trabajo e mal, trabajando e lacerando por pro de todos comunamente, Et inde dicuntur milites & propter malum, & laborem, que ferre debent pro de- Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. A fendenda

- TITULUS IV. De la renunciacion de los officios publicos. les, y jornaleros, y menestrales, y mesoneros.
- TITULUS V. De los propios, y rentas de los Concejos. TITULUS XII. De los trajes, y vestidos.
- Pragmatica, sobre la conservacion, y aumento de los positos, y distribucion del pan dellos. TITULUS XIII. Del ombraje de los paños.
- TITULUS VI. Del repartimiento que pueden hazer los pueblos, y de la quiebra que se ha de hazer à los lugares despoblados. TITULUS XIV. De las primeras declaraciones de las leyes del titulo passado del obraje de los paños.
- TITULUS VII. De los terminos publicos, y de dehesas, y montes, y pastos de las ciudades, villas, y lugares. TITULUS XV. De la segunda declaracion que se hizo de las dichas declaraciones y leyes primeras de los paños.
- TITULUS VIII. De la caza, y pesca, y que no se mate terneros, ni terneras. TITULUS XVI. De la tercera declaracion del obraje de los paños, y leyes susodichas.
- TITULUS IX. De los que se van à morar de un lugar à otro. TITULUS XVII. De los paños verbies, y estambrados, y quarta declaracion cerca del obraje de los paños.
- TITULUS X. De los navios. TITULUS XVIII. De los cerveros, y candeleros de sebo.
- TITULUS XI. De los officia-

FINIS.

LIBER SEXTUS



# LIBER SEXTUS IN ORDINE TAMEN PRIMUS

Secundæ Partis nostræ Regiæ Recopilationis.

QUI QUIDEM LIBER CUM SIT PRINCIPIUM secundæ hujus Recopilationis partis, difficillimè ad præcedentem librum continuari potest, sed potius ab eo sequentes continuandi sunt, tanquam à principio libri, idèò omitto continuationis ordinem, & ab hoc principio sequentes continuo titulos, præsertim cum de libro ad librum non sit ita necessaria continuatio, sicut de titulo ad titulum, imò neque ulla continuatio est de necessitate, ut inquit Mendoza, in Rubrica ad apparatus tituli. ff. de Pactis. Et Marcus Ant. Bardo, in Tract. de tempore utili, & continuo. c. 16. per totum, Tomo 5. fol. 210. novissimorum Tractatum diversorum Doctorum.

## TITULUS PRIMUS. DE LOS CAVALLEROS.

SUMMARIUM.

- 1 Cavallico, Latine Miles, qui dicitur. 2 Miles dicitur propter malum & laborem, qua ferre debet pro defendenda Repa. 3 Miles armata militie ut quis dicitur, qua sunt necessaria.

RUBRICA.

**P**RO cuius Rubricæ introductione & cognitione sciendum est, nomen hoc Hispanum Cavalleros, Latine Milites & idem esse, nam secundum l. 1. titulo 21. part. 2. Cavalleria suellamada antiguamente la Compañia de los nobles homes, que fueron puestas para defender las tierras, e por esso le pusieron nome en Latin, Militia. que quiere tanto dezir como Compañias de homes duros e fuertes, escogidos para sufrir trabajo e mal, trabajando e lacerando por pro de todos comunalmente, Et inde dicuntur milites & propter malum, & laborem, que ferre debent pro de Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. A defendenda

fundenda Republica, ut l. 1. ff. de Milit. testam. vel ut alii dicunt, à mille denominatur miles, quasi inter millia hominum unus eligebatur in militem secundum text. in d. l. 1. tit. 21. par. 2. mill. enim secundum l. 2. eod. tit. & part. Es el mas honrado cuento, que puede ser, ut per Gregor. in lib. 5. Moral. c. 1. Ubi traditur de perfectione hujus numeri, & adducit illud Apocalyp. c. 20. & regnabunt cum eo mille annis, & Psal. 104. quod mandavit in mille generationes, in nostra vero Hispania secundum d. l. 1. tit. 21. par. 2. Llamam cavalleria, no por razon que andan cavalgando en cavallos, mas porque bien anfi como los que andan a cavallo vas mas honradamente que en otro bestia, otra si los que son escogidos para cavalleros, son mas honrados que todos los otros defensores, onde anfi como el nome de la cavalleria fue tomado de Compañia de homes escogidos para defender, otro si fue tomado el nome de cavallero de la cavalleria, unde secundum Orator. communiter, & simpliciter, Cavalleros, appellamus, los que son personas nobles y principales que juntamente con la buena sangre tienen patrimonio y hacienda, o son descendientes de nobles y ricas familias, aunque ellos por sus personas sean pobres. Et hos secundum Orator. ibidem sub 4. part. Tractat. de Nobilit. cap. 11. num. 6. aliqui vocant, Cavalleros de espuela dorada, qui quidem erant inter nobiles, & de his non loquitur l. 1. & tres sequentes nostri tituli, sed l. 5. infra isto tit. & totus dictus titulus 21. part. 2. & ibi in illo tit. disponitur quomodo creabantur, & disponebantur, & in d. l. 5. de iis fit mentio, ubi & dicimus, an hodie milites nostri temporis gaudeant prerogativis antiquis, & quinque erant, & sunt necessaria, ut quis sit miles armata militiae, que enumerat D. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 4. ordinam. col. 1318. ubi & quatuorplex sit militia, declarat, & col. 1320. in fin. cum sequentibus, quot sunt militum genera, que quia ad nostram materiam non attinent, missu facio, cum concernant militarem militiae, & bellicam, & in progressu, & declaratione legum sequentium dicenda sunt alia materiam nostri tituli concernentia.

## IN LEGEM PRIMAM.

Quomodo milites armati privilegii concessu gaudere debent, cum essent antea plebei, & contributarii.

## SUMMARIUM.

1. Dicitio, per quanto, Latine quia, vel quoniam, pro causa ponitur. Pragmatica inducit causam finalem. ibidem.
2. Pragmatica est dicta a negotio ubi quid sit pragmatica.
3. Pragmatica sanctio quid est, & 4.
5. Lex nostra & tres sequentes loquuntur de militibus armatis, qui antea nobiles non erant. lex vero 5. infra eod. de illis, qui ante nobiles erant, & num. 13.
6. Militum armatarum tres formas & modos reperiri.
7. Milites, de espuela dorada, non eligebantur nisi nobiles essent.
8. Factum presumitur id, quod de jure erat faciendum, ubi inferitur ad questionem an ex tolerantia Domini censeretur facta investitura.

Hospitalia presumuntur adificata ab eo, qui illud facere debebat. ibid.

9. Factum quid esse presumitur sumptibus facientis.
10. Factum presumitur ab eo qui erat obligatus.
11. Pupillus presumitur alimentatus a matre vel curatore, neque presumitur vice versa de vero.
12. Factum quid presumitur in ea aetate, & tempore in quo erat faciendum. n. 12.
13. Miles hodie armatus presumitur ante fuisse ignobilis. Lacer & hodie etiam nobiles in milites armatos debet tamen probari nobilitas. eod. num. 13. & ibid. De los cavalleros pardos.
14. Auditores Regii de exemptionibus horum militum armatarum cognoscant. Non vero iudices nobilitatis, ut ibi.
15. Militum horum differentia eod. num. 14. & 15. ubi declarantur Orator, & Joan. Garf. per authorem.
15. Milites, De alarde, vulgo cavalleros de alarde, qui sunt & an differant ab aliis, ibidem, & ibi de militibus, De premia, o de guerra, o quantiosos.
16. Miles an possit alium in militem creare.

17. In-

17. Imperator, Rex, Princeps vel civitas habens auctoritatem legis concedere, possunt nobilitate, & ibi quod in regna, & n. 18. id profequitur.
19. Nobilis efficitur adherens lateri principis.
20. Nobilitas quis ex scientia. Doctor nobilis dicitur ex sola ratione dignitatis doctoratus. ibid.
21. Nobilitas doctrina & prudentia continentur.
22. Nobilitas etiam armis acquiritur.
23. Tribunarii non debent a Rege nobilitari, & 24. dictum optimum Regis Sigismundi.
25. Privilegium immunitatis alicui concessum restringendum est tanquam publice utilitati nocivum, & 26. ubi inferitur unum notabile.
27. Subrogatus sapit naturam illius in cuius locum subrogatur, non habet locum in privilegio.
28. Immunitas si simpliciter concedatur intelligitur de numeribus personalibus, & de extraordinariis ut ibi.
29. Privilegium eximium a Portagio in Regni & domini Regis concedenti intelligitur in locis concedentis ubi sua sunt, secus si aliorum sunt, ubi tunc si dubitatur ad Regis auctoritates canonum est, quia agitur de esse privilegio.
30. Privilegium alicui pro se, & filii concessum non extenditur ad nepotes.
31. Nepotes in stricta interpretatione non comprehenduntur appellatione filiorum.
32. Privilegium concessum alicui pro se, & filii masculis ac filiabus non comprehendit filias nuptas.
33. Privilegium Antonia Garfia ipsi & filiabus etiam nuptis, & maritis earum conceditur, ubi an gerent officia nobilitatis.
34. Privilegium immunitatis facilliter perditur, & quomodo, ubi usque ad num. 41. & iterum n. 48. profequitur cum declarationibus singularibus, & ibi quod in privilegiis de faciendo vel non faciendo.
42. Privilegium si continet plura capitula per contraveniendum unius capituli non censetur aliis renuntiatum, nisi ut ibi.
43. Privilegium concessum ex nobilitate naturali non perditur.
44. Onus probandi non usum privilegii cui incumbat.
45. Protestatio si fiat cum contravenitur privilegio an relevabit.
46. Renunciatio privilegii non est inducenda quoties aliud potest presumi ex actu facto contra privilegium.
47. Privilegio male utens perdit illud.
49. Beneficium etiam principis si resultat ex privilegio ut quia datur ut equum retineat non prodatur per contraveniendum.
50. Dilationes in locandum, prout, vel licet, limitantem inducunt. Ubi quando conditionaliter, quando casuivice ponatur, ibid. & num. 51. cum dicitur secundum quod sui antecessores fecerunt, an teneatur in si non solverunt. Verba relativa casuivice, non vero conditionaliter, censentur apposita, ibidem & ibi limitantur. Azevedo in Recopilationem. Tom. IV.
52. Milites si an torqueri possint, & incarcerari nisi ut num. 53. & quod circa tributa non sunt exempti, & num. 71. ampliatur.
53. Paria an sint inesse qualitates per naturam, an per privilegium.
54. Privilegii verba sunt consideranda.
55. Mayora si constituantur in filium cum conditione quod ipse vel successor teneatur nubere cum nobili satisque nubens cum nobili ex privilegio, & 58.
56. Civis appellatione an comprehendatur civis ex privilegio, & 57. Inferitur ad collegia, & fraternitates ubi noviter conversi non admittuntur.
59. Nobiles ex privilegio an admittantur ad ordines militares, & n. 60. quia quoad onera imponenda.
61. Legato peni prater vinum, venit omnis peni excepto vino.
62. Statutum inducens ferias messium vel vindemiarum, exceptis aliquibus casibus, nulli alii casus admittuntur. Exceptio firmat regulam in contrarium, ibidem usque ad n. 71. non tamen eam ampliat, ut num. 63. & num. 64. inferitur ad renuntiationem casuum fortuitorum, quod non censetur renuntiatum insolutis casus, & n. 65.
72. Confirmatio tria operatur non tamen extensionem inducit n. 73. nisi ut n. 74. & 75.
76. Confirmatio quando videatur actum factum de novo.
77. Exempti propter artem non gaudent si artem non exercent.
78. Milites privilegiati propter equum non est necesse continuo illum habere, sed sufficit si habeant tempore belli, & necessitatis.
79. Auditores senatores cognoscunt de jure privilegii, non de facto, ibi.
80. Privilegia damnosa possunt per concedentem limitari, & revocari etiam absentibus partibus, num. 81.
82. Privilegium alicui & filii concessum de habitis post privilegium intelligitur, nisi ut usque ad n. 91. declaratur.
83. Filii nati ante dignitatem a patre adeptam non gaudent illa, & ibi declaratur.
84. Filius natus ante sacerdotium vel Regnum adeptum, non dicitur filius sacerdotis, vel Regis, & num. 85. etiam declaratur.
86. Privilegia militaria non transeunt ad nepotes, nisi ut num. 87.
88. Privilegia hidalgua ad omnes descendentes transeunt si in privilegio non sit aliter expressum, ubi num. 89. quod, & naturales filii gaudent.
92. Privilegium quando censetur reale vel personale.
93. Uxor vidua an gaudebit dicto privilegio marito concessa, & 94.
95. Esti relevat etiam ad Bellum, & qua & an debeat esse impleta.
96. A tutela que erat excuset, & que ab officii publicis & quomodo, & 97. & 98. & 99. & 100.
101. Intellectus legis nostra cum l. 3. tit. 19. part. 2.
102. Privilegia senectutis remissa.

A ij

103 Nullus



Nullus est ita senex quin non sperem vicia  
quinquennalis habeat, vel saltem per  
senum, ut ibi.

Ibi, Por quanto, Hoc fuit in causa, quod  
lex nostra condiderit, scilicet consuetudo  
pragmatica illius a Rege Joanne jusse publi-  
cari Toleti Anno 1422. & est in volumine  
pragmaticarum Regum catholicorum fol. 139.  
relata per Did. Perez in l. 4. titulo 1. lib. 4.  
ordinam. col. 1348. in primo. Dicitio enim hæc,  
Por quanto la rrienne, quia, vel quoniam ꝑ re-  
gulariter pro causa ponitur secundum Bartol.  
in l. demonstratio. §. quod autem, column. 3.  
versicul. item quid si resitor. ff. de censu. & de-  
monstrat, dicitque, & demonstrat causam finali-  
nem secundum Bald. in l. 1. column. 4. versicul.  
& nota. C. de fals. caus. adjecta. lega. eundem  
Bald. in l. 1. de feris. & sic ponitur in l. Rei ap-  
pellatione 5. in ordine ff. de verb. signif. ut ibi  
supra verbo quis, pagina 60. notat Rebus. & ꝑ  
consequens, quia pragmatica illa Regis  
Joannis disposuerat circa milites, de quibus  
hic, ideo lex nostra edita ab alio Rege, &  
confirmata a Ferdinando, & Elisabeth circa di-  
ctorum declarationem, & confirmationem dis-  
ponit, & sic causa finalis legis nostre condenda  
fuit dicta pragmatica Regis Joannis, prout  
denotat dicitio hæc, Por quanto, quæ est proce-  
dium nostre legis, quod quidem procedium  
inducit causam finalem, ut probat text. in l. fin.  
ff. de hered. instit. & diximus in l. 11. titulo 1.  
libro 4. supra numero 7. & 8. dictorumque in-  
telligentia ex causis sumenda est caput. intelli-  
gentia de verb. signif. & novissime de procedio,  
& fractione per Joannem Garliam de Nobilit.  
in divisione operis numero 2. cum sequentibus  
aliquibus.

Ibi, Pragmatica. Dicta a negotio, id enim  
sonat pragma, id est negotium ꝑ quod rem, &  
negotium diffinitur propositum principi, ut in-  
quit Iri locus Etymolog. libro 5. pragmatica enim  
sanctio dicitur proprie illud, quod princeps de  
consilio procerum ꝑ sentit, & statuit pro rebus  
communibus, & universitatibus. Cod. de diversis  
rescrip. l. fin. in fine & l. fin. Cod. de donatio. &  
promis. libro 12. & l. 2. Cod. de novo Cod. compon.  
9. & §. que & l. 1. §. §. que Cod. de Justin. Cod.  
compon. ubi glossa notatur in §. rescripta. 25.  
question. 2. in l. jubemus nullum Cod. de sacro-  
sanct. Eccles. in Authent. qua in provincia. Cod.  
Ubi discrimen agi oport. in l. non aliter. Cod. de  
Palat. sacranum largit. libro 12. in capitul. fundameta  
de elect. libro 6. & scribentes prag-  
maticas sanctiones lex vocat pragmaticos ff. de  
pomis l. moris §. solum dicta l. fin. Aliquando vero  
capitur pro annotatione, ꝑ que hic de rebus  
privatis l. jubemus. Cod. de appellatio. sive pro  
attestatione facta per Principem pro permuta-  
tione facta cum re ecclesie, in capitulo 1. de  
rerum permutatio. ubi glossa. pragmaticumque  
rescriptum principis dicitur secundum glossam  
in capitul. perveni 101. diffinitio. de quibus per  
Rip. in Rubr. de consist. numero 33. cum duobus  
sequentibus ubi, & declarat differentiam inter  
annotationem & pragmaticam, & reprobat  
Accurtium credentem eos dici pragmaticos, qui  
scribunt pragmaticas sanctiones, cum potius

secundum Ripam, ibi pragmatici sunt sapienter  
viri, qui partium consensu abique lre cau-  
sas dirimunt, quibus aliquando solet preles  
officium interdiciere l. majoris §. solum ff. de penult.  
legat. & hinc dicebat Juvenalis, Inde cadunt  
partes in fœdere pragmaticarum, & sic iustè  
pragmatica vocata est hæc a Joanne Secundo  
condita, de qua hic sic mentio, quia nego-  
cium ipsi Regi propositum circa hos milites de-  
auratos diffinivit, declaravit, & reformavit;  
ac sic lege in curiis condita diffinitur esset.

Ibi, Rey don Juan, Qui fuit secundus hujus  
nominis, & condidit hæc pragmaticam Toleti  
anno 1422. ut apparet ex eademmet pragmatica  
in volumine pragmaticarum antiquarum inserta  
sub verbo De hidalgos. 191. in ordine secundum  
ordinem, quem consensit, & in unum compila-  
vit volumen Doctor Didac. Perez fol. 139.

Ibi, Armados Cavallos, Lex nostra, & tres  
sequentes loquuntur de militibus armatis, & ꝑ  
qui antea nobiles non erant, ut expresse patet  
ex eorum verbis, & l. 5. infra eodem, loquuntur  
de illis, qui antea nobiles erant, prout lo-  
quitur titulus 21. part. 2. & notavit ad has  
leges Joannes Garlia in suo commento de nobilit.  
glossa 1. §. 1. numero 55. Quorum militum  
tres formas, ꝑ & modos reperiri, asseruit 6  
Otalora de nobilit. 4. parte capitul. 1. numero  
6. cum sequentibus & Joannes Garlia dict. nu-  
mero 51. usque ad 66. quarum formarum, ut  
a nobilitate incipiunt, est illa de qua dicitur  
titulo 21. part. 2. & in d. l. 5. infra eodem,  
scilicet militibus calcaris deaurati Hispani,  
De espuela dorada, & si non alii, quam no-  
biles in tales eligebantur ꝑ milites, ut inquit 7  
text. in l. 2. titulo 21. part. 2. maxime in l. 13.  
ibidem, dum dicit, E por ende mandaron los  
Antiguos, que el escudero que fuesse de noble  
linage, un dia antes que recibia la cavalleria, &  
in l. 14. ejusdem tituli 21. & part. 2. ibi. Pero  
antiguamente establecieron que a los nobles hombres  
biziesse cavallos, notat Humada, in l. 1. ti-  
tulo 21. part. 2. glossa 6. numero 2. ita ut an-  
tiquitas erat presumptio, & dictum commune  
miles armatus, ergo nobilis ante, ut inquit  
Otalora. ubi supra, & clarior Joannes Garlia  
ubi supra numero 52. ubi hoc comprobat ex do-  
ctrina Jason in l. Gallus §. quidam restit. 2. lect.  
numero 4. ff. de liber. & postum. dicentis, quod  
si aliquid fieri debuit sub certa forma, condi-  
tione, aut qualitate, si inveniatur factum,  
debet intelligi factum eo modo, quo fieri de-  
buit, est enim juris presumptio, quod factum  
presumitur, ꝑ quod de jure erat faciendum, 8  
juxta tradita ab Aymone Cravei. consil. 22.  
numero 3. & consil. 149. numero 12. & sequent.  
& Cephal. consil. 9. numero 16. volumin. 1. &  
tradebat Decius consil. 446. numero 7. ex quo  
inferebatur ad illam questionem de employeuti,  
an scilicet ex tolerantia domini conferretur de  
novo facta ut investitura. Nam sic de jure ad  
id tenebatur, presumere de novo facta;  
ut in simili consuluit Cephal. ubi supra, &  
facit illud, quod per text. in l. qui dicit ff. de  
servit. urban. prad. animadvertit, ibidem Florian.  
& habetur in l. illud ff. de acquirit. hered. &  
in l. filius ff. de Testam. milit. ubi id presumi-  
tur, quod prius erat faciendum, quando duo  
concur-

concurrunt, & hæc spectat, quod tradit Bartol.  
in l. cum servus. ff. de verborum oblig. & respon-  
dit Bald. consilio 378. numero 2. libro 1. quod  
hospitale presumitur edificatum ab eo, qui il-  
lud edificare debebat, legitime presumptio est,  
quod faciens actum presumitur facere ob cau-  
sam precedentis obligationis l. quædam ff. de  
res vend. vocat Menoch. titulo 1. de presump-  
tione libro 3. presumpcio 2. numero 8. Sicur &  
ubi factum requirit sumptus, presumitur fa-  
ctum ab illo, qui tenebatur facere suis sum-  
ptibus secundum Alexand. in dicit. l. cum servus  
numero 4. & simpliciter ꝑ factum presumitur  
sumptibus facientis secundum Bartol. in l. fin.  
6. in computatione column. 1. C. de jure delibe-  
rand. factumque presumitur ꝑ ab eo, qui erat  
obligatus facere, vel nomine ejus, live ejus  
mandato, ut per Cephal. de servitute urb.  
prad. cap. 40. numero 32. & Abb. consilio 2.  
numero 5. & sic inquit gloss. juncto text. in l. 2.  
C. de alimor. pupill. prad. quod pupillus præ-  
sumitur alimentatus a tutore, vel curatore ꝑ 3  
qui ad id teneret de jure, neque presumitur  
minorum vixisse de vento, & tradit Rochus  
de jure patr. verbo. Constituit numero 29. &  
de jure argum. dist. l. 2. inquit Abb. in capitulo  
cum virum. numero 4. de regul. quod illud  
quod consuevit fieri in certa ætate, vel tem-  
pore, & apparet factum, presumitur factum  
12 in illa ætate, vel tempore, ꝑ quod est optimum  
ad notitiam propositum. Nam cum antiquitas  
id soleret fieri, scilicet armatum militem De  
espuela dorada, esse nobilem, qui alius, quam  
tunc temporis, non solebat in talem mili-  
titem eligi si aliquem illius temporis reperiamus,  
nobilem ante esse, dicendum est ꝑ Et a  
contrario, nunc licet temporibus, ut ad secun-  
dam militum formam deveniamus, si aliquis  
nunc miles armatus, vulgo Cavallero armado,  
presumitur antea fuisse ignobilem, & tribu-  
rium ꝑ vulgo Pebrero, de quo lex nostra est  
testis cum tribus sequentibus, que in iis sunt  
intelligenda, & sic leges nostre prima, & tres  
sequentes differunt a lege 5. infra isto titulo  
in hoc quia illa lex 5. in militibus calcaris de-  
aurati, vulgo De espuela dorada, intelligitur,  
nostra, & tres sequentes in iis militibus armatis,  
vulgo Cavalleros armados. Ut sæpe dictum est,  
& notat Joannes Garl. dict. gloss. 1. §. 1. nu-  
mero 55. cum sequentibus, de quibus & per  
Otalora dict. capitula 1. part. quarta numero 7.  
& isti, non est necesse, quod sint fidalgi, &  
nobiles de genere, licet ut inquit Joannes Garlia  
dicto numero 56. etiam nobiles de genere, & fi-  
dalgi hæc secunda forma eliguntur in milites,  
teneantur tamen probare nobilitatem, si velint  
ea gaudere quoad tributa, quoad que non  
eximuntur ex eo, quod fiant milites armati,  
qui & vulgo etiam Cavalleros pardos, nuncu-  
pantur, & immunitas iis concessa, per pri-  
vilegium dicitur concessa, & per consequens  
auditors Regii de exemptionibus eorum cog-  
noscant, quoad ꝑ privilegia hæc, non vero  
judices nobilitum, ut inquit Joannes Garlia,  
dicto numero 56. ubi inter hæc, & precedentem  
militum formam differentias constituit,  
& describit, & Otalora, ubi supra, numero  
7. & 8. qui sunt inter se differentes. Nam Ota-  
Azedo in Recopilacione. Tom. IV.

lora dicto numero 7. inquit, quod isti etiam  
hujus secunde forme cum Regia solemnitate  
eliguntur, & nominantur in milites, Joannes  
vero Garlia, dicto numero 55. inquit, quod  
abique regia solemnitate milites armati fiant,  
& fortassis verius, nam solemnitas illa antiqua  
desit esse in usu, secundum Humada, in l.  
25. titulo 21. part. 2. glossa 1. in fine. Secundo,  
Otalora istos milites armatos vocat etiam Ca-  
valleros Pardos, in dicto numero 7. Joannes vero  
Garlia, in numero 56. hos Cavalleros Pardos  
distinguit a militibus armatis, vulgo, Caval-  
leros armados, in hac tamen secunda differentia  
plus militi placet opinio Otaloræ, scilicet,  
quod milites armati, & milites obscuri vulgo  
Cavalleros armados, o cavalleros pardos, iidem  
sunt. Alii vero sunt milites De alarde, ꝑ vulgo 15  
Cavalleros de alarde, qui quidem differunt a  
dictis militibus armatis, vel obscuris, & ab  
illis, De espuela dorada, & sic peculiari nomine  
nuncupantur, scilicet, Cavalleros de alarde o de  
premia, o de guerra, o quantosos, de quibus in  
jura tituli 1. libro 4. ordinam. veteris, & in  
nostra Recopilacione sub l. 10. cum sequentibus  
ipsius nostre tituli & libri, qui teneantur ire ad  
bella, & habere arma, & equos certi valoris,  
& omni anno facere demonstrationem, & sic  
Alarde, ut optime per Otalora, dist. 4. part.  
capitulo 1. numero 8. versic. milites antea ipsi  
ubi describit cedulam Regiam, a qua initium  
habuerant, & optime per Burgos de Paz, consil.  
46. numero 9. & 10. volum. 1. & de his aderant  
plures in hac civitate Placentina, qui tandem  
jussu Regis nostri Philippi aboleverunt, & ex-  
tinctus fuit eorum ordo, & forma, & nisi  
de iis voluisset intelligere Joann. Garl. in numero  
56. in prin. prout videtur intellexisse, ed quod  
allegat Otaloram ad hoc, sunt differentes, ut  
dixi, ipse, & Otalora, sin vero dum in nu-  
mero 56. tradit de Cavalleros pardos, voluit  
de iis de Alarde & de Quantia, & premia, in-  
telligere, idem in effectu dicunt, & in idem  
recidunt, licet diverso nomine eos nuncupent,  
& ibidem Otalora refert forum De Leon, circa  
istos milites, De Alarde, & de premia, & Quan-  
tia, olim constitutum. Ex quibus clare descerpes  
legum nostri tituli intellectus, ita ut nostra lex  
cum tribus sequentibus intelligatur de militibus  
secunde forme l. vero 5. infra eodem, de mili-  
tibus prime forme, leges vero 10. & sequentes  
de militibus tertie forme: Alia vero genera  
militum, & militiarum, de quibus per Do-  
ctores in Tractatibus de Militibus, & per Did.  
Perez, in l. 1. titulo 1. libro 4. ordinam. col.  
1320. cum sequentibus aliquibus, & per Men-  
chacam, de success. creat. libro 3. §. 30. numero  
189. & latissime per Cassan. in Catalogo gloria  
mundi 9. part. 9. consideratione, cum sequenti-  
bus, non sunt nostre materie, ideo omitten-  
da, neque iidem est necesse loqui de milita-  
ribus ordinibus, quia nihil ad propositum, &  
non debemus recedere a materiis legum com-  
mentatarum.

Ibi, Ans por el, como per su mandado. Sed  
contra hoc videtur textus in l. 1. titulo vigesimo  
quinto part. 4. & text. ad contrarium sensu, in l.  
11. titulo vigesimo-prime part. 2. ibi adnotante  
glossatore in glossa prima. ubi etiam tales potest  
A ij alium

16 alium in militem ¶ creare, & sic de consuetudine esse testator Joann. Faber. in Rubric. C. de Milit. testam. & facit doctrina Bart. in l. 1. C. de dignit. libro 12. ubi inquit, Imperatorem, Regem, Principem, vel alium Dominum, vel civitatem habentes potestatem condendi leges in suos, nobilitate ¶ posse, ergo lex nostra dum in iis verbis, soli Regi, vel cui ipse commiserit, & concesserit potestatem præbet nobilitandi, procedere non potest, propter quod glossa illa dicta l. 11. & Otalora. de nobilit. 4. parte capitulo 1. numero 7. & Joannes Garzia de nobilit. §. 1. glossa 1. numero 50. inquirunt ex lege nostra ¶ 5. & 6. & 7. infra eod. supra dicta concedere non posse alium quam Regem in suo Regno, & imperatorem in Imperio, vel alium, cui ipsi commiserint. Ex qua quidem l. 6. idem in Regia disponitur, & secundum hæc intelligenda sunt, & declaranda supra in contrarium adducta, ita ut intelligantur, Baronem, vel civitatem, vel militem id posse facere, dum tamen sit ex mandato Regis, ut inquit gloss. in d. l. 11. quia tunc videtur, ac si ipse fecisset, ut in cap. in causis, de elect. Nam ut ipsemet Rex dicit, omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartitur, & sic solus rex, vel cui ipse commiserit, id poterit, nam ex ipsius concessione, si privilegium ¶ id potest fieri secundum Bald. in l. facerem C. de dicit. rescripti. facit text. in cap. cum redemptor 12. quæ. 2. & in l. 2. §. fin. ff. de Natal. restit. & optima l. 6. rir. 27. pag. 2.

17 Ibi, Puede les dar honra de hijos dalgos a los que no fueren por linage, notat late Tiraquel de nobilit. capit. 6. per totum & Callan. in catalog. glor. mund. 8. par. considerat. 17. Ex quibus iure optime reprobat Tiraquel ubi supra, n. 6. ripam respos. 2. c. 126. dicentem solum Imperatorem nobilitate posse, non vero alios principes etiam non recognoscentes superiores, nam fallitur ripa in hoc, alius tamen, quam Imperator, vel rex in suo regno, vel cui ipse commiserit, non poterit nobilitate ex legibus nostris. Idque non solum princeps expresse facere potest, verum & tacite facere censetur, puta si quem lateri ipsius, permisso ejus ad-

18 herere, videmus. Nobilis enim ¶ ex hoc efficitur secundum Angel. in l. omnium column. 1. Jason. l. notab. C. qui testament. sacer. poss. & alios plures relatos per Tiraquellum, ubi supra n. 10. & idem si princeps suis legibus, & constitutionibus aliquos nobiles faceret, prout fecit advocatos, licentiatos, & doctores, ex ipsa enim scientia, ¶ quis nobilitatur, ut per Casan. in catal. glor. mund. 8. par. considerat. 10. ubi & inquit, quod sola ratione dignitatis Doctoratus doctor dicitur nobilis, ut per Alex. conf. 94. col. 2. vol. 1. & per eundem latissime defendentem advocatorum causas, in l. Centur. ff. de vulg. & pupill. & nos diximus succincte tanquam rem notam relinquentes in l. 1. titulo 16. libro 2. supra, & latissime per Casan. in dict. catalog. glor. mundi. 7. parte confid. 19. & 30. & 31. ita ut male Joannes Garzia in dict. commento de nobilitate nos mordere voluerit, in glossa 35. num. 20. quod causam advocatorum non defenderemus late,

possimus enim aliorum dicta transcribendo, & mutando, quod mei instituti nunquam fuit, neque ad me tangit, ita advocatorum causam, & partem defendere quasi ea indigerem, quippe qui & nobilitate sanguinis, & clara, & sincera generatione ex Dei misericordia processerim & litteris, ac moribus nondum usque huc demigraverim, sed auxerim potius officia iudicium, & prætensiones inanes multoties offeras relinquens ambitionis vitium fugiendo, & ut litteris, studiis, & scripturis melius vacare possemus, nobiles enim doctrinam decere, ac juris prudentiam, ¶ late tractat Tiraquellus 21 de Primogenit. capitulo 5. numero 10. versiculo sed si verum, & sequenti. Qui & in tractat. de nobilitat. quamvis injuste in questionem deduxerit an officium advocacionis derogaret nobilitati, tandem resolvit, quod non, in capitulo 29. per totum. Sic etiam, & armis nobilitas ¶ acquiritur, ut & per Tiraquellum de nobilit. capitulo 8. & latissime per Callaneum ubi supra 9. parte per totum, ubi in prima consideratione tractat, an doctor militi præferatur.

19 Ibi, Erion pecheros. Qui non debebant ¶ a Rege nobilitari, ut inquit textus in l. 11. in fine. titulo 21. partita. 2. sed potius cum eis esset faciendum id, quod Sigismundus Cesar fecit, qui requisitus quadam die, plurimumque lacessitus precibus à quodam plebeio sibi admodum dilecto, ut illum nobilem faceret, respondit quidem non indocte, sed prudenter, ac faceret: Refert divitem quidem, ¶ aut exemptum te facere, nobilem vero minime, ut refert Callaneus in dict. 8. parte Catalogi. consideratione 17. & Joannes Garzia, ubi supra glossa 1. §. 1. numero 50. in medio, sic adagio solere dici asserens, idem cautissime, parcissime, & cum causa Reges, & principes id facere deberent.

20 Ibi, Adus que pagassen en todos y qualquier pechos Reales, y concejales. Ex his verbis habes notare, quod privilegium immunitatis alicui concessum ¶ restringendum est tanquam publicæ utilitati nocivum, ut existimat Decius consilio 223. & Otalora de nobilit. 4. parte capitulo 2. numero 8. & 9. nam cum textus noster hic militibus iis immunitatem nobilitatis concessam esse præsupponat, quam quidem nobilitatem, si ad tributa extenderes, nimis læderet, & esset nociva, & publicæ utilitati adversa, ideo restringitur per textum nostrum, quatenus tributa non comprehendat. Ex quo inquit Otalora in dict. capitulo 2. numero 8. quod privilegia noviter concessa Rectoribus civitatum perpetuis, inter quæ privilegia concedebatur, ut gauderent omnibus ¶ exemptionibus, quibus annales Rectores gaudebant, non extendentur talia privilegia ad hoc, ut virtute illorum excusentur à contributionibus, etiam si probaverint, quod Rectores illi annales existerent in possessione, & consuetudine non contribuendi, tum quia dicta privilegia sunt restringenda, tum etiam quia regula illa vulgata, quod subrogatus sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur, non habet locum in privilegiis ¶ secundum magis communem opinionem doctorum, in l. si quis cum §. injuriarum. ff. si quis causæ, maxime ubi ratio, & mens concedentis est diversa,

non

non est enim rationi consentaneum, nec de præsumpta principis intentione, quod voluerit pro tam parvo pretio pro Rectoria per rusticum quemdam soluto, quod esset exemptus à dictis contributionibus, & sic in cancellaria inquit Otalora ubi supra, esse obrentum contra istos Rectores, & lege Regia jam sic statutum est ex l. 11. titulo 25. libro 4. supra, quæ est optima ad fundandas l. 15. cum sequentib. aliis quibus tit. 14. libro isto, infra, ubi restringuntur immunitates personis ibidem contentis servatis servandis in legibus illis statutis, & hoc nulla alia ratione, nisi quod dicta privilegia lædunt communem utilitatem, & per consequens restringenda sunt, & sic si immunitas simpliciter, & indiffinitè concedatur, intelligitur à numeribus personis ¶ tantum secundum Tiberium Decianum consilio 35. numero 49. volum. 2. imo & tunc de extraordinariis, non vero de ordinariis censetur factam concessionem secundum eundem Tiber. Decia. consilio 51. numero 23. volumine 3. & Cæphalus consil. 58. num. 10. Inferat itidem ex his, quod privilegium aliquibus populis concessum per Regem eximentem vicinos talium locorum à portagiis, & aliis similibus tributis in omni Regno, & Dominis talis Regis concedentis, tunc demum servanda sunt in locis, ubi Rex concedens percipit portagia, & tributa illa, non vero in locis dominorum, ubi ¶ ipsorum dominorum sunt Portagia, ut ex l. 11. titulo 18. & ibi glossa. part. 3. diximus in l. 14. titulo 3. libro 1. supra numero 39. & novissime tenet Joannes Garzia, de nobilitat. glossa 1. §. 1. numero 76. ubi inquit, quod quando de hoc dabitur esset, debet recurri ad Regios auditores, eo quod agatur de jure privilegii. Ulterius etiam inferat ex dictis, quod cum privilegia sint strictè interpretanda, ut in l. si quando C. de iustici. testi. quod privilegium nobilitatis concessum pro se, & filijs non comprehendit neque extenditur ad nepotes, ¶ et eo, quod in privilegiis, quia sunt contra jus commune, & strictè interpretationis, appellacionis filiorum ¶ non comprehenduntur nepotes, & ita omnes post Bartolum ibi, & ubique concludere testatur Palsez de Majorat. 1. parte quest. 15. numero 24. & Otalora ita in nostris terminis conclusit de nobilitat. 4. parte capitulo 2. numero 6. & 7. ubi inquit ita credere esse verum, sive loquamur in privilegio, De his dalgos, sive, De Cavalleria, sicut & de jure habetur, quod privilegium concessum alicui pro se, & filijs masculis, & feminis, & ex eis descenditur non competere ¶ filiabus nuptis, ex Bartol. in l. quoties C. de privilegio. Scholast. libro 12. & ex l. 10. titulo 12. libro 2. Recopilacion. ibi. (Que no eran casados, ni desposados antes, ni durante el dicho tiempo.) quæ quidem lege autentica sic remanet cum hæc opinio Joannes Garzia, in Comment. de nobilitat. glossa 1. §. 1. num. 48. ex alia tamen ratione, scilicet, quia nuptæ originem, civitatem, & familiam obtinent viri, non vero parentis, & de jure civili rem esse accipientem assermat ex pluribus ab eo allegatis, & per Tiraquellum, per eum relatum in prima lege consubiali parte 1. numero 34. Verum tamen, & de jure communi

hæc erat communis opinio, ut attestat Rip. libro 2. Respos. Resposio 2. de rescript. relatus per Vallalobos in suis communibus opinionibus, verb. privilegium concessum, & per Franciscum Vivium in communib. opinio. opinione 237. Privilegium concessum patri, idque etiam fundari potest ex dicta stricta interpretatione faciendi in privilegiis contra jus, & hoc nisi privilegium aliud dicitur, prout in privilegio, De Antonia Garcia, ubi non solum filiabus non nuptis, verum, & nuptis, & earum matris conceditur immunitas ¶ de qua ibi, ut quo- 33 titiè determinari, inquit Joannes Garzia ubi supra, numero 42. & 44. sic & ex hoc inquit Joannes Garzia, ibidem in glossa 35. numero 48. versicul. & hæc magis, quod privilegiati, quales sunt, los de Simancaz, y Valderas y los de Antonia Garcia, non gerent officia nobilium cum nobilitas, quia in illis privilegiis de sola immunitate fit mentio, quæ suis finibus contentur, & non fiunt, neque declarantur nobiles, pro quo facit illud, quod dixi supra gloss. erant. Sic ex hac restrictione talis privilegii emanat illud, quod facilius per dicitur ejus immunitas, nam perditur, si immunitatem habens passus ¶ est se describi in libro solventium secundum Angel. per totum ibi in l. 1. §. si quis tutor. ff. quan. appellan. sit, cum cæteris per Balbum adductis in tractat. prescrip. 4. parte princip. quest. 30. numero 7. Gozadinum consil. 23. num. 4. Et Tiber. Decianus Respos. 41. numero 92. vol. 2. & Platca in l. qui publice. C. de iis qui spon. numer. subeunt libro 10. & Nicolaus Falseti, in tractat. de ultimo §. parte capitulo 1. numero 31. cum sequen. 22. volumin. tractatum Doctorum. Si enim quis habeat immunitatis privilegium, requisitus, ut solvat, non sufficit, allegare privilegium, sed debet appellare, ¶ si describitur in libro solventium intra tempus datum ad appellandum, ut per Angel. in dicto §. si quis tutor, cujus dictum sequitur Marant. in præf. titulo de appellatio. numero 314. pag. 628. in partis, & idem hoc dictum sequitur, & defendit, & communiter approbatum testatur Joannes Garzia de nobilitat. glossa 4. numero 18. & glossa 6. numero 33. & gloss. 5. numero 14. & in numero 33. hoc declarat verum esse dum tamen talis descriptio- nes, & pignorationes ad legitimum tempus (de quo infra in quarta declaratione) accedant, ad hoc, ut ex toto perimatur privilegium, & sequitur etiam dictum Angeli Louzes allegat. de Mula, responsione ad 4. fundamen. numero 10. pagin. 259. Quod verius videbitur, si ultra hoc fecerit privilegiatus nonnullas solutiones, quoniam censetur, suo privilegio tacite renunciasse, ut in l. C. de iis, qui spon. publ. numer. sub. Gozadinus dict. consil. 23. numero 7. Felinus, & alii in capitul. cum accessisset in 3. regina. de constitur. Abb. consil. 61. ad finem libro 2. Ancharan. consil. 160. in fine. Alexandro consil. 136. columna 4. libro 2. Nicol. Falliti ubi supra numero 32. nisi proferatur, vel coactus solvat, ut ibi per eum numero 33. & 39. & infra numero 45. & 48. Quæ quidem duobus, aut tribus concurrentibus ¶ procedit, primo quod taliter consentiens, & solvens sit persona, quæ possit privilegio renuntiare,

®

nuntiate, aliis fecus, text. in cap. accedentibus de privileg. Ruyms consil. 228. numero 11. libro 1. & post alios Decius in dict. cap. cum accessissent. num. 30. in secunda limitatione, & colum. fu. numero 34. & sic singulares persone communitatis non possunt renunciare privilegio communitati concessio secundum Innoc. cap. cum olim 2. numer. 7. de privileg. Bald. consil. 337. Corn. consil. 15. numero 5. volum. 3. Natta, consil. 160. numero 46. Secundo quod hoc consensisset, & solvisset, per tempus triginta annorum ex dict. cap. accedentibus, & cap. si de terra de privileg. cum ibi notatis l. falsa. C. de divers. rescript. Alexand. consil. 139. visio themate. colum. penul. vers. postremo. circa quartum dubium libro 2. & consil. 102. visio his colum. fu. versul. non obsit. text. lib. 3. & consil. 33. libro 5. Ripa Respon. lib. 1. Respon. 21. numero 15. Tertio requiritur, quod si privilegium consistat in non faciendo, sive in faciendo, quod occurreret casus, in quo privilegiatus vel faciat, quod erat faciendum, ut privilegio uti, dici posset, vel non faciat, quod non erat facie idem, aliter enim si casus privilegii nunquam occurrisset etiam per mille annos non perderetur, ut ex Felino, & ex dictis ubi supra percipitur, & notat Joann. ibidem in c. Abbat. de verb. signif. & in c. Joannes de cleric. conjugat. & Tiberius Decianus alios allegans consil. 66. num. 65. volum. 3. Neque obstat l. 1. ff. de Nund. ubi probatur, quod habens privilegium utendi aliqua re, si illa non utitur, amittit illud, & idem probatur in l. 3. in fine. tit. 7. p. 5. & l. 42. in versu. otiosi privilegii. titulo 18. par. 3. Nam ibidem specialis casus determinatur, scilicet in nundinis, hoc est, in privilegio concessio alicui habendi feniis, & mercata in terris suis, nam istud per non usum perditur, & ita glos. in l. falso. C. de divers. rescript. ubi Alberic. sed quid hanc declaratio communiter reprobatur secundum Decium. dict. cap. cum accessissent. numero 16. & Pelaez de Majorat. 1. par. quest. 17. n. 1. idem dic. & melius quod dicta l. 1. ff. de Nund. & predict. leges. Part. cum ea concordantes loquuntur in nostro casu scilicet, quando jam devenit casus utendi privilegio, & non est quis usus eo, pua quia datum est, ut fiant feriz; & mercata, que cum facta non sint, per decem annos amittitur privilegium, quia ei contravenitur, cum advenerit tempus, & casus occurreret utendi eo, & non sit usum, sed potius contrarium, ut optime in proposito inquit Petrus Pexius in c. decet. numer. 8. de regul. jur. in 6. & Tyber. Decianus Respon. 3. num. 125. lib. 2. Sic & in primo casu dicta l. 42. idem intelligitur, dum dicit, ibi, Que loci fueren, no usaren dellos, nam istud intelligitur, no usaren dellos, per contrarium usum, cum casus devenisset eis utendi, & sic intelligi illam. ibi glos. 1. & novissime Joann. Garl. in Commento de Nobilit. glos. 6. num. 48. versio. Quinto premisso, cum tribus sequentibus, qui satis involute, & late de iis egit, & Octalor. 2. par. 3. par. de Nobilit. cap. 9. num. 7. ita ut ex dictis legibus partitarum, & praefertim ex dict. l. 42. si privilegio de non faciendi contraveniens per 30. annos, & privi-


legio faciendi per decem amites illud in perpetuum pro te, & successoribus tuis, neque interest, quod isti anni sint proximi concessio ni privilegii, sive non, secundum Garl. in dicto n. 48. versio. ex quibus qua fit. Nisi secundum Pelaez, ubi supra, numero 2. facultas faciendi sit expresse posita in libera voluntate illius, cui sit concessio, nam illi voluntati ullo tempore non praescribitur, ut & tenet Tiber. Decianus Respon. 43. num. 34. lib. 3. & Calder. consil. 8. de regul. quem, & alios allegat Enriquez in summa Theologia moralis, in libr. 7. cap. 26. sub littera. Z. ut in facultate faciendi majoratum de bonis quomodocunque & quomodocunque voluerit, licet & hoc non sit in peremptorium in privilegii, quin, & scrupulo non caret, & sic expediret tunc protestatio, ut per Enriquez, ubi supra. Quarto tempera, bis supra dicta, ut procedant in acta temperabili, prout in privilegio de non solvendis decimis, quod iterabile est omni anno, tunc enim si per 30. annos solvat eas privilegiatus & perdet illud, 49 ex dicto cap. Accedentibus, & hanc commanent, & indubitatum testatur opinionem Vivius in suis communibus opinionibus, opinio. 237. & magis communem testatur Gozadin, d. consil. 25. numer. 9. relatus per Villalob. in communibus suis. verb. privilegium concessum in iis, quod ad actus procedentur, & praestantia in eundo, sedendo vel loquendo optime applicavit Joann. Garl. dict. glos. 6. num. 33. fecus vero si privilegium contineret actum momentaneum, & non reiterabilem, nam tunc per unum actum contrarium perditur & secundum dictos Doctores & glos. 1. in dict. l. 42. Est tamen verum, quod si privilegium continet plura capitula & actus, licet uni capitulo, vel actui contraveniatur, non censetur aliis actibus, & capitulis, in quibus non contravenitur, renuntiatur, sicut negligens in uno actu non facit sibi praedictum in sequenti, secundum Abb. consil. 54. videtur primo, & Reinum consil. 30. numer. 10. in specie tenent glos. illa dict. l. 42. & Romanus consil. 168. numero 1. & Platea in dict. l. qui public. & Decian. dict. Respon. 43. numero 30. & tunc secundum eum ibi numero 28. est necesse, quod talis actus de directo adversetur privilegio, ut si privilegium sit generale, actus etiam sit generalis, imo, & tunc debet esse contravenitum per eos, quos pretendimus amittit privilegium, fecus si per alios, ut per Decian. ubi supra numero 35. cum sequentibus, & Garl. ubi supra numero 28. in fine. Nisi actus ille contrarius repugnans respiceret universaliter totum privilegium, nam tunc in totum amitteretur, ut inquit Marian. Socin. in dict. capitulo. Accedentibus numero 21. de privileg. & eo tacito non sic declarando Garl. dict. glos. 6. n. 31. & 32. item intellige, quod per contrarium actum perditur privilegium, scilicet respectu adversarii, non vero respectu aliorum, secundum glos. dict. cap. accedentibus de privileg. & Plateam, dict. l. Qui public. Item supra dicta intellige in privilegii immunitatis per Principem concessis, fecus vero in concessis, & provenientibus ex nobilitate naturali, haec enim an renunciari possint, est latissima questio de qua in titulo sequente disputabimus, Deo volente,

lente, & per contrarium factum patris non praedictum filius suis postquam nobilitas est formata ex personis proavorum, fecus si non esset formata, ita optime per Avendan. in Dictionar. verb. Cavallero, 3. privilegio sic declarans Aymonem consil. 163. Et cum incumbat onus probandi, non usum privilegio & vide glosam illam dict. l. 42. & Garl. dicta glos. 6. numero 38. versul. Unde in privilegio. Et an si solutio fiat cum protestatione & revelabit, vide ibi ipsum Joann. Garl. numero 65. & Abb. dict. cap. Cum accessissent num. 7. & 8. & sup. num. 36. est tamen verum, secundum gl. illam dict. l. 42. & Garl. ubi supra numero 64. quod quando actus repugnans privilegio potest inducere aliam praesumptionem, quam renuntiationem privilegii illam, potius quam renuntiationem inducit, & que notanda sunt, quia non sic invenies declarata, & in unum congesta, & conferunt notabili per me a nostra lege deducto, quod privilegia sunt restringenda, si juri communi adversentur, prout est nostra l. privilegii, & nota ultimo, quod si quis male utatur privilegio, & perdit illud text. in d. l. 42. in fine. tit. 18. par. 5. & per Pelaez de majorat. 1. par. q. 14. num. 2. fol. 85. Quinque restringuntur dicta, nisi ignoranter, vel invito, & per vim talis contravenitio fiat, nam tunc non nocet & secundum communiter Doct. teste Mariano Socin. in c. si de terra de privileg. num. 12. & Joann. Garl. ubi supra d. gl. 6. num. 25. vers. item facit & videtur in glos. 17. n. 31. illud de vi prosequitur, & in ea gl. 6. num. 21. vers. hactenus, illud de ignorantia attestatur. Et generaliter quanto tempore amittatur privilegium vide optime ultra doctores in dict. cap. cum accessissent, & in dict. cap. accedentibus. Marian. Socius in eodem cap. Accedentibus numero 12. cum sequentibus pluribus. Item nota, quod ubi ex privilegio & resultat beneficium principis, ut quia conceditur cum hoc, quod sustineat equum pro Principis servitio, non solum non potest per non usum perdi, verum neque per expressam renuntiationem, cap. cum tempore, ubi notat Abb. notabili. 5. de Arbit. Roman. consil. 369. quos, & alios allegat Tiberius Decian. consil. 66. n. 65. & 66. vol. 3.

Ibi, Segno, Dictiones haec, secundum, vel prout, aut fecit, formam, modum, & dispositionem limitativam, & relativam inducunt, & Quod & descriptivae praecedentibus, dum quoad tributa dicta exemptione non gaudere hos milites armatos, disponitur, & iridem & sequentibus, dum cum hac limitatione disponitur, dicta privilegia intelligenda, de qua dictione optime traditur per Roman. consil. 328. numero 7. quando conditionaliter, quando causative, & quando similitudinarie apponitur, & loquitur in privilegii. Et relationem inducunt dictae tres dictiones secundum Bartol. in extravaq. ad reprimendum, vers. prout, & Paris. consil. 39. numero 4. vol. 3. & consil. 47. numero 47. eod. vol. & idem secundum cum necessario intelligenda sunt secundum relatum, & cum qualitatibus ejus ex Bartol. in l. si quis servum. 6. fin. numero 3. ff. de legat. 2. restrictivamque, & moderativam dictionem vocat Corneus consil. Azevedo in Recapitulationem. Tom. IV.

302. numero 6. volum. 4. & Martarius consil. 14. numero 20. habet enim secundum eundem Corneum consil. 187. numero 3. eodem volum. 4. varias significaciones, qui & in consil. 101. num. 6. volum. 3. inquit, conditionem non inducere dictam dictionem (secundum) ita ut si promisi tibi solvere per caponem omni anno, secundum quod mei antecessores fecerunt, licet & ipsi non fecerint, neque solverint, teneor ego 51 solvere, ut per Jason. in repet. l. Admonendi, numero 32. cum sequentibus. ff. de iurjuram. & quod non importent conditionem dictae dictiones, ultra doctores in l. penultim. C. de iustit. & subdit. & Cynum in l. 2. C. de contrab. & committ. stipulac. & Bart. in l. cum, qui 8. Julianus. ff. de consil. pecun. & Jason. in 5. praediciales. numer. fin. iustit. de action. & Cell. consil. 26. numero 35. & Rebus. in l. in usu 158. ff. de verb. signif. pag. 761. in versu. penult. tenet Felin. in c. ex parte 1. de rescript. num. 10. vers. scias etiam quod aliquando, & in c. quoniam. Abbas. num. 12. de officio deleg. & hanc testatur communem Cotler. in addit. ad Repertorium ipsius Felin. verbo, Secundum. & per consequens quamvis in lege nostra non consistat de limitatione, & constitutione Regis Joannis Secundi, nihil obesse legis nostrae dispositioni, quia servanda esset, prout jacet, verbaque relativa causative, non vero conditionaliter censentur appolita, ut per Burg. de Paz consil. 46. numero 21. vol. 1. licet aliquando conditionaliter apponantur, ut in Kota in certo casu fuit determinatum, ut apparet ex Verallo decif. 253. Dictione, ut, partis primae, & in rescriptis dicebat Felin. in d. c. ex parte. num. 10. Sed regulariter non apponitur conditionaliter, ut dictum est, & sic licet non verificetur relatio, valet, dum tamen certum sit, & expressum, id quod mandatur, non vero incertum, nam tunc ratione incertitudinis vitaretur, ut per Jal. in d. Repet. l. Admonendi. numero 32. & 33. ff. de iurjuram. Et tradit etiam de iis idem Jal. in l. aut prator. 8. 1. num. 4. & 5. ff. de re jud. & Grammat. decif. Neap. 59. num. 35. & 36. ubi num. 12. limitat uno modo ut non procedat in confirmatione alicujus actus aut privilegii, & in eo num. 35. etiam limitat alio modo. Et numero 34. sublimitat limitationem illam de confirmatione; vide cum per totam dictionem.

Ibi, Et glos. de totas las otras franquicias, Et sic incarcerari, & neque roqueri, sicut nobiles poterunt, & de quo dubitavit Octalora de Nobilit. 4. par. c. 1. col. penult. & fin. Admittenturque ad officia nobilitas concessa, nam equiparatorum item debet esse jus, & eadem dispositio, & limitatio nostri text. in omnibus eos immunes faciens, exceptis tributis, firmat generalem regulam in contrarium, pariane sunt inesse qualitatem per naturam, an vero per privilegium & secundum Bald. in l. cum ex 53 ratione. ff. de excusat. vers. glos. in l. 3. verb. Con villana. tit. 21. par. 2. Joann. Garl. de Nobilit. glos. 1. 5. 1. num. 43. cum pluribus sequentibus & glos. 35. n. 3. cum sequentibus quam pluribus, ubi multa inferit, idque verum credo, nisi aliud ex privilegio colligatur, casus verba sunt ad haec plurimum consideranda & ex text. in cap. porro. 54



De privilegio notat Garf. d. 4. i. num. 50. prout est privilegium de illis, De Antonia Garcia, quod quidem concessum fuit ad excusationem gbellarum, & sic non admittentur illi, De Antonia Garcia, ad officia cum nobilibus concedenda, secundum Joan. Garf. d. 2. gloss. 35. n. 48. Ex quibus infertur, quod si Majoria constituitur in filium aliquem cum conditione, quod ipse, vel successor quilibet teneatur contrahere cum nobili, satis tali conditioni, si nubar cum nobili ex privilegio + ex supradictis, & quia ubi casus verus, & fictus equiparantur, dispositum in uno habet locum in alio per text. in c. audientiam, & in c. cum dilectis, de clericis non resolu. pariaque sunt, quod quis de iure communi, vel ex speciali privilegio admittatur ex l. liberi. c. de collatio. ubi Decius, num. 6. & appellacione cuius comprehenditur civis + ex privilegio, Roman. conf. 62. col. 2. & Bellus in c. de Re milit. par. 7. tit. 3. n. 38. Ex quibus, & ex aliis pluribus, ita fundat Pelaez de Majorat. quafi. 32. num. 4. cum pluribus sequentibus ex Greg. Lopez in l. 3. tit. 1. par. 2. verb. Con nullam, ita tenent, & ex hoc infertur plura ad plures leges Rogari, Pelaez ibidem num. 31. usque ad 37. ipse tamen Pelaez ibidem num. 9. cum pluribus sequentibus contra tenet, & late fundat, & num. 28. respondet ad illam Baldi doctrinam in d. l. cum ex ratione, & n. 30. infert ad collegia, & confraternitates, ubi noviter conventi non admittuntur, nam non admittentur, etiam ex privilegio principis fiant nobiles + quia macula illa non abstergitur ex hoc. Ego tamen in hac questione Majoratus ex adductis ab ipso Pelaez in secunda opinione, quam ipse tenet, distinguendum hoc modo +, scilicet, quod si conditor majoratus sit nobilis + sanguine, intelligitur voluisse de illo nobili + sanguine intelligere in ipsa conditione, non vero de nobili ex privilegio, si vero ille testator, vel conditor majorie non esset nobilis, vel si esset, ex privilegio tamen nobilis erat, tunc utique crederem veram opinionem Greg. Lopez, & sic conciliantur hae opinionem Gregorii Lopez, & Pelaez in majoratu, in quo dicta conditio imponitur: extra majoratus vero conditionem in principio positam crederem veram ex l. i. supra, ut dicti privilegiati gaudeant omnibus prerogativis vere nobilium, exceptis privilegiis tributorum, & Bellus ibi sup. d. n. 38. ubi per totum illud capitulum plura militum horum privilegia commemorat. Ex quo infero ad illam questionem satis altercatam per Menchac. de success. creatio. lib. 3. §. 30. n. 290. cum sequentibus, scilicet an tales nobiles ex privilegio admittendi sint ad ordines militares + ubi nobiles esse, requiritur, & crederem quod si, dum tamen tales essent liberi + macula Judaeorum, & Saracenorum, & inquit ibi Menchac. quod erunt admittendi, & laudissime fundat, & respondet contrariis, & sequitur Joan. Garf. in d. commento de nobilit. gl. 1. §. 1. num. 50. adeo ut etiam in oneribus imponendis + gaudeant ii nobiles ex privilegio, sicut gaudent nobiles + sanguine, ut per Minchac. ubi supra num. 296. cum sequentibus, quod limita ex l. nostra, ut non procedant in iis militibus ar-

matibus quoad tributa regia vulgo, Pechos Reales. Ibi, Exceptio in los dichos pechos, hac exceptio firmat regulam in contrarium, ita ut in omnibus aliis sit exemptus talis miles, gaudeatque omnibus aliis nobilium prerogativis, exceptis dictis tributis, sicut si lego pecuniam praeter vinum, venit omnis pecunia excepto vino, + 61 quia illa exceptio firmat regulam in contrarium, ex text. in l. nam quod liquide. 1. Respons. §. fin. ff. de panni legat. pulcher est etiam text. in l. questum. §. denique in fine, & ibi Bart. ff. de panni legat. text. juncta gloss. in Ambros. de non alienando. §. ut autem collat. 2. text. cum gloss. in c. dominus. 32. §. 3. & in cap. de coning. leproso. Ex quo dixit Bald. in l. 1. §. sed excipitur. in fine. ff. de Feriis, & sequitur TOLLUS in l. 17. Tauri numero 91. quod si statum inducat ferias messium, vel vindemiarum, & procedat ulterius faciendo aliquas exceptiones, quod nulle aliae exceptiones inventae + a iure admittentur, sed statuitur precise statuto, quia exceptio in quibusdam videtur firmare regulam in ceteris, & facit l. tributus. §. fin. ff. de testum. milit. Ex quo inquit Roman. conf. 271. incip. vis rota, quod in venditione terre sancti Lucidii facta per Ladislaum Regem Ungariae veniunt gabelle, & jura exitus, quae sunt regalia, ex quo in venditione quaedam regalia sunt specificata, & postea quaedam excepta. Quam regulam limita primo, ut procedat in casibus non exceptis, sub regula + comprehensis, alias secus, quia licet exceptio firmet regulam in casibus non exceptis sub regula comprehendens, non tamen eam dilatat, neque ampliat, ut faciat sub ea comprehendi, quae de sui natura non comprehenduntur exceptione non facta, text. habes, & exemplum in l. gener. ubi §. axor. & ibi Bart. declarat. ff. de usufruct. legat. ubi testator legat uxori usum fructuum omnium, quae sunt in domo, excepto argento, ista exceptio non facit, quod videatur reliquisse venalia, quae sunt in domo, unde non venit frumentum, quod est in domo causa vendendi, vel alia venalia, quae talia non videntur esse in domo, nec comprehenduntur exceptione non facta, quod est mentem tenendum, & pro hoc est etiam alius text. notabilis in l. Lucius. §. pluribus, & ibi Bart. Angel. & Imol. ff. ad Trebell. text. optimus in c. in pignora. & ibi Abb. de Sepult. optime Felin. cum plura in cap. quoniam frequenter. in princ. ut lice non concessit. Alex. conf. 28. vol. 1. ubi per hoc singulariter dicit, quod conducto, qui suspicit in se periculum casuum fortuitorum aliquibus expressis, & duobus casibus fortuitis duntaxat exceptis, scilicet guerra, & pestis generalis, non tenetur de causa licetatis extraordinariae +, & insolite, quae communi opinione hominum nunquam visa fuit, etiam intervenit iuramentum, quia licet exceptio casuum dictorum duorum fortuitorum firmet regulam in contrarium, in casibus non exceptis sub regula comprehendens, non tamen ampliat regulam, ut faciat comprehendi id, quod alias sub regula de sui natura non comprehenditur, sed sub generali remanentia casuum fortuitorum non comprehenditur + casus insolite

insolite licitatis, & nunquam vile, ex l. si stular. §. frumenta. ff. de contraband. emp. & optime Ripa in tract. de Peste. prima parte. 2. part. tit. de privileg. contrab. n. 97. cum sequentibus aliquibus ubi in 101. cum sequentibus pluribus examinat, quis dicatur casus insolitus. Ista tamen limitatio sublimatur, ut procedat, quod tunc exceptio non ampliat regulam, quando est de comprehensis sub regula, & operatur in ipso excepto, ut in casu d. §. axori. & similibus iuribus supra allegatorum, locus tamen est, quando exceptio non est de comprehensis sub regula, & nisi ampliaret regulam, redderetur + inutilis, & nihil operaretur, tunc enim bene ampliat regulam, ac puta cum constituo te procuratorem ad omnia negotia, quae ego gerere possem si praesens essem, praeterquam ad transigendum, & sic excipio casum requirentem speciale mandatum, qui casus requirens speciale mandatum non erat comprehensus sub regula, seu sub mandato generali c. qui ad agendum, in fine. de procurat. lib. 6. per hanc exceptionem video tibi dedisse mandatum ad omnes alios casus requirentes speciale mandatum, excepto casu transactionis, & ratio est, quia exceptio aliter non esset de regala, prout esse debet, & quod fortius est, ista exceptio redderetur inutilis, & nihil operaretur, semper autem interpretatio facienda est, ut actus valeat, & verba aliquid operentur l. quoties. ff. de verb. obligat. c. l. si quando in princ. ff. de legat. 1. & hoc nisi exceptio esset + notorie inepta, neque esset conjectura locus, quia tunc vera, & incommutabilis est dicta theoria, quod exceptio non ampliat regulam, neque mutat vim regulae. Secundo & principaliter limitatur dicta theoria, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, ut procedat nisi alius sit casus + ab eadem regula alibi exceptus, quia quoad illum consimilem casum alibi exceptum exceptio non firmat regulam, text. est notabilis in c. de sent. exco. de paradiso. §. deinde. & ibi Carolin. de verb. signific. & est pulcher text. cum sua gloss. in l. ubi as. c. de praesent. ubi ampliatur, etiam ad dicta taxativa in tali lege, vel canone exceptivè loquente. Ex quo est, quod licet plura jura dicant, quod conjux auctoritate ecclesiae casum non potest dimitti nisi duntaxat propter fornicationem ut in c. de conjugio leproserum. c. dominus. 32. §. 7. c. Porro. c. significatio. de divor. tamen per hoc non est negandum, quin possit fieri separatio ad thorum propter alium casum + expressum in jure, puta nuntiam servitium viri, contra quam mulieri idonee caveri non potest ex c. litteras. & ibi DD. de resist. statut. & in c. 1. de divor. ubi Abb. notat Bart. in l. cum satis. n. 7. c. de Agricol. lib. 11. & ibi additio inquit, quod hoc casu dabuntur alimenta extra domum. Tertio, & ultimo dicta theoria limitatur, ut procedat in casibus non similibus exceptis, in casibus enim similibus exceptis, licet etiam non reperiantur specificè alibi excepti, + a jure exceptio non firmat regulam + text. in c. cum dilecta. & ibi Abb. de confirmat. util. vel inutil. gloss. ordinaria in l. 1. c. de condit. indub. quas quidem doctrinas, & limitationes, quia materiam hanc determinat, Azzevedo in Recopilacionem. Tom. IV.

& ad propositum nostrae legis in hac exceptione tributorum disponens concernunt, succinctorè propositi cas, latius eam videbantur per Everard. in centuria locorum. c. de exceptione ad regulam. numero 1. cum sequentibus pluribus, ubi circa hoc singulariter loquitur. Ante tamen quam hanc omittamus gloss. declarabis istud quod non eximantur milites isti à contributionibus, & tributis iis bonorum hominum tributa solventium, etiam si habeant arma, & equum + continuo, nam leges 1. & 3. sequentes 71 id declarantes cessant quoad hoc ex l. dispositione l. 4. infra eod. quae omnes leges hanc tributorum concedentes immutatae abrogat, & derogat, ut ex ea clarissime patet aliter enim superflua esset, & per auctores 1. & 3. corrigeretur, quod est absurdum, cum sint ante constituta, quam d. l. 4. ut ex earum marginalibus subscriptionibus apparet. Ibi, Mando, y nos agora ordenamos, y mandamos, & sic legislator confirmat, & de novo concedit, tribuitque legi antiquae robur, nam confirmatio + tria operatur, quia majorem + auctoritatem tribuit, & supplet, quod est invalidum, & revocari non potest confirmatum sine licentia confirmantis secundum gloss. in c. frater. 17. §. 4. confirmationisque natura est adhibere robur, & validitatem actui confirmato, non autem illam extendere + secundum 73 Bald. in l. adversus in fine. c. si adversus rem jud. ex l. Anclaus. §. testamento. ff. de liber. legat. notat Jaf. in l. More. n. 41. ff. de jurisd. omni. jud. nisi aliter de intentione + confirmatio, ita conset, secundum eundem Jaf. ibi, ut hic facit legislator, addit enim, & declarat, item ubi principi confirmaret ex certa scientia, non solum dat robur actui confirmato, sed etiam illum extendit + secundum Bald. in l. nominat. 75. rionis. c. de appel. Jaf. ubi sup. n. 42. ubi pro hoc allegat gloss. in c. dudum. verb. concessione, de decim. quam limita ibi Abb. & per alios, in c. examinata & in c. 1. de confirmat. util. vel inutil. & quando confirmans + videatur, actum facere de novo, vide Bart. & Doct. maxime Jaf. n. 30. cum sequentibus aliquibus in d. l. more. ff. de jurif. om. jud. ubi Jaf. ponit regulam, quod non videtur de novo dare, vel facere, & limitat aliquibus modis, & vide Decium in Rub. de confirmat. util. vel inutil. & alibi pluries, hic tamen de confirmat. & robur dat, & de novo statuit, & declarat legislator. Ibi, Sean enidos de tener continuamente cavallas, y armas para nos servir en las guerras. Similis text. & melior in l. 7. infra tit. proximo & verba haec multum erant attendenda, ut ii milites non haec adimplentes non gauderent privilegiis militaribus: Exempti enim propter artem non gaudent exemptione si nomine tantum +, & non re, & cum effectu artem illam exerceant secundum text. in l. semper. §. negotiatores in vers. quibus ejusmodi arma sunt, & in §. quibusdam, vers. neque omnibus, qui promissive in iis collegiis assumpti sunt, immunitas datur, sed artificibus tantum ff. de jura immunit. dixi in l. 8. n. 4. tit. 7. lib. 1. sup. & considero novissime pro hoc text. expressum in l. 15. tit. 14. infra isto lib. 6. & notat Abb. in c. 1. n. fin. de jud. & quia cum haec lex novam B ij formam,

formam, & modum induceret, omnia in ea expressa censentur substantialia, ita ut ad unguem essent observanda ex dictis per nos in l. 3. num. 25. tit. 10. sup. lib. 4. & qui aliter facerent, non gaudent privilegii militarium, & per consequens arma, & equi continuo, & semper habenda essent, & tenenda per hos milites, & in facto si se allegasse, quamvis hac non consideret fundamenta, asserit Joan. Garl. in *commen. de nobil. glos. 1. §. 1. num. 59.* non tamen preuisse obtinere, sed potius pluribus sententiis esse declaratum, gaudere hos milites dictis suis privilegii, etiam si arma, & equos non semper habent, sed sufficere potius si illa habeant tempore necessitatis, & belli, & tunc servant Regibus cum armis, & equo. Et notandum est in transitu, quod ut inquit ipse Joannes Garthia in eodem numero 59. in fine, cognitio harum causarum pertinet ad Regios 79 senatores si de jure privilegii agatur, juxta text. in *capitul. cum venissent. de judic. si vero de facto, tunc ad inferiores judices eundem est, ut scilicet per ipsum Garthiam ibi numer. 31. cum sequentibus. Habes hic etiam notare, quod privilegia damnoisa possunt per concedentem interpretari, & limitari, ut damna cessent, 80 imò & in totam revocari ex text. in *capitul. dilecti. & in capitul. sorsognum. de decimis. & glos. in capitul. quid per novale. de verb. significat. text. in l. 4. in fin. tit. 20. par. 1.* Et privilegia cum magna consideratione sunt concedenda, ut notatur in *cap. sancti de privileg. concedensque privilegium potest illud interpretari, etiam absentibus partibus* per Alber. in l. fin. C. de legib. & vide Barr. & Bald. in l. ex facto. ff. de vulg.*

81 Ibi, *per los hijos que naxieren nascido antes de la cavalleria no gozen*, ex eo, quod qualitas adjuncta verba debet intelligi secundum tempus verbi l. in *dilectis. §. si extraneus. ff. de testat. notat. Alexand. ad Bartol. in l. cum satis. col. 3. numer. 11. C. de Agricultis. & cens. lib. 1. ita ut privilegium alium, & filius, & successoribus concessam de habitis post privilegium 82 per intelligendum sit, eo quod ex tunc in futurum, non vero in antea eo gaudendum est, item quia de jure communi filii nati ante patris 83 dignitatem non gaudent illa per in l. senatoris filius. ff. de senat. & l. 3. cod. tit. & in l. eman. capitul. 6. in eodem tit. & in l. Divo Mare. C. de quast. & in l. senator. C. de dignitat. lib. 12. que jura ad hoc allegat Otalor. de nobilit. 4. p. c. 2. n. 1. & 2. optima l. 2. §. in filius. ff. de Decurio. ubi inquit consultus in filiis decurionum quællio est, utrum is solus decurionis filius esse videatur qui conceptus & natus est ex decurione, an vero & is, qui antea natus est, quam pater decurio fieret, & quidem quantum pertinet, ne sustibus calcigentur, & ne in metallum dentur, non nocet plebeio patre esse natum, si postea honor decurionis patris eorum accesserit & ibi est glos. verb. perinet, & est text. in l. fin. C. de decur. lib. 10. & ibi doctores, & Monachus in c. cum nullus n. 8. de temp. ord. in 6. & notat Did. Perez in *presenti. sub l. §. tit. 1. lib. 4. ord. col. 1351. cum sequent.* & sic secundum eum ibi filius, antequam pater esset Rex, natus, vel filius habitus*

antequam pater esset sacerdos, non dicitur Regis, vel sacerdotis filius, secundum glos. in 84 l. imperialis. §. his illud. C. de nupt. ubi Bald. num. 10. Bar. in d. l. cum satis. col. fin. C. de Agricult. & cens. lib. 11. que est dubia quællio, ut licet videre est Tiraquel. de primog. q. 31. & in *tractat. de nobil. c. 15. n. 7. cum tribus sequentibus* Declaratur tamen supraddictis, quoribus pater acquirit hanc dignitatem accidentaliter a principe, secus si ex successione per sanguinem, 85 & sic secundum naturalem cursum, ut in comitatu, ducatu, Marchionatu, vel majoratu ex dictis per Tiraquel. d. *tract. de nobilit. c. 15. num. 10. notat Did. Perez ubi sup. col. 1354. Ant. Gom. tom. 3. var. c. 2. num. 16. vers. & adde*, ubi se remittit ad ea que dixit in l. 40. *Taur. num. 66. & 67.* & sic inquit Otalor. d. c. num. 3. & 4. *Que los privilegios de cavalleria*, non transeunt ad nepotes per l. 4. in fin. tit. 1. 86 lib. 4. ord. que est nostra ibi. *Que aguillos gozen de la dicha dignidad, y no otros*, nam cum de filiis tantum loquatur sit, & hos non alios hac immunitate gaudere, asserat, nepotes excluduntur, quod conforme esse dicit ad glos. & Barr. & Plata in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. & latius idem Otalor. in *cod. capit. 2. numero 6. cum sequent.* & tenet Burgos de Paz *conf. 45. num. 25. libr. 1.* & hoc nisi in perpetuum per 87 concessa sunt pro se, & descendentes in perpetuum ut per Joan. Garl. d. glos. l. 1. §. 1. num. 23. cum sequentibus aliquibus, nisi sit apposita rei non in perpetuum duratura, ut ibi numero 23. & 24. & vide etiam Burg. de Paz *conf. 23. numero 1.* qualiter intelligatur privilegium pro se, filius, & filias descendentes transeunt, si in privilegio non sit aliter dispositum per 88 eundem Otalora dicit. numero 4. & faciunt dicta per eundem Otalor. in *ead. 4. p. cap. 1. numer. 5. & sequent.* & per Joannem Garl. ubi supra glos. 1. §. 1. num. 54. Et nota quod filii nati legitimi, verum, & naturales solum gaudebant hac privilegio immunitate per secundum 89 Otalora dicit. *capitul. 2. numero 4.* cum de jure naturales filii nobilitate patris gaudent, ut diximus alibi super libro 5. supra etiam Joannes Garthia in dicto *commento de nobilit. glosa 1. §. 1. num. 46.* aliud velit. Uterius & tertio declaratur supra dicta, ni princeps in privilegio declarat, velle filios ante natos gaudere ipso modo privilegio, nam tunc gaudebunt per utique se 90 eundem Otaloram in dicto *capitul. 2. numero 2.* Item & ultimo declaratur supraddictis, ut non procedant, quoties princeps concedit privilegium ad immunitatem que de sui natura erat duratura in perpetuum cum dictione 91 illa, semper, & in perpetuum, nam tunc descendentes, & omnes successores continentur quotquot sunt, & quotquot erant secundum glosam semper. in l. 2. ff. *solus. matrimoni.* notat Joannes Garthia dicit. §. 1. glosa 1. numero 24. post medium. Et privilegium quando censetur reale, vel personale per, vide ultra Garthiam & 92 Otalor. de nobilitate, verb. *Privilegium*, sub indice de nobilitate optime per Menoch. de *presumptio. tom. 1. lib. 3. presump. 103. per totam fol. 392.*

Ibi, *Que aguellos*, junctis verbis (T non otros) Nota

Nota quod limitata causa limitatum producit effectum ut l. age cum *Geminiano. C. de transactio. ita ut filii illi habui post concessam immunitatem illa gaudebunt, & non alii & sic nepotes non comprehenduntur sub ea secundum quod in glos. precedenti diximus. Sed an 93 uxor vidua gaudebit tali immunitate, per dicens est quod sic, ut diximus in l. 9. num. 3. cum aliquibus sequentibus. tit. 1. lib. 2. supra, & novissime tenet Joan. Garl. in *gl. 1. §. 1. in commento de nobilit. num. 44.* ubi hanc dicit æquam opinionem, adeo est enim mulier conjuncta viro, ut ipsius viri præmortui dicatur 94 imago, in qua vir ejus censetur vivere per secundum Bald. in l. pignoris. C. de pign. sit. relatum, & sequuntur per *Quelida in questionibus suis. c. 25. n. 1.* & faciunt, que etiam diximus in l. 1. tit. 17. lib. 3. sup.*

Ibi, *Señeta avos arriba no sea tenido de yr por su persona ala guerra*, etiam enim deferendum est l. manifesti juris, & ibi glos. C. qui atar. vel profes. se excusent. lib. 10. & debent ii sexaginta 95 anni per esse completi, ut patet ex verbis nostri text. dum dicit, *De sexenta avos arriba*, à tutela 96 autem solum exculantur illi per, qui sunt septuaginta annorum ex §. item *majorum instit. de excusat. tit. 1. 2. in fin. tit. 17. p. 6. gl. in l. 3. C. qui atar. vel profes. lib. 10.* ad excusationem vero officiorum publicorum, De *justicia de 97 concejo*, quinquaginta & quinque anni per sufficient secundum Plat. in l. fin. C. de Decur. lib. 10. dum tamen sint officia non honorem, sed onus potius concernentia, in honorem 98 enim habentibus non excusat ætas ulla per secundum text. in *l. cum numeris. ff. de Muner. & honor. c. l. 2. §. numerus cod. tit. gl. 1. in l. fin. C. qui atar. se excusent lib. 10.* ubi Plata: nisi ad Decurionatum, nam in eo excusatur ætas quinquaginta quinque annorum, per ut ibi & in d. l. si ultra, & ibi Plata. Est tamen verum quod si esset ita senex, ut nihil proficeret, excusaretur etiam quoad alia officia, quam decurionatus honorem habentia per secundum *Platam in d. l. fin.* & sic declarabis dicta per *Avend. in capitul. 19. numero 24. vers. tertius casus libro 1.* Et notandum est, quod lex nostra non est contraria l. 3. titulo 19. part. 2. eximentis ire ad 100 bellum majorem septuaginta annorum, per nam lex nostra loquitur in causa speciali, scilicet in istis militibus armatis, qui quidem sexaginta annorum ætate excusantur, eo quod in aliis onerantur, scilicet quod teneantur mittere substitutum ex l. nostra, lex vero illa partita generaliter disponit, & relevat in totum, ut neque per se, neque per alium teneantur ire ad bellum illi, qui sunt majores 70. annorum, & sic lex nostra est illius legis partite declaratoria, non vero correctoria. Et plura senectutis 102 privilegia per enumerant moderni Hispani in *Rubr. de just. & jure n. 75. cum sequent.* & per Card. Jacobat. in *tract. de concilio. par. 58. cum sequent. libr. 1.* quos refert Gom. in *Reg. Cancell. de infirm. resgen. quest. 7. in fine.* ubi alia incommoda senectutis refert, remissive etymologiam senectutis describit, inquit, quod nullus est ita 103 senex, qui non spem vitæ quinquennalis per ex juris presumptione sibi pollicetur, ut inquit Alexand. in l. hæreditatum, per illum text. ff. ad *Acedo in Recopilacionem. Tom. IV.*

l. falcid. vel saltem sperent per annum vivere, ut inquit Roman. *conf. 163.* & ante ipsum Divus Hieron. in 2. part. *Epistol. tit. 3. Epistola 40.* & Did. Perez in *presenti sub l. 4. titulo 1. libr. 4. ordin. colum. 1349.* alios refert plura senectutis privilegia enumerantes.

Ibi, *Quien sirve por ellos*. Nam cui honor datur, onus subire debet, & qui senit commodum, sentiat & onus ex juris regula, & sic il milites, qui honorem, & commodum ex militia à Rege consequuti sunt, jam quod ipsi propter senectutem excusentur, bellum adire, non utique excusandi per medium alterius personæ, qui enim per alium facit, per se ipsum facere videtur, & probatur id ex text. in l. 1. C. de *Prepos. agent. in reb. lib. 12.* ibi, *consideratis eorum laboribus per substitutum charularium ejusdem sermii, cui præfectorum est ipse, idoneum, & tam moribus optimis præditum, quam scientiam, peritiamque verum habentem, electione sua, suamque periculo facultatum præfatum munus eos implere precipimus, & hæc pro hac lege 1. sufficient.*

IN LEGEM SECUNDAM.

*Milites continud arma, & equum habentes sunt immunes ab onibus tributis in declarationem legis præcedentis.*

SUMMARIUM.

- 1 Dicitio, item, est repetitiva similium.
- 2 Milites vel alii exempti a solutione monete an eximentur a moneta forera.

Ibi, *Otro si*, Dicitio hæc latine, item, est repetitiva per precedentium, ex text. & ibi 1 Barr. & aliis in l. in *repetendis. ff. delegat. 3.* ita ut lex nostra repetitiva sit materice precedentis legis, & ejus declaratoria, scilicet ut milites in continuo habentes arma, & equum gaudent nobilitate etiam quoad exemptionem tributorum, dum tamen vivant in hac militia, neque officia vilia exerceant, si fecerint demonstrationem vulgo *Alaric*, talium armorum, & equi, si non, ut ex l. *leg. declaratur*, que tamen due leges nostra, & sequens quoad tributorum exemptionem turbata sunt per l. 4. *infra cod. legis precedentis 1. hujus tit. confirmatoriam, & ampliatoriam, quæ omnino servanda est tanquam novior nostra lege, & sequenti, ut in l. 1. supra isto tit. & lib. diximus.* Ibi, *En la ley 7. ordenança nuestra de Zamora*, de qua in lege precedentis facta est mentio, & ibi plura diximus.

Ibi, *De no pagar monedas*. Sed nam dato, sed non concesso, quod lex nostra servanda foret, per hæc verba, *De no pagar monedas*, censentur etiam tales milites exempti à solutione *De la monda forera*, per Otalora de *nobilit. 4. p. c. 1. n. 8.* examinat hanc questionem, & ibi refert tres opiniones diversas, in hac materia, & tandem discutitatem tribus modis dissolvit, primò quod si expressè id dicatur in privilegio, tunc nulli dubium quin & hujus moneta forere sit exemptio concessa, ut & per Burg. de Paz *conf. 45. n. 7.* & clarius *conf. B iij 46. n.*

46. n. 16. & 17. lib. 1. & in hoc adde, quod si simpliciter conceditur, censetur concessa ad vitam Regis concedentis, non vero in perpetuum, quia est de rebus supremi domini, sed si in perpetuum concederetur, etiam pro aliis successoribus Regni valeret concessio durante vita tua, te autem mortuo expirabit, id enim operatur verbum (in perpetuum) vel (semper) ita Joannes Gaspar in commento de nobilitate. glof. 1. §. 1. n. 18. & 19. & clarior num. 23. quod non caret scrupulo, nam si est de supremis, non valet concessio ultra vitam concedentis alio modo, nisi dixeris, quod interiti, quod Rex successore, vel filius ejus non reclamatur, valeat. Secundo inquit Otalora, si immunitas generaliter tributorum concedatur, non censetur concessa hanc istius monetae forez ex l. 10. tit. 18. part. 3. & in hoc casu, inquit posse procedere l. 6. tit. 1. lib. 4. ordinam, que est lex nostra attenda littera ejus antiqua ibi, *In tal caso no de monedas, mas de todas y qualquier pegas, y reparaciones nuestros, y de los concejos* etiam hujus monetae forez censetur immunitas concessa militibus his armatis si dia, & continuo, arma, & equum sustineant, & in officiis vilibus non se exercent, ut inquit lex nostra, etiam generaliter eis immunitas concedatur, & certe lege nostra attenda ita tenendum videbatur, nisi diceremus, verbum illud, *monedas*, in aliis, quam in his foretis verificari posse, nam si posset, non utique censetur hanc in dubio comprehensa, eo quod est de solvendis in recognitionem supremi Domini, & potestatis, quod in dubio concessum non censetur ex dictis per nos in l. 1. titulo 1. supra lib. 4. & sic omnino recurrendum erat ad dicta, & relata supra ex Otalora. Sed quia, ut in hac diximus lege, & in procedenti ex l. 4. infra eodem, omnia hanc cessant, eo quod tributorum regalium non censetur immunitas concessa, non etiam censetur exemptio hujus monetae concessa, nisi expresse dicatur, & tunc durabit ad vitam concedentis, ut dixi, vel nisi ex vi contractus aut remunerationis concedatur, ut per Burg. de Paz conf. 45. num. 19. & glof. De aqual, in dicta l. 10. titulo 18. part. 3.

Ibi, *En officios bajos, y no nobles, de quibus in l. seq. ubi dicemus Deo annuente.*

IN LEGEM TERTIAM.

Qui dicantur Milites armati, qui secundum legem procedentem a muneribus, & tributis exempti sunt, & in declarationem consilium l. supra proxima.

SUMMARIUM.

1. Leges interpretari ejus est, cuius & condere.

- 2. Miles asserens arma, & equum sua esse cum non sint, puniendus est.
- 3. Officia vilia qua dicantur & num. 4. & 5. usque ad 8. includunt ubi declaratur.
- 9. Nobiliter vivere non dicitur ille, qui in fordidis artibus versatur.
- 10. Plebei Decurionum honoribus uti prohibentur.
- 11. Nobilitas ex privilegio perditur per exercitium artis mechanicæ, non vero illa, que ex sanguine procedit. & num. 12. Honore tanto dignus non est nobilitas ex privilegio, quanto nobilitas ex sanguine. ibid.
- 13. Vocatus nemo praesumitur nisi probetur.

Ibi, *Declaramus*, ejus enim est interpretari, cuius, & condere t. si imperatoris. C. de legib. ibi, *leges condere soli Imperatori concessum est, & leges interpretari solum dignum imperio esse oportet* l. si. §. si quid vero C. de veter. jure enunciat. l. 14. tit. 1. p. 1. & ibi glof. & Did. Perez in 2. q. proximali ad titulos ordin. & Burg. de Paz in proximo legum Taur. n. 307. & seq. l. 3. tit. 1. supra lib. 2. ubi diximus, numero 16.

Ibi, *Que verdaderamente se sapa*, Aliter enim si hinc id fieret, prout multoties fortassis fit, crimen felonatus, imò & falsi committeret ex l. tenetur, & ex l. quid sit falsum ff. de fals. & l. 2. tit. 7. p. 7. & ibi glof. & per totum. ff. de crimin. stellion. mentitur enim dicens esse suum quod non est, & sic falsum committit, & imputat veritatem, imò & debet talis miles asserens arma, & equum sua esse, cum non sint, puniri t. pena l. 25. tit. 4. infra isto lib.

Ibi, *Per officio de sales, ni de pellegeros*, idem die in aliis officiis similibus, prout sunt ferrarii, & exercentes mercimonia cuiuscunque ergasterio adherentes, qui quidem nequeunt habere officia publica honoris t. text. in l. si cohortalis. C. de cohortal. & princip. lib. 12. & ibi Platea, text. in l. humilis. C. de incest. nupt. ibi aut eam, qua mercimonia publice praesuerit, & sic. l. 4. tit. 14. p. 4. inquit, *Que la ravertera, y regatera es vil persona, & per consequens hospitia publica habentes, villa t. dicantur officia exercere, imò & id reputatur officium vile quod communiter pro tali reputatur secundum Plat. & Lucam de Pena. in l. maximorum, C. de excusat. mun. lib. 10. & Gutierrez in conf. 31. n. 11. cum 4. sequentibus, & dixi in meo trat. de Decurio, vocato Curia Pisana, lib. 1. c. 12. n. 20. cum sequent. aliquibus, & de his artibus fordidis vide etiam Casian. in cathologo gloria mun. p. 11. in 27. considerat, imò & mercatura fordidata ars t. dicitur secundum Tiraquel. late de nobilitate. c. 33. n. 1. & sequentibus, apud omnesque fere nationes pro ignobilibus habentur qui artificia discunt secundum Tiraquel. ubi supra c. 27. num. 2. & Casian. ubi supra. 8. par. confider. 8. vers. qui autem, quod limitat ibidem ipse Tiraq. n. 5. esse verum, dum in iis artibus, & officiis versantur, secus si desistant ab eis, redeantque ad statum, vitamque nobilium, t. nam tunc eandem recuperant. Secundo limitat Tiraquel. in eod. c. 27. n. 7. ut procedat, quoties per se, non vero si per alium artem exerceat. Tertio limitat*

- 7. mitat t. ipemet Tiraquel. d. c. 33. n. 23. nisi mos regionis alius esset, nam tunc non detogatur t. mercatura, neque ars alia mechanica nobilitati, ut dicunt Bart. & relati per Didac. Perez, in l. 9. tit. 1. lib. 4. ordin. col. 1357. prout fit apud Getuenses, imò & in nostra Hispania. Nam quot nobilium mercantias, & negotiationes exercent, excusantur tamen, vel quia per alios eas exercent, vel quia jam diu ita inter nobiles est consuetum, & malè meo videri, cum repugnet nobilitati, & militiae.
- 9. Nobiliter enim illum vivere, t. non dicimus, qui in fordidis artibus versatur secundum Tiraquel. dist. cap. 27. n. 4. & quamvis Joan. Gaspar. de Nobilit. glof. 1. §. 1. n. 57. velit legem nostram in aliis officiis, quam hic expressis locum non habere, verius est contrarium per text. hic. Item. 4. limita ex dictis in glof. sequenti.

Ibi, *No goze*, Non enim debet gaudere privilegii militiae, illa abutens t. plebei enim decurionum honoribus uti prohibentur, t. l. honores. ff. de Decurio. & in Auth. de Defens. civitat. in princ. junct. gl. observi. Colla. 3. l. nobiliores. C. de commerc. & mercat. lib. 10. l. ne quis. C. de Dignit. lib. 12. & alia plura per Tiraquel. allegata de Nobilit. c. 27. n. 1. & iterum c. 33. num. 1. & seq. Didac. Perez, in l. 9. glo. 1. tit. 15. lib. 2. ordin. & iterum in presenti sub l. 9. tit. 1. lib. 4. ord. col. 1357. & apud Romanos, & alios nobilitatem amittebant vilibus officiis utentes, ut & per Plazara de delictis, cap. 1. n. 9. Quod intellige procedere, & verum esse, (prout nostra l. loquitur) in nobilitate accidentaliter ex privilegio Principis concessa: hanc enim perditur per exercitium artium vilium, tempore quo tales artes, & officia vilia exercentur, secus vero in nobilitate naturali à progenitoribus t. derivata, hanc enim non perditur etiam dum talia exercentur officia, & mercantia, non est enim tanto honore dignus, qui habet dignitatem ex privilegio, quanto is, qui eam suo sudore, t. vel à progenitoribus acquisivit secundum Salicet. in l. fin. §. viros. C. ubi senat. vel clarif. & notat sic distinguendo Petrus Vellus in trat. de re milit. p. 7. tit. 3. n. 38. cum sequent. & expresse sic legem nostram declarat Avend. in Diction. verbo, Cavallero. Privilegio 3. & Covar. in prat. e. 19. n. 7. & Baeca de inape debit. cap. 16. n. 33. cum 3. sequent. & Joan. Gaspar. in dict. glof. 1. §. 1. n. 57. & 58. & Gutierrez. lib. 1. Prati. quasi. 9. 137. n. 18. ubi per illam quæstionem examinat, an per adaptionem tabellionatus perdat nobilitas, & sic etiam declarabis l. fin. tit. 21. part. 2. & diximus etiam in l. 12. tit. 12. lib. 5. supra, & ratio differente inter supradicta delimitur ex dicto illo Archiepiscopi Valentini relato per Sarrient. lib. 7. Select. cap. 16. volum. 3. Nam qui genere ab antiquo nobiles sunt, magis spemolentur, nam licet sanguine nobiliores, ita & ingenio humiliores, humanioresque sunt, & apud omnes homines tractabiles, nec mirum, non enim ex hoc magnitudinis jacturam timent, quam tot sæcula in progenitoribus fundatam, radicatasque conspiciant: illi vero, qui casualiter acquirunt, & ex privilegio nobilitatem quasi adventitiam, & novam in sua humilitione periclitari pertimescunt,

faciliterque posse ab hominibus contemni, & idè à fordidis, & humilibus artibus sunt abstinenti, vel dic melius, quia illa, quæ privilegio acquiruntur, quasi filii filio pendente sunt, & idè ob quamlibet fordiditatem amittuntur, illa vero, quæ radices habent, nihil eis nocet ars fordidata, quin semper nobilitas radicata non sit, & per consequens non perdat ex qualibet causa, qua prima perditur militia, & nobilitas.

Ibi, *Que nos embiendamos allamar alos hijos dalgua de nuestro reino*, Tunc desumitur veram esse propositionem, quam alibi dixi, scilicet, quod nobiles speciali jussu regis sunt ad bellum vocandi, neque sufficeret jussu generalis, in quo alii non nobiles vocarentur, imò & quantumcumque nobiles vocarentur, adhuc ad vocari ire non tenentur, nisi alio speciali jussu vocentur, ut dixi in l. 16. tit. 7. lib. 3. supra num. 3. Requiritur tamen, ut probetur vocatio ad hoc, ut pena imponatur non eunti ad bellum, t. aliter enim nisi probetur, non praesumitur vocatus, ut optimè per Burgos de Paz, conf. 46. num. 5. & 6. vol. 1. sic legem nostram declarando.

IN LEGEM QUARTAM.

Deinceps homines boni tributarii in militia non ordinantur, neque eligantur, & electi ab hinc retro decem & octo annis contrahant sine obstaculo quarumcumque litterarum.

SUMMARIUM.

- 1. Añes agentium operator solum in agente bene dispositio.
- 2. Infans non potest esse Doctor, quia Doctori est honor.
- 3. Militia est Dignitas.
- 4. Bellum omni jure permissum est pro tuitione rerum, & 5.

Ibi, *No embiendamos en ellos la tal dignidad*, Honor enim his, qui sunt capaces honoris, debetur, quia actus agentium operantur tantum in patiente bene disposito t. secundum Philol. 2. de animis, & probatur in l. 2. ff. de stat. homi. & in cap. venerabilem, ubi colligitur de electis tributariis vero, & debentibus tributum nobilitas repugnat, ergo eis non est concedenda, nam qualia sunt subiecta, talia debent esse prædicata, aliter enim duo contraria daretur in eodem subiecto contra l. 1. C. de furr. & sic etiam prædicatum, scilicet, honor non esset dispositum ad subiectum, nam homo, qui est subiectum, habet jam prædicatum tributi, quomodo ergo poterit habere subiectum contrarium, cum solvere tributa, & non solvere contrahentur, & ideo bene dicit text. in l. neque famosis. C. de Dignitat. lib. 12. & quos seclus, aut vite turpidum inquinant, & quos infamia ab honestorum cætu segregat, dignitatis portæ patibunt: faciuntque dicta per Lucam de Pen. in l. unica. C. de præfessor. qui in urbe. col. 3. lib. 12. quod infamis t. non potest fieri Doctor, quia Doctori est honor: sed quot hodie repellentur ab hoc, si vera inquisitio

inquisitio fieret, sed prevalet numerorum solatio inquisitioni vere & recte faciende: & idem jure optimo inquit text. hic. *No cabiendo en ellos la tal dignidad.* Ulterius ex his verbis notandum est militiam esse dignitatem, nam cum lex nostra precedentium sit declaratoria, imò & correctoria, & in precedentibus de militibus, & militia dictum sit, & in hac eam, ut dignitatem non esse concedendam iis, qui ea indigni sunt, statuitur, clarissime probatur nostrum assumptum, scilicet, militiam esse dignitatem, cum militia summa laus sit, ut habetur in cap. *Summa intro.* & in fine 33. q. 1. & Seneca in *Herente* fuit in tragedia prima, omnis (inquit) in sermo est salus, ideo dicitur bellum omni jure Divino, naturali, & gentium pro tuitione rerum suarum permissum esse secundum Paul. *confessio* 33. & dicit text. in cap. *militate* 33. q. 1. quod militare non est dictum, quoniam plures fuerunt milites à Deo approbati, ut David, de quo dicit Deus, Inveni hominem secundum cot meum, & de pluribus aliis, de quibus habetur Regum 1. 2. 3. & 4. & Machab. 1. & 2. ut hæc, & alia in laudem militie adducit Cassan. in *Catal. gloria mundi*, in 9. part. *confiderat* 3. & 11. & in initio illius 9. *partis*. & sic est hic text. contra Barr. & magis communem opinionem, & dicentem militiam non esse dignitatem, de qua per Didac. Perez, & relatos ad eo, in l. 1. tit. 1. lib. 4. *ordin.* col. 1322. cum duabus sequentibus. & glos. *Son mas*, in l. 1. tit. 21. *partis*. & ita legem sequentem ad hoc notat idem Didac. Perez, in l. 7. tit. 1. lib. 4. *Ordin.* col. 1355. & novissime Humada, in l. 1. *dict.* tit. 21. p. 2. in gl. 6. n. 4.

Ibi, *Quæque seam dados de nostro proprio motu, y ciencia ciencia, y poderio Real absoluto.* Vide de his tribus clausulis, quæ in simili dispositione diximus in l. 3. num. 12. cum 12. sequent. tit. 14. lib. 4. *supra*, quæ hic referre, superfluum esset.

Ibi, *Qualescunque clausulas derogatorias y abrogaciones.* Vide, quæ circa hæc verba diximus in l. 1. numer. 34. cum sequent. tit. 14. lib. 4. *supra*. Notandumque est legem nostram, & tres precedentes loqui in militibus armatis, legem vero sequentem in militibus, *De escuela dorada*, in l. 1. *supra* isto tit. & lib. & de revocatione harum nobilitatum facit Ojalor. *de nobilit.* 4. p. cap. 4. quamdam longam relationem.

## IN LEGEM QUINTAM.

Nullus est ordinandus, neque eligendus in militem, nisi per manum Regis (Supple) vel Regine, ut in l. sequenti vel eiusus illi committitur, ut diximus in l. 1. *supra* isto tit. & lib. glo. Por. el.

## SUMMARIUM.

1. Subreptio & obreptio quid sint.
2. Solemnitates convenientes militibus De escuela dorada.
3. Milites nostri temporis an gaudeant privilegiis militariis.

Ibi, *Toda obreccion, o fabricacion, Quid sit obreptio, & subreptio, & effectus eorum* & ultra Doct. in locis ordinariis, vide Menoc. *de arbitrio*, jud. *casu* 201. & 202.

Ibi, *Por nuestra mano.* Supple, ut in summario hujus l. dictum est, supplendum.

Ibi, *Que cabe en el la orden y dignidad de la cavalleria.* Vide quæ diximus in l. *preced.* in *glos.* 1.

Ibi, *Y que el tal vele las armas.* Ex his verbis & sequentibus apparet, legem nostram loqui in militibus calcariis deaurati, vulgo, *Cavalleros de escuela dorada*, hæc enim solemnitates eis conveniunt, ut apparet per ex l. 13. & 14. tit. 21. 2. part. 2. tradit Garzia de *Nobilit.* *glos.* 1. q. 1. n. 32. cum tribus sequentibus. diximus in *dict.* l. 1. *supra* isto tit. & lib. ubi & in quo differant ab illis, de quibus in tribus legibus precedentibus differimus, & an milites nostri temporis gaudeant privilegiis militariis, & Vide per Avend. 3. in *Dictio.* verbo. *Cavallero*. & Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 4. *ordin.* col. 1318. *verfje*. Ex quibus cum duabus sequentibus columnis, ubi col. 1320. id per duas conclusiones resolvit.

## IN LEGEM SEXTAM.

Rex, & Regina, & non alii possunt milites ordinare.

## SUMMARIUM.

1. Privilegia quæ habet Rex, habet & Regina, ubi declaratur, & n. 2.

Ibi, *Que solos nos.* Ex his notat Compiler in summario, ex coque, quod lex nostra condita fuit à Regibus Ferdinando, & Elizabeth, & ex fine nostræ l. quod ipsa Regina, sicut Rex potest milites constituere, & ordinare, & hoc nimirum, nam privilegia, quæ habet Rex, habet & ipsa Regina. l. *Principis*. ff. *de legib.* & in l. 3. C. *de Præpo. fac. cubi*. lib. 12. facit i. Bene à Zenone. C. *de quadrien. præscrip.* l. *fiscus cum sequentibus*. ff. *de jure fisci*, & optima l. 7. col. *pennl.* tit. 2. part. 4. Quod verum esse, inquit Lucas de Pen. in *dict.* l. 3. de privilegiis, quæ mulieri conveniunt, & quæ nullum, vel modicum parant præjudicium, ut refert & sequitur Carol. de Grassal. lib. 1. *Regal. Franc.* juve 18. in *princ.* ubi inquit, quod non potest condere legem, & similia mulieri non convenientia, quod ego intelligo, nisi & ipsa Regina esset, & nam tunc hæc facere possit, eo quod tunc habet administrationem cum Dignitate, ut inquit Carol. de Grassal. *ubi supra*, prout fuit Regina Elisabeth conditrix hujus l. cum marito suo Ferdinando, nam administratio Regni de jure Regine proprie pertinet, ut diximus in l. 1. tit. 5. lib. 2. *supra* num. 7. & tunc cum administratione transiunt omnia Regi competentia in suo regno, in Regnam in suo, & secundum hæc supradicta intelligem. Imo & ille, cui Rex commiserit, poterit milites creare, ut diximus in l. 1. *supra* eod. cum qui per alium facit, per se ipsum facere videatur, & omnia nostra facimus, quibus autoritatem nostram impartitur, inquit Imperator in proemio C.

Ibi,

Ibi, *Leyes de Parrida.* Quas in lege precedenti retulimus, & in l. 1. *supra* eod. quæ quoad illas solemnitates ex lege nostra cessant, ut ex verbis sequent. clarè patebit.

## IN LEGEM SEPTIMAM.

Ad probandum aliquem esse militem armatum, non sufficit testimonium militum, sed privilegium ipsum est necessarium.

## SUMMARIUM.

1. Privilegium requirit scripturam pro substantia, sed pro probatione, nisi ut ibi. num. 2. & num. 4.
2. Verbum (hat) ab ipso Principe prolatum est majoris potentia, quam si a consiliariis camera procederet.
3. Privilegia causa concessi à Rege ad ipsum pertinent ubi num. 6. quod & arbitrio de confirmatione ad ipsum Regem pertinet.

18 scriptura incipiamus, primo ex sacris litteris comprobatur \*, nam Deuter. c. 1. scribitur, tui de tribus vestris viros sapientes & nobiles, & constitui eos Principes, tribunos & Centuriones: Et Eccles. 10. Beata terra, cujus Rex nobilis est, aut ut alii exponunt, filius nobilium: & libr. Machab. 1. cap. 3. Antiochum Regem, scribitur negotiis suis praefecisse Lyfiam hominem nobilem, & genere regio. & 1. Regum. 9. Ecce vir Dei est in civitate hac, vir nobilis: omne, quod loquitur sine ambiguitate venit, & Job. 14. Sive nobiles fuerint filii terra, sive ignobiles non intelliget. Et Isaia 5. Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. Item & ex sacra scriptura, Paul. 1. ad Corinth. 1. Videte vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed qua stulta sunt mundi elegit Deus ut confundat sapientes. Et iterum. 1. ad Corinth. 4. nos stulti propter Christum (ait Paul.) vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: nos nobiles, nos autem ignobiles. Ecce igitur quomodo in sacris scripturis de nobilitate mentio fit: & in passione de Joseph ab Arimathia dicitur, quod erat nobilis Decurio. & Tiraq. plura itidem testimonia adducit, ubi supra, cap. 21. num. 1. cum pluribus sequentibus. Jure etiam Canonico nobilitas videmus \* approbatam, nam in cap. statuimus. in glof. verbo, Potiorem post prin. de major. & obed. nobilitatis ratio habetur, ut & per Zenz. lli. in extra. execrabilis. versic. nos itaque. verbo, Generis claritatem de major. & obed. & in cap. Adam. 60. dist. ibi nobilitate loci privatur, in beneficiisque magis est providendum nobilitatis, ut 86. distinct. non satis, itidem & in dispensatione plurium beneficiorum, ut in extravag. execrabilis. Joan. 22. de concess. praeb. & in cap. de multa. & ibi Doctor. de praebend. inter alios allegans Tiraquel. de nobilit. cap. 20. num. 13. ubi num. 11. inquit nobiles in beneficiis \* alius esse preferendus ex gloss. in cap. fin. verbo, Nobilitati, de poenis. per text. in dict. cap. non satis. versic. item si consideranda est. 86. dist. & sic secundum Tiraquel. dict. num. 11. si a diversis patronis fuerint presentati pari vocum numero nobilis, & igitur nobilis, ceteris paribus \* nobilis est preferendus, nec potest Episcopus gratificari, & in materia beneficii, plura de nobilitate dixit Selva de benef. 3. part. quaest. 7. num. 13. ubi num. 11. inquit Doctores in cap. super eod. de testim. notare, quod per Canones fit distinctio nobilium & ignobilium, & per Hoj. dam, in Tractat. de benefic. incompat. & compar. & plu quam

20 viginti privilegia \* nobilitatis resultat Capola, in Tract. de Imperat. milit. delict. §. nobilitatis etiam numero 26. cum sequentibus. in 16. volumine. Tract. diverforum. Item etiam & de jure civili \* ex Authent. de defensor. civi. §. 1. in princ. verbo, viri obscuro, & in aliis pluribus versiculis, & in §. ultim. & ibi gloss. nobiliores. & text. in l. honorum. §. de honoribus. verbo, origo natalium, ff. de munerib. & honor. l. honores. §. is qui. ff. de decur. ubi plebi honoribus decurionum fungi prohibentur, in Authen. praesides. in princip. ibi, nobiliores civitatum. C. de Episcop. audi. & sic in dandis \* dignitatibus secularibus ponderatur dignitas, & sic nobilitas, secundum Domini. per text. ibi in cap. Grand. de sup. neg. prelat. in sexto. notat Decianus, Respon. 18. numero 23. lib. 1. & gloss. Sobre. l. 9. tit. 18. part. 2. & plura congerit Tiraquel. in dict. cap. 20. per totum. Ex legibus etiam Patriarum nobilitas

21 \* comm. ndatur, ut in l. 2. & 3. tit. 21. p. 2. & in aliis pluribus locis, & de jure nostrae Recopilationis in nostro hoc titulo plura videbimus: ita ut nobilitatis

origo antiquissima sit, & ejus inveni memoria non existit, ut inquit Otalora, de nobilit. 2. part. capit. 4. numero 3. in fine. & multis scripturis divinis, Canonicis, civilibus & Regiis commendata, qua esset longum referre. Qua quidem nobilitas cum ab omnibus appetatur (ut jam diximus) ab omnibus quasi gentibus reperiemus \* approbatam, & nunc hoc, nunc illo signo nobiles ab ignobilibus distinctos esse, & cognitos: Nam apud Romanos bulla aurea insignis nobilium erat, torum vero plebeiorum. Apud Germanos viri nobiles non fluctuante veste, sed stricta, & singulos artus exprimente utebantur, ceteri sagis cum fibula. Et idem de Sarmatis, & Partibus. Contra Lydorum principes sagis utebantur, vulgus autem bestiarum pellibus amiciebatur. Ipsis Indis, Persis, Atheniensibus in auribus aurum ferre nobilitatem designabat: Et apud Indos Bysson non nisi nobilis induebat. Thracibus, nobiles, punctos esse in facie signabat: non punctos, ignobiles. Item apud Britannos, Gelones, & Agathifos, apud Suevos, Aegyptios, & Lacones similiter signis particularibus utebantur nobiles ad cognoscendum eos, ut videre licet ex Tiraq. de nobilit. cap. 37. num. 160. cum sequentibus: Imo & apud Turcas, illi existimantur omnium nobilissimi, qui prorsus ignorant patres, ac matres suas, ut inquit ipse Tiraq. ubi supra cap. 19. num. fin. de quibus etiam meminit Cassan. in Cata. gl. mundi. 8. part. consider. 49. per totam, ubi varios ritus gentium circa nobilitatem refert. & Joan. Licier, de primogenit. lib. 2. q. 4. art. 2. n. 8. & Otalora. de nobilit. 5. part. prin. cap. 2. per totum, & iterum in 2. part. cap. 4. num. 2. ubi & nobilitatem antiquissimam esse testatur: ita ut sicut unicuique suis mos, & unaqueque provincia suo sensu abundat, ita & in nobilitatibus à sui initio, & fundatione habita sunt certa \* familiae 27 nobiles, & distincta à plebeis, & nota ab antiquo nomine & reputatione, ut inquit Otalor. d. 2. part. d. c. 4. num. 9. in fine. ubi num. 10. inquit de iis in Cantabria plures adesse familias, De solar conocido, & in illo numero 9. inquit, Que en Montañas, Vizcayay y Asturias, fella man solares conocidos, las casas antiguas y principales, & in numero 10. id profequitur, & ampliat Garf. & sic non requiritur, Para probar, solar, omnia illa, qua requirit ut infra fundat, & sic inquit optimè Barr. in l. 1. col. penul. C. de dign. lib. 12. articulos esse formandos super probatione nobilitatis secundum diversitatem \* locorum, quod 28 est optimum ad infra dicenda: & hac pro prima quaestione elucidatione sufficiant.

Ad secundam vero quaestionem accedendo quatuorplex sit nobilitas, \* in hac 29 sicut in aliis hujus materia adsunt etiam opiniones: Prima enim fuit Platonis dicentis, quadrifariam esse nobilitatem, unam eorum quibus clari bonique parentes fuere. Secundam, quibus potentes aut principes: Tertiam cum majores nostri fama, & rebus bello gestis claruerunt: Quartam eamque praestantissimam, quibus non aliena sed propria virtus, & animi magnitudo nobilitatem donavit, & hanc ultimam laudat Lucas de Penna, in l. mulieres col. 4. C. de incol. & Tiraq. de nobil. c. 4. num. 18. cum sequentibus. de qua & inferius dicemus, & refert Tiberius Decianus resp. 19. numer. 10. lib. 3. triplicem harum nobilitatum viam. Secunda vero opinio fuit Aristotelis discipuli Platonis, qui quidem Aristotel. lib. 4. Polit. inquit, quadrifariam dici nobilitatem, generis scilicet, divitiarum, & virtutis, & discipline, Azevedo in Recopilationem. Tom. 11. D ij nihilque

nihilque prohibet à patria solique natalis splendore nobilitatem interdum deduci: nam amplitudo patrie antiquaque decus plurimum valet ad laudem gloriamque comparandam, sed ea perquam exigua est modicique momenti, ut per Cassan. in catal. glor. mun. 8. part. confid. 18. & Orador. ubi supra. 2. part. c. 3. num. 15. licet & plurimum adjuvat ut per Tiraq. ubi supra cap. 12. num. 1. cum sequentibus, maxime se habitatores ejus liberi essent ab omni subjectione tributorum, prout in Cantabria sunt. Tertia vero fuit opinio Abb. in c. venerabilis, col. 2. in princ. de praben. dicentis duplicem esse nobilitatem, generis scilicet, & animi, in quo fuit, nimis diminutus, eo quod non omnes comprehendat nobilitates. Quartam vero opinionem descripsit Bonus de Curtil. in tract. de nobil. 2. part. n. 9. & 10. vol. 16. tract. diversorum doctorum, dicens quadrifarie distingui. Prima, que animi virtutibus causata dicitur: Secunda vero species à sanguinis & generis majoribus nostris originem duens, & de his duabus meminit Abb. ubi supra & Plato. ubi supra in 1. & 4. specie. Tertia vero species dicitur mixta animi, & generis, quia ab utraque parte sumit, & de hac etiam loquitur Bald. in l. nobiliores, C. de commer. & mercat. Quarta & ultima species nobilitatis est, que politica seu civilis à Bart. nuncupatur, in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Quintam vero opinionem reculit Felin. in c. super cod. col. 2. in fi. de test. dicens tres esse nobilitatis species. Prima stirpis, & sanguinis. Secunda virtutis, & hanc ut veram nobilitatem Philosophus amplectitur, precedentem vulgus. Tertia mixta de utraque ex precedentibus speciebus partem capiens, & hanc verissimam, & elegantiorum omnes profitentur. Sextam vero, & ultimam opinionem annectit Bar. in d. l. 1. de dignit. & hac mihi verior & congruentiorque videtur, scilicet, quod est triplex species nobilitatis. Prima est Theologica, & supernaturalis, & in hac includitur quarta species à Platone supra constituta, & tertia Aristotelis, & secunda Abbatis, & prima, & tertia Boni de Curtili, & secunda, & tertia Felin. Secunda vero species à Bartolo designata est, nobilitatis naturalis, & cum hac nulla species precedentium opinionum concurrat, nec concordat. Tertia vero Bartoli species est Politica seu civilis nobilitatis, & cum hac concurrat, prima, secunda, & tertia Platonis, & prima, & secunda Aristotelis, & prima Abbatis, & secunda, & quarta Boni de Curtili, & prima Felini, & per consequens hac Bartoli distinctio est tenenda tanquam generalior, & omnia comprehendens, & sub ea quasi omnes alia recidunt, & cadunt, cui si volueris addere mixtam, generis scilicet, & virtutis, hac non est species de per se, sed producta ab aliis, & sub eis contenta, ideo sub dictis comprehenditur, & est augmentativa nobilitatis, quia eam habens habet Theologam & Politicam, & sic virtutis, & sanguinis, & quamlibet earum habenti præfertur quasi duo vincula sint uno fortiora: Non tamen constituit novam speciem nobilitatis, sed duas species conjungit in una persona eam habente, & ideo triplex illa differentia Bartoli apertior est nostro proposito, & materia nobilitatis: Quam post hæc secutum fuisse reperi, Paleotum in tract. de noth. & spur. cap. 61. n. 3. & 4. Quam distinctionem declarando dicit quod Theologica, & supernaturalis & nobilitas est illa, ac ut alii dicunt, virtutis vel animi, quam Bartol. ubi supra spiritualem vocat, quasi in spiritu, & animo ex Dei gratia consistentem, qua apud Deum, ille, qui est in gratia

faciente gratum nobilis est, & sic omnis, qui est virtuosus, & in statu virtutis, Deus (apud quem nulla est obumbratio neque aliquid latet) facit eum felicem, & gratum sibi, intelligendo tamen de illa virtute, qua facit hominem felicem, ut dictum est, scilicet in charitate: si enim aliquis in charitate est, est in gratia, non enim potest esse in charitate sine gratia, & ista gratia consistit in hoc quod Deus sua largitate fecit hominem gratum sibi, ut habetur per fratrem Bonaventuram de Balneo, & per Sanctum Thom. in 1. 2. q. 116. & q. 50. quos Bari. ubi supra allegat & magistrum sentent. quem allegat Bonus de Curtili ubi sup. 2. part. & Cassan. in Catalog. glor. mun. 8. parte confid. 4. & Orador. de nobilit. 2. part. cap. 3. num. 10. & 11. ubi cum aliquibus sequentibus referunt aliquas dictarum opinionum, refert etiam Moncolonus, in suo promptuario juris, verbo nobilis, in gl. ancilla, & Sarmiento, lib. 1. select. cap. fin. num. fin. & hoc esse verum dicit Bari. ubi supra, & probari. 1. Regum. 2. ubi dicitur, quicumque honorificaverit me, glorificabo eum, qui autem contempserint me, erunt ignobiles: & istos nobiles, inquit Bari. non possumus perfecte cognoscere, nisi per revelationem, dicitur enim Ecclesiast. 10. nescit homo utrum amore aut odio dignus sit, & multi sunt predestinati, qui apud nos reputantur ignobiles, ut patet ex Apostolo ad Corinth. 4. & 10. c. Et de his nobilibus nobilitate Theologica meminit text. in c. novit. cum 2. sequentibus, de pæn. distinct. 4. & apud Deum summa nobilitas est clarum & esse quem virtutibus c. non loca 40. dist. c. cum 32 omnia 56. dist. que jura ad hoc allegat Marian. Soc. in c. nobilis homo num. 4. de purgat. canon. & est optima l. 6. tit. 9. p. 2. & tradit Tiraq. de nob. c. 4. num. 12. & Jacobus de Tapia, de Triplici Bono, & vera homi. tit. 1. pag. 2. col. 2. virtusque in primis virum & nobilissimam reddit, ut l. providendum, C. de postul. 33 ad hoc allegata per eund. Maria. Soc. in c. qualiter & quando, num. 755. de accusat. & de hac virtutis nobilitate plura dixit singularia Tiraq. in d. c. 4. per totum, & Bonus de Curt. in d. 2. part. num. 11. cum pluribus sequentibus ubi hanc nobilitatem ut digniorem pluribus comprobat mediis, nam & nobilitas Politica, & sic sanguinis generis que nihil prodest sine Theologia, & sic sine virtute, ut late diximus in Curia Pisana, de Decurion. lib. 1. cap. 12. & licet aliqui id velint intelligere, apud Deum non tamen apud homines, & vulgares, ut inquit Tiraquel. dict. c. 4. num. 12. 13. & 14. id tamen ex corruptis hominum animis procedit, qui exteriora considerant, & non interiora, & nobilitatem illam vocant, qua generis est, & sanguinis, non vero eam, qua à virtute procedit, qua quidem sola si nobilitaret apud homines circa ea, qua nobilitat illi, que est sanguinis, fortassis nobilitas magis appeteretur, sed utcumque sit, hoc in concessum esse judico, & omnes consentiunt, teste Tiraq. d. c. 4. num. 16. bonos mores, & sic virtutem, & esse nobilitati generis anteposendos, ita ut ubi adest virtuosus aliquis, & alius nobilis sanguine non virtuosus, ad officia & beneficia virtuosus est præferendus, prout in d. c. 12. Curia Pisana latius dixi, & late disputat Bonus de Curtili, ubi supra. 3. part. num. 1. cum sequentibus pluribus: ubi num. 85. querit quot actus

requirantur virtuosus, & per quot temporum curricula ad hoc ut nobilitatis animi, & sic virtutis palmam ipsi causatam virtutibus, assequi quis mereatur, & cum sequentibus pluribus numeris id disputat, que missa facio, ut ad alia transeamus: inquit tamen Tyracq. d. c. 4. num. 15. ex Bart. & Plat. & Roy. nobilitatem virtutis differentiantes à nobilitate sanguinis, plerumque virtutem dare causam nobilitati, quoniam ad eam conferendam Princeps sepius movetur, & moveri debet: Sed quot sunt oblii virtuosus, & nobiles etiam sanguine, quia favores mundani eis deficiunt, & quod sine virtute homines, & multi horum sine sanguine ex infima generatione procedentes, in honoribus & dignitatibus, & fortassis in excelsis locis & sedibus: alii judicent: nostrum enim non est judicare: De quo conquirebatur Job. 21. quare impii vivunt, sublevati sunt, confortatique divitiis: Sed ut ipse Job. 20. cap. dicit, laus impiorum brevis est: Et in Psalmo 36. dicitur, vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut Cedros Libani, & transivi, & ecce non erat, quosivi cum, & non est inventus locus ejus. Hec tamen omittens venio ad secundam speciem nobilitatis, que est nobilitas naturalis, que potest considerari duobus modis, & ut inquit Bart. & cum referens Cassan. in Catalo. glor. mun. d. 8. par. consid. 4. vers. secunda, & Montolonius, ubi sup. & Oral. d. 2. p. num. 11. c. 3. primo modo prout congruit animalibus rationabilibus, & irrationabilibus, & etiam aliis sensu carentibus, & isto modo dicuntur nobilia & ignobilia secundum bonitatem operationum, ut in Brutiis patet, videmus enim quasdam aves ejusdem speciei nobiles, & ignobiles, & idem in leonibus, idem in pomis, & inter artifices secundum majorem, & minorem instructionem, & isto modo servus, & ancilla potest esse nobilis, ut jam dictum est: & de hoc etiam loquitur Philos. Ethico. 2. in prin. Secundo modo consideratur hac naturalis nobilitas prout cadit in solis hominibus, & de ista loquitur Philos. 1. Ethico. cap. 4. ubi dicit quod nihil aliud est quam virtus & malitia determinantes servum & liberum, nobiles & ignobiles, & hoc non est intelligendum de omni virtute, sed de ea que competit aliquibus prout sunt apti dominari, non de ea prout apti sunt esse subditos, & hac nobilitas est quidam habitus electivus in medio consistens circa ea que pertinent ad præesse vel dominari: verumtamen melius considerans hanc naturalem nobilitatem, ego non vocarem eam nobilitatem, sed superioritatem quandam ex quatuor aut tribus qualitatibus in propositum consideratis per Sehwam, de beneficio 3. p. q. 7. n. 19. cum tribus seq. scilicet cum datur qualitas divitiarum, aut majoris potentie, scientia aut præminentie vel honoris, quibus quidem quasi naturaliter in brutis, in pomis, & in hominibus videmus insitam quandam majorem qualitatem superioritatis fortioris aut elegantioris in uno quam in alio ejusdem speciei, prout & videmus in fratribus ab eisdem parentibus procedentibus, quorum unus est robustior, humanior, vel ingeniosior alio, & tamen ejusdem sunt generis, & sanguinis, & hoc est, quod ex Tiraq. de nobil. c. 37. n. 158. in prima quaest. diximus esse quandam ordinem, & modum quasi à natura insitum quod nobilitas de per se dici non potest, præsertim cum nobilitatem

nobilitatem & ex jure naturali deduci non videatur, ex text. in l. 37. quod attinet. ff. de reg. jur. ubi dicitur, quod quoad jus naturale attinet, omnes homines aequales sunt, propterea alicubi scribitur, naturam inter homines cognationem quandam constituisse, l. ut vim. ff. de Jul. & jur. §. jus autem gentium, inst. de jur. naturali, & si hæc vera sunt speciem hanc naturalis nobilitatis rejicere possemus, verum quia in hac superioritate quedam animi nobilitas datur, non est rejicienda, sed dicendum quod ex naturali ratione potius quam ex jure naturali procedat, ut inquit Caspola, de Impe. mili. del. §. nobilitatis etiam. num. 4. fol. 310. vol. 16. Tract. divers. doct. sed quia hæc non admodum ad hanc de qua nunc agimus nobilitatem attinent, licet & aliquantulum adjuvant, relinquemus eam, & ad tertiam deveniemus, que Politica & civilis vocatur & de qua agendum est principaliter, & de qua, (cum de nobilitate sit mentio) per vulgares intelligitur, ut inquit Joan. Licrier, de primogen. libr. 2. questione articul. 2. num. 14. & hæc nobilitas est, quam omnes appetunt, omnes querunt, & habere procurant licite, sive illicite, & que hæc sit in sequente questione declarabimus, est tamen notandum quod hæc Politica sive civilis nobilitas est triplex & quedam incipiens, quedam crescens, quedam perfecta, ut inquit Bald. in l. nobiliores. C. de commerc. & mercat. & sicut crescens præfertur incipienti, ita perfecta crescenti, ut probat textus in Authentic. qua de Dignit. §. & generaliter, ubi glo. & Doctores, & Tiber. Decian. Respons. 21. num. 41. vol. 1. quod duplicavit in Respons. 7. numero 44. vol. 3. & Tiraquel. de nobili. capitulo 19. numero 10. inquit Bald. ubi supra sentire, nullam esse perfectam nobilitatem que sit in principio, aut etiam in augmento tantum, nisi ultra quoque progressa fuerit & imò & inquit Oralora 2. parte. capitul. 3. col. 40. penult. nobilem à se ipso nobilitatem habentem, & sic incipientem eam habere non posse proprie nobilem appellari, sed principium sue nobilitatis, is tamen, qui ab antiquo eam habet, vere nobilis dicitur, & hoc est quod dixit lex illa. 2. tit. 21. par. 2. & notat etiam Joan. Garf. de nobili. glo. 12. in princ. num. 6. & è contrario novissime ego considero dari nobilitatem incipientem decrescere, & decrescens, & perfectè amissa, puta cum is qui nobilis est incipit degenerare à nobilitate, patiendo in aliquibus se tributarium, decrescens verò, cum, & per tempus vite sue, & filiorum ejus, & perfectè amissa cum jam de nobilitate antiqua sui descendentes non tractant, & horum multi sunt, vel quia Patres eorum fuerunt pauperes, & filij iidem, qui non potuerunt nobilitatem suam defendere, vel quia se in terris liberis, & ubi nobiles non sunt noti, se contulerunt, & cum tempus in temporalibus bonis avos dicat, alios depauperat, sic & in nobilitate, ubi nobiles fiunt, cum nullus suorum predecessorum esset, alij verò ignobiles, cum ab antiquo posteri sui nobiles fuerunt, & sic hunc humiliat, illum verò exalrat, & hæc pro 2. questione. Ad tertiam verò questionem scilicet quid sit nobilitas, & unde derivetur, & dicendum est cum Tiraq. de nobil.

nobil. cap. 2. num. 1. & sequentibus, & *Cassan.* in catalogo. 8. part. confid. 2. & *Orator.* de nobil. 2. part. c. 4. n. quod nobilitas à nosco dicitur idem significante quod noscibilitas, & sic nobilis idem est quod notus, & per omnium ora vulgatus, unde *Virgilius*:

Est locus Italiae medio sub montibus altis,  
Nobilis.

Et *Martialis*:

Prostratum Nemees vastaque in valle Leonem,  
Nobilem, & Herculeum fama canebat opus.

Et *Plautus in Pseudo*:

Cum ijs mihi.

Nec locus, nec sermo convenit, ijs nunquam nobilis sui.

Sicque etiam è contrario ignobiles pro ignotis antiqui intelligebant, juxta illud *Virgilij* lib. 7. *Aeneid.*

Solus ubi in silvis Italis ignobilis ævum  
Exigeret:

Ubi *servius*, ignobilis, inquit, non vilis sed ignotus, quæ & alia plura ad hoc considerant *Tiraquel.* & *Cassan.* ubi supra qui ex hac notitia inferunt, apud plerosque verbum hoc nobilis, & ad eos, qui vel deploratissimis moribus nominationes facti sunt, relatum esse: *Hierony.* enim inquit, in *Helvidium Hereticum*, nobilem factum esse in scelere, de quo alia per *Tiraq.* ubi supra num. 4. cum sequentibus, & *Cassan.* in d. considerat. 2. & proinde nobiles quasi notos significamus, & in hac derivatione verbum hoc nobilis, accipimus. Licet ex legibus nostris verbum, Hidalgo, Hispanè prolatione aliunde derivari dispositum videmus ex l. 2. tit. 12. part. 2. ubi *Etymologia* & denominatio ejus describitur, dum dicit, hidalgum idem esse quod, Hijo Dealgo, y de bien, sed sive sic nobilem derivari, vel primo modo, in eundem sensum recidimus, nam etiam noscibilitas efficitur ex dicta denominatione legis partita, & hec quoad derivationem sufficient, ut ad diffinitionem nobilitatis deveniamus, in qua quidem diffinienda, Politica inquam, & civili nobilitate, quam plures, sicut in supradictis adsunt opiniones tam inter antiquos externos, quam inter nostros, omnis enim diffinitio periculosa est, neque sedem habet fixam; *Bart.* enim in l. C. de dignitat. l. 12. plures & varias doctorum retulit sententias, & tanam ex eis secutus fuit *Thyberius Decianus*, responso 19. num. 3. volum. 3. refert alias, & *Cassan.* in catalog. glo. mun. 8. part. confid. 1. & omnium latissime *Bart. Cæpola.* in Tract. de Imper. milit. delig. §. nobilitatis etiam causa num. 1. cum sequentibus pluribus, ubi viginti & sex ꝑ reculit opiniones, & nostris vero aliquas *Oralora.* de nobilit. lib. 2. c. 3. numero 2. 3. & 4. & *larius* cod. libro c. 4. & *Did. Per.* l. 1. tit. 2. gl. 1. versic. est præterea, col. 1363. lib. 4. ord. quæ quidem vel major pars diffinitionum opinionum potius dici denominationes, & descriptiones, quam diffinitiones, quarum in nostro proposito melior videbatur illa de qua in d. l.

d. l. 21. tit. 21. part. 2. dum dicit, dici ex eo, Hidalgos, quia, Fueron escogidos de buenos lugares y con algo, que muestran tanto como hijos de bien, quam declarat *Oralora* ubi supra d. 2. part. c. 3. num. 4. & *Joan. Gar.* de nobilit. glof. 18. num. 19. ex quibus verbis, male dixit idem *Oralor.* ibidem num. 2. & 3. cum *Greg. Lopez* per eum relato, quod à verbo Italico, derivatur verbum, Hidalgo, nam id contra supradicta & sic merito in hoc eos reprobat *Joan. Garf.* ubi sup. d. gl. 18. num. 37. & 38. & *Humada*, in cad. l. 2. tit. 21. par. 2. gloss. 8. in principio, & quia verbum Italico, ab Italo quondam Hispania domino derivatum est, quod quidem verbum significat idem quod Dominus Boun, & armentorum, & sic Italia eadem ratione idem est quod terra Boun, ut optimè in quinque libris *Historie*, generalis Hispania, quam recopilabat *Florian de Ocampo.* lib. 1. c. 21. differitur. Et itidem ex dicta lege Partite ego infero quod cum hæc lex dicat, Que fueron escogidos, quod nobilitas nostra, Hidalguia, vocata, in nostra Hispania, nullo modo potuit procedere neque ortum habere ab Abel, & Cain, sed potius ab illo tempore Amazonum, de quo in 3. opinione prime questionis diximus, ubi eligebantur, & electi fuerunt homines justis, & boni inter eos, qui pravorum mores corripere, & alios ab insultis defenderent, licet *Oralora.* d. 2. par. c. 2. n. 3. dicat quod istud vocabulum, Hidalguia, nec in jure communi neque statuario de ea fuit mentio facta, & quod ideo diffiniri non poterat, ex omnibus tamen diffinitionibus, due aut tres in nostrum propositum mihi placent. Prima est in genere, & generaliter sumpta ut omnes nobilitates comprehendat, à sanguine scilicet, vel à Principe, vel à lege, vel ab alia legitima causa procedens scilicet illa que describitur à *Jodoco Cliforveo* relato per *Cassan.* in d. 8. part. confid. 1. n. 1. quod nobilitas dicitur ꝑ esse generis, vel alterius rei excellentia, vel dignitas, quæ quidem diffinitio secundum *Cassan.* ubi supra omnia comprehendit, & ab authoribus nobilitatem diffinientibus ita diffinitur, verum quia quoad nos habet aliquam difficultatem, tunc quia dignitas & nobilitas ꝑ non sunt idem secundum *Bar.* in l. 1. C. de dign. lib. 12. tunc etiam quia quoad nostrum usum, & modum loquendi non ita adaptari potest, secunda erit diffinitio *Landuli* in *Clem. 2. de sent. excom.* scilicet, quod generis nobilitas ꝑ est qualitas, sive dignitas (vel melius meo videri dicitur) sive honor proveniens à confluence clari sanguinis à parentibus originem sumens, & in liberos legitimos (adde tu, vel naturales tantum) per carnem continuata, & hanc sibi placere inquit *Didac. Perez* d. col. 1363. quam diffinitionem breviter summabis dicendo, quod nobilitas hæc est qualitas honorifica generis, & sanguinis à majoribus in posteros legitimos, & naturales, vel naturales tantum descendens, quam diffinitionem videtur velle approbare l. 3. tit. 21. part. 2. dicens, Fidalguia segun diximos en la ley antes desta, es nobleza que viene a los nobles por linage, & hanc legem ad hoc considerat *Oralor.* ubi supra. 2. part. c. 2. num. 4. & 7. ad finem, & hæc diffinitio quoad nostrum propositum congruentior videtur, & à dicta lege partitarum approbata, & diffinitio hæc non excludit nobilitates à Principe expresse vel tacite concessas, vel à jure, prout sunt illæ, quæ acquiruntur aliquo ex tribus modis, sanguine, Azevedo in *Recopilationem.* Tom. IV. E scientiâ,



scientia, & virtute, ut inquit Orator. d. c. 3. num. 8. ex text. in d. l. 2. tit. 21. par. 2. nam hec sub diffinitione comprehenduntur, cum à majoribus derivantur; aliter enim, ut jam diximus, si à me incipit ex permissu Principis, aut ex ejus dispositione, vel à virtute, initium sum ego nobilitatis, neque potest hec proprie dici nobilitas, sed illa, que in posterio derivata est, & sic hec quoad istam tertiam questionem sufficiant. Quoad  
 47 quartam verò questionem scilicet quibus ex causis, titulis & modis acquiratur hec nobilitas, dicendum est ex multis causari, qua refert Cassan. ubi sup. d. 8. part. confid. 8. cum 16. sequentibus, & Tiraq. de nobilit. per totum, verum brevius dicemus si à Principe, sanguine, scientia, & virtute causari asseramus: sub quibus omnes alie cause à Doctō. relate comprehenduntur, ut inquit Orator. d. c. 3. num. 8. Ino multo ex illis sunt potius forma probandi nobilitatem: Et ut hec explicemus per ordinem, diximus quod primo acquiritur nobilitas à Principe, quia ipse est, qui potest ignobiles nobiles facere, & nobilitatem concedere, &  
 48 e contra, ut probatur ex cap. 6. Ethet. Sic honorabitur, quemcumque voluerit Rex, honorare. Et quod scribit Plinius, in paneg. Cesaris esse, ut nobiles conservet, & efficiat, & in hanc sententiam Solon dicebat,  
 49 eos, qui apud Reges in pretio erant, esse & calculus similes, quibus in exponendis rationibus utimur, ut enim illi interdum majorem numerum, interdum tamen minorem significant, ita & Reges horum quemque prout libitum fuerit, aliquando illustrem, & inclitum, aliquando, obscurum habere, & ignobilem: Rex enim quosdam pro jure suo, quosdam facit nobiles à tributis, & exemptos licet ex consequenti gravantur alii ut notissime inquit D. Henric. Henricus in sua Summa Theologiae Moral. lib. 7. de Indulgentiis. c. 27. littera Y & de Jure Canonico idem probari videtur ex text. in c. cum redemptor. 12. q. 2. & Jure Civili ex l. 2. & fin. ff. de natal. rest. & in l. Imperatores, in principio. ff. de Decur. ubi ex illo rex. notat Alber. nobilitates procedere à Principe l. quoties, in fi. C. ubi Sena. vel clarissime ubi Paul. Cast. notat per tex. ibi quod nobilitas à Principe provenit, & in conf. 22. col. 2. lib. 2. inquit illas proprie dici nobiles, quos Princeps nobilitat, &  
 50 quod propterea & rescripta loquentia de nobilibus, de istis esse intelligenda, ex quo inquit Bald. in l. sacrilegii. C. de diver. rescrip. quod Princeps, quem vult nobilitat. notat Tiraq. de nobil. cap. 6. num. 1. Cassan. in catalog. glor. mun. 8. part. confid. 17. & Bonus de Curtili, de nobilit. 3. part. n. 125. cum sequentibus, & Gregorius Lopez. l. 2. glōf. De buen linage. tit. 21. par. 2. & Orator. de nobilit. 4. part. princ. c. 1. n. 1. ubi pro hoc allegat l. 6. tit. De los galardones. part. 2. ubi dicitur, Que los Reyes en galardón y merced pueden dar nobleza, y honra de hijos Dalgo a los que no lo son, idem dicit l. 10. tit. 18. p. 3. & hoc intellige de quocumque Rege, & Principe non recognoscete superiore, & de quacumque civitate habente potestatem legis condenda, secundum dictos, maxime Orator. ubi sup. num. 2. & hec secundum eos dicitur dativa nobilitas non verò nativa: Quod ampliat  
 51 primo ut non solum expresse, sed & tacite & possit Princeps dictus nobilitare, ut muncupatim dicit Bart. in l. 1. col. fi. C. de dign. lib. 12. per l. de quibus, in fi. ff. de legibus, ubi dicitur, nam quid interest suffragio

suffragio populus voluntatem suam declaret, in rebus istis & factis, ut pura si quis lateri Principis adireat, nobilis efficitur, ut per Cassan. in d. 8. part. confid. 19. & iterum in 5. part. confid. 24. n. 27. ut sunt Curiales Principis, qui nobiles sunt & in multis privilegiati, nec per eundem Cassan. ubi sup. 6. p. consider. 22. cum sequentibus, imò & omnes & Principi famulantes sunt in dignitate & idem nobiles, secundum eundem Cassan. dict. confid. 19. ubi & in quocumque Principis idem dicit, & in assistente ad latus Principis idem tradit Tiraq. d. c. 6. n. 10. ubi num. 12. inquit, quod & arma si quis Princeps alicui contulerit, videtur & illum nobilem facere, 53 & ibi cum sequentibus numeris plura ad idem adducit, & sic si Princeps alicui munus consulari injunxerit, & cum tacite nobilitat, ut per Tiraq. ubi supra num. 21. & 22. non tamen nobilitaret Princeps eum quem nobilem & appellat, ut per Tiraq. ibi num. 24. quod intelligi ex dictis ibi num. 55 25. nisi ex certa scientia & ex proposito id Princeps faceret, nam tunc videtur id ex proposito velle ut nobilitaretur. Secundo amplia quod etiam Princeps potest extra territorium & suam nobilitatem conferre subdito suo, quia 56 hic est actus voluntarie jurisdictionis, nisi aliud constaret ex intentione Principis concludentis, ut diximus in l. 8. tit. 1. lib. 6. supra tertio ampliat ut infantem etiam nobilitare possit, \* dum tamen ejus ratificatio tempore ætatis perfecta 57 interponatur, ut per Tiraq. d. c. 6. n. 27. cum 4. sequentibus, ubi num. 32. ampliat etiam ad ignorantem, \* ut nobilitari possit per Principem, & ad 58 veniente scientia ratificatur nobilitas, secundum eundem Tiraq. ibi num. 33. & num. 35. ad furis demente, & mente captos extendit, \* & num. 36. 59 an ad inuitos. Ampliat etiam quod & tempore mortis, imò & mortuo \* 60 possit Princeps nobilitatem conferre ut per eundem Tiraq. ibidem num. 44. & 45. ubi num. 46. an, & ei, qui est in utero. Ampliat etiam talis Princeps non sit Imperator, \* contra Ripam aliud volentem, quem jure optimo 61 r. probat Tiraq. d. cap. 6. num. 5. & 6. licet secundum eum ibi num. 7. & 8. nobilior erit nobilitatus ab Imperatore. Et plura, qua Principi \* sunt 62 peculiariter refert Cassan. in d. Catalogo. 5. part. consider. 24. per totum. Sed an nobilitatus per Principem gaudebit eisdem prerogativis, quibus gaudet nobilis sanguine \* ita ut militiam ordinum habere possit & officia fidalgorum exercere, 63 dicendum est, quod si Princeps ultra immunitatis jus, cum nobilem facit, nulli dubium, quin gaudeat eisdem prerogativis, imò & si cum nobilitat, & nobilem faciat, (non designando privilegium hoc nobilitatis nec restringendo ad aliquam immunitatem) gaudebit optimè privilegii nobilitum sanguine, quia paria 64 sunt inesse qualitatem per naturam, vel privilegium, secundum gl. l. 3. tit. 21. p. 2. & tenet Pelaez, de major. 1. part. q. 51. num. 32. & 33. & Joan. Garf. de nobilit. glōf. 35. num. 3. ad finem & num. 48. & gl. l. 1. §. 1. num. 50. & hec quoad nobilitatem à Principe acquisitam, à sanguine verò nobilitas acquiritur, quoties \* à majoribus nostris derivatur in nos, 65 generis enim nobilitas est, à majoribus nostris, & proavis deducta generis excellentia & prestabilitas, & hec sanè corporis conditionem naturamque respicit, quandoquidem id ipsum nascentes ex parentibus propagine traducimus, nobilitat enim progenies hominem, ut ex l. 1. tit. 6. & l. 9. & 12. tit. 7. p. 2. & clarius 66 ex l. 2. tit. 21. & ex l. 4. tit. 23. ead. par. 2. colligitur, & sic habetur Sap. 3. gloria hominis est honore Patris sui; & contumelia filii Patris sine honore, unde etiam susceptus ex Patre nobili sine alia dignitate efficitur nobilis: Et Prover. 18. Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. E ij gloria

gloria filiorum parentes eorum: magna est enim presumptio que pro nobilitate majorum facit, talis enim presumitur filius, qualis pater ejus † & gesta parentis imitabitur, secundum Specul. in proemio. vers. caterum Thom. Gram. decif. 18. num. 1. Simancas, de instit. cathol. tit. 50. num. 10. cum sequentibus, in plurimum enim accidit, filium esse similem patri ita in virtutibus, sicut in vitiis. l. quod si nolit. §. si mancipia. ff. de edil. edic. late Matienzo, in dialog. relator. 3. part. cap. 5. per totum, & alibi latius de us dixi, & sic nobilitas patris jure optimo dicitur gloria filii, quia ex majorum nobilitate filii gloriam querunt: ex quo inquit d. l. 1. tit. 6. par. 2. quod Reges tenentur habere mulieribus nobilibus, & honorum morum, Ca (ut inquit ibi lex) los bienes que se figuen destos dos fincan siemper en el linaje que della descien de, nobilitas tamen hac ex parte patris, non vero matris consideranda est † ut inquit Bartol. in l. 1. C. de dign. lib. 12. colum. 7. vers. videndum est, sequitur Cassan. in catal. gl. mun. 8. p. considerat. 8. & Sarmiento, lib. 1. selectarum cap. fin. & est lex expressa pro hoc in dicta l. 2. titulo. 21. partita 2. ibi, E potende Hijos dalgo deven de ser escogidos que vengan de derecho linaje de padre y de abuelo, & l. 7. & 8. titulo 11. lib. 2. supra & sic dicunt Bartol. & Platea, relati per Cassan. ubi supra quod non valat statutum, quod quis censetur nobilis † vel ignobilis ex progeie materna, & supra dicta etiam affirmat Otalora. ubi supra 2. parte capitulo 2. numero 4. & 5. ubi numero 6. inquit etiam nobilitatem maternam considerari multum, ut & inquit Sarmiento, ubi supra, de quibus, & latius loquitur Tiraguel. de nobilit. capitulo 18. numero 20. usque ad 38. & Rebus. in concor. tit. de collat. §. cum vero, versic. ex utroque parente, & in tract. de nom. quæst. 12. n. 5. Tirag. de prim. q. 31. num. 9. Cassan. ubi supra. 8. parte. consid. 8. & ita in nostra Hispania paterna origo consideratur, & jure optimo: de hæque nobilitate sanguinis si unus noster loquitur, & disponit. De nobilitate vero à scientia † procedente nunc agemus, Ecclesial. cap. 37. dicitur. Sapientis populo hereditabit honorem, & nomen illius erit reuens in æternum: & dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudinis: Eccles. capit. 9. in sapientia enim vera nobilitas consistit, sapien. 7. & Proverbior. 8. & in aliis locis per Cassan. d. 8. part. consid. 9. relatis, ubi inquit hanc habuisse Salomonem, & de hac hic non agimus: Sed de scientia, puta legali aut canonica, an nobilitatem, & nobilitate probatur ex dicto Aristotelis in primo de Anima, dicentis, quod scientia est de numero bonorum honorabilium, & ideo litterati, & habentes scientias sunt multum laudandi, † & hujus itidem sententia fuit etiam alibi idem Aristotel. lib. 4. Polit. capit. 4. & Aulus Gellius lib. 19. cap. 10. dum dicit: sedentibus, doctrinâ, genere, aut fortunâ nobilibus viris: & Seneca Neronem alloquens, apud Cor. Tacit. lib. 18. Ego quid aliud magnificentia adhibere potui, quam studia (ut sic dixerim) in umbra educata, de quibus claritudo venit, unde dicit Consuleus in l. providendum. C. de postul. meritum scientie civilis juris ipso jure reddit peritum nobilissimum † & inde Ulpianus dictus est nobilis. l. 2. §. si. in fin. de excusat. tut. & etiam nobilissimus, in l. diximus in fi. eod. tit. ff. & ideo scientia honorabilis est, & gloriosa, quoniam ex illa consequimur gloriam, viris namque litteratis debentur præmia, & honores, sapient. 7. venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis hæc nestas per manus illius: & Esdræ. c. fi. in fi. magnifici sunt exaltati verbis legis, quibus edocti sunt, & ut ait Cassiod. 10. variarum Epistolarum, nec aliqua in mundo potest esse fortuna, quam non augeat litterarum gloriosa noticia, cum etiam

etiam per litteraturam efficiamur nobiles, ut habetur sap. 7. omnibus enim nobilibus nobilior sapientia ut tenet Lucas de Penna, in l. proximos. C. de proxi. sacro. serm. lib. 12. qua de causa omnes eam appetunt, & studiose querenda est, ut honoris nomen adipisci possit: quod obtinuerunt ii, qui sapientiam dilexerunt, ut fuerunt Theodos. Abraham, David, Salomon, Alexander, & plures alii numerati in Sophologia Sapientie, c. 1. & 2. & ideo Diogenes cum ascendisset in locum eminentem, & clamasset, venite homines, multis de turba irruentibus dixit, non enim homines estis, qui non datis operam scientie, sicut enim anima informat corpus, ita scientia intellectum, & ideo intellectus hominis sine scientia dici potest sine forma, & sic propterea ignari non merentur homines appellari, sed patius hominum † imagines, ut in simili inquit text. in c. multi 40. dif. Abb. in c. prudentiam. in prin. de offic. del. & propter scientiam, & doctrinam multi sunt habitii in magno honore, & pretio, quorum plures \* ut brevitati consulamus, refert Cassan. in d. catal. gl. mun. 10. parte, consid. 7. per totam, & Tirag. de nobilit. c. 5. in fi. Inde juris peritis principes reverentiam habent, l. quidquid C. de advoc. divers. jud. & multa privilegia eisdem ibi concessit, & ex hoc dicuntur jurisperiti à Principe præbentari, secundum Angel. in l. cum salutat C. de senten. pal. & nunc ex Dei misericordia habemus Philippum secundum Regem ac Dominum nostrum adeo sapientissimum & juris peritorum ac litteratorum honoratorem, ut dictu sit incredibile, & hæc præmia & honores studiorum justè merentur, qui spe prætorum, & honorificentia digni sunt, non hi qui sunt in congrua libertate, text. l. 1. C. de assessor. quod si cum scientia etiam concurret morum honestas, vitæque inculpabilis, nihil supra: & ii in maximo honore essent apud Reges & Principes habendi, sed aliquando mali morigerati, & indocti in pretio habentur, docti vero, & virtuosus despiciuntur, quod dolendum est, ut alibi dixi: ex dictis etiam est quod doctores legum nobiles dicuntur, \* inquit Cyn. Bar. & alii relati per Tirag. de nobil. c. 5. num. 3. ubi ex hoc infert, quod si testator jussit aliquid dari uni pauperi nobili, possunt executores id dare doctori: pauperi & Comitissa nubens Doctori non dicitur indigno nubere, Salicetus in l. providendum de postulando allegatus à Tirag. num. 4. qui tamen nihil dicit, & iuse de causis, Doctores non sunt cogendi contribuere subsidia impostis personis plebeis, doctor enim dicitur in dignitate constitutus, ut dixi in l. fi. tit. 21. num. 61. lib. 4. sup. doctoratusque est dignitas \* secundum communem opinionem asser- tam, per Bonum de Curtili, in tract. de nobil. 3. p. n. 100. vol. 106. tract. diversorum Doct. ex c. Quanto, de magis. quem ad hoc allegat Cassan. ubi sup. 8. p. consid. 12. & refert describens plures doctorum prærogativas Joan. Montol. in suo promptuario juris verbo. Doctor, littera L. & ad doctorem sicut ad egregiam personam \* mittendum est ut communem testatur additio Officium Vestii. in prac. Can. Apof. lib. 6. c. fi. n. 11. & quod vocandi sunt domini & patres, & lucerna, & nobilissimi, & amici Principis, & epus patres, \* & non fratres, ut optime per Cassan. ubi supra. 10. part. consider. 24. per totam, & inter doctores, secundum eum ibi, præferendi sunt illi, qui libros \* composuerunt, & scripserunt, cum sint velut stelle in firmamento cali: sed hodie detractoribus & viperis linguis sunt facti quasi signum ad sagittam, nullus est enim indoctus nullus garrulus, qui doctorum scripta, que ipsi neque considerare & degustare Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. E iij sciunt

fiunt, non mordere procurent modis omnibus, nulli laudem suam, nulli honorem volentes dare sed sibi ipsis appropriare, qui quidem cum id solum appetant cupientes se aliis doctos demonstrare, sapientum dicta suppeditant, & destruerent injustissime conantur, quod est vitium pessimum, & tanquam pestis fugiendum: Et ut ad accepta revertamur, quod scientia nobilitet. \* & per eam nobilitas acquiratur probat etiam text. in l. 2. tit. 2. & in l. 4. tit. 23. p. 2. & tradunt plures relati per Bonum de Curt. ubi sup. num. 94. cum sequent. pluribus. & per Cas. ubi sup. 8. p. confid. 10. & in conf. Burg. Rubr. 4. sub tit. des Droicts. §. 19. Entre gens nobles. num. 1. cum sequent. & Tirag. de nobil. c. 4. per totum, ubi num. 1. nobilitatem esse filiam scientie dicit: & amplissime de laude scientiarum Benedictus in proemio repetitionis. c. Raynutius, de testam. Est tamen questionis non satis levis, an nobilis ex scientia sit preferendus nobili ex genere, & sanguine, & preferendum nobilem ex scientia, tenent quam plures relati per Tiraquell. d. c. §. num. 5. & per Cassan. ubi supra 10. p. confid. 35. docet Romanus singular. 64. idem singular. 487. allegat Cyn. in l. quisquis. C. de postul. & facit opt. dictum Salic. in l. providendum. C. cod. tit. n. 3. ubi dicit post gl. quod scientia nobilitat interius, & exterius, & quod nobilitas est filia scientia, & hanc videtur amplecti opinionem lex 4. tit. 23. p. 2. verf. Mas el tercero, Doctorque dicitur \* magis nobilis, quam ille, qui est nobilis genere secundum Cassan. d. §. 19. & sic tenent plures Doctorem esse militi preferendum, ut late per eundem Cassan. in d. catal. p. 9. confid. 1. & ita tenet annexens rationem Matienzo, in dialogo retractoris par. 3. c. 4. n. 5. In contrarium tamen imò quod nobilis sanguine preferatur nobili scientia, videtur facere, nam nobilitas generis ab antiquo procedit, & à majoribus, & ut naturalis preferenda est accidentali, à scientia acquisita, ex doctrina gl. in l. 2. ff. de excus. tut. l. qui habent. ff. de tutoribus, Abb. in cap. ex transmissa de foro. compet. num. 6. facit l. fi. C. de dotis promitt. juncto text. in l. procula. ff. de probat. & que notantur in l. qua. dotis. ff. soluto matrimonio, & in l. cum post §. 1. per text. ibi. ff. de administr. tutorum l. post mortem. ff. quando ex facto tutorum. quod naturalia preferuntur accidentibus item quia sunt alii multi Doctores tenentes militem Doctori esse preferendum, ut apparet ex Cassan. d. 9. par. confid. 1. & quia ut ipsemet Cassan. ibidem in 8. p. confid. 12. inquit, nobiles à scientia vel Doctore non sunt immunes à muneribus prout sunt nobiles sanguine: item quia istam partem videtur approbare text. in l. 2. titulo 21. part. 2. preferens nobilitatem sanguinis, vides igitur contrarietatem Doctor. & legum partitarum que longius protrahi possent, nisi brevitati consideremus: verumtamen pro concordia distingue, quod in actibus in quibus scientia magis est necessaria ad actum illum, preferrem nobilem ex scientia nobili à sanguine, & ita videtur loqui dict. l. 4. tit. 23. p. 2. dum loquitur. En cadillos de guerra, in quibus prestantior videtur & magis necessaria scientia: Alia verò, & sic \* dicta l. 2. dicti titul. 21. partit. 2. pro secunda opinione allegata procedat in aliis actibus non scientia sed nobilitati potius appropriatis, ut est munerum excusatio, & licet hæc videatur nimia restrictio ad dictam legem 2. purificantem nobilitatem à scientia, & nobilitatem à sanguine; tamen quia idem determinatur in questione illa, an Doctor militi preferatur, non displicet mihi pro nun. hæc concordia. Et ex dictis legibus partitarum

partitarum sic deducitur, & an scientia sola sine gradu Doctoratus nobilitet, resicte Cassanens, in dict. 8. parte, consider. 10. verficul. Bonus tamen de Curtili, cum sequentibus, nunquid tamen scientia canonica vel legalis sit scientia, in eadem parte, consider. 18. late examinat Cassanens ipse: & hæc pro nobilitate à scientia proveniente dicta sufficiant quam scientiam cum Dignitate Doctoratus, vel officio nobili conjunctam quoad omnia etiam tributa Regia nobilitate indubium erat; nisi restringeretur quoad dicta tributa ex l. 8. titulo 7. lib. 1. supra ubi diximus. Alia verò & finali modo causatur nobilitas scilicet à virtute, & hæc excellentior & nobilior, & prestantior, sed apud homines vulgares non ita in pretio habetur quoad mundi phantasiam cum à contrario debet esse, cum hæc sit vera nobilitas, ut supra dictum remanet, & testatur singularissimis, & aureis verbis Drons Chryostomus. 2. Tom. homeliarum, homelia 45. ad c. 12. Matthæi ubi inter alia inquit, generis conjunctionem nihil tibi prodesse nisi virtutem habueris: una enim sola (inquit) & vera, & communis nobilitas atque necessitudo cum Christo est, ut voluntatem Dei facias, hic enim propinquitatis modus, multo melior est illo generis atque prestantior: & sic in princ. illius. cap. dirigendo verba ad matrem ipsiusmet Christi (inquit) nam neque Christum in utero gestasse, neque mirabilem illum partum edidisse admodum profuerit, nisi virtus adfuerit, & ibi plura alia singularia in virtutis prosequitur laudem, & nobilitatem, quasi nobilitas sine virtute parum aut nihil profit, ut & alibi diximus: & hæc pro quarta questionis explicatione.

Ad quintam verò questionem, & in propositum nostrum utiliore frequentiorem ac difficiliorem deveniendo scilicet, quomodo probetur nobilitas sanguinis tam de jure communi, quam Regio, alleganti enim se nobilem & incumbit onus probandi, arg. l. verius. ff. de probat. l. Actor. Cod. eod. cum similibus, ex eo quod nobilitas est res adventitia, nec nobis à natura proveniens, & cum habet at ortum ex sibi accidentibus vel progenitoribus. l. non ignorat. C. qui accus. non pot. tradunt relati, & secuti per Mascardum, in 2. tom. de probat. concl. 1095. ubi ampliat, & limitat aliquibus modis, & Joan. Gar. de nobilit. glol. 10. num. 1. Adde ut quantumvis fiscus agat circa proprietatem nobilitatis, non videtur fieri possessionem, si reus eam & non probaverit, ut per Covar. lib. 1. var. c. 16. num. 10. & ideo modos & formas nobilitatem probandi scire necesse est. Sed dices, quorsum hæc est questio, cum habeamus l. 7. & 8. tit. 11. lib. 2. Recopil. assignantes formam probationis hujus, ita ut nihil amplius videatur inquirendum: Et ideo ne illotus (ut aiunt) manibus questionem hanc aggrediamur, que est Basis, & fundamentum totius practica pro ejus declaratione, & solutione dictæ objectionis, supponendum est, dictas leges 7. & 8. de quibus nunc agendum est, non excludere alios probandi modos & saltem in locis liberis, & ubi tributa Regia non solvuntur à nobilibus, nec Plebiis, & uno ab aliis distinguenda, sed potius omnes ibidem liberi sunt à dicta tributorum solutione: Idque probatur primo ex eo quod dictæ leges 7. & 8. non sunt introductæ ad acquirendam nobilitatem, sed tantum ad eam probandam ne ex eisdem legibus clarissime patet, & probatur, & ex pluribus geminis verbis earum, per verbum, provar, loquentibus, & ex summariis ipsarum legum clarius colligitur, ita ut nihil dubietatis hoc contineat, neque in ipsis legibus adeest verbum ullum ex quo contrarium decipi possit, neque aliud voluisse leges dictas inducere, quam quandam novam formam, & faciliorem probandi nobilitatem in locis ubi tributa solvuntur Regia, non excludendo alias probandi formas saltem in locis ubi tributa

87. tributa hec non voluntur, tum quia probationes ampliande, & non\*  
 coarctande sunt, ex l. quoniam, in fin. C. de heret. c. quamquam.  
 14. q. 2. cum similibus, tum itidem quia lex non debet ad impossibile  
 obligare, lex enim debet esse honesta, iusta, possibilis secundum naturam,  
 & secundum Patrie consuetudinem ut in c. erit autem lex. 4. dist. ubi in-  
 quit gl. possibiles quod aliter si de impossibilitate legis, quis eam transgrede-  
 88. retur, frustra\* imputaretur ei ad penam ut 15. quaest. 1. non est 24.  
 quaest. 4. c. Nabuchodonosor, & dicitur secundum naturam possibilis,  
 id est secundum naturalem rationem, ut in gloss. naturam in eod. capi-  
 tulo, erit autem lex, & gloss. Segui natura, l. 8. titulo. 1. part. 1.  
 & dicitur etiam secundum consuetudinem Patrie, ut ad ejus mores, statuta,  
 & usus bonos, tamen regulemus ipsam legem: quod si leges ille 7. & 8.  
 obligarent, ut earum tantum probatione, & non alia nobilitas probaretur,  
 nonne impossibile quid constituerent in locis liberis a solutione Regiorum tributo-  
 rum, nulli dubium: & consequenter non essent leges, neque legum requisita  
 continent, argumentumque ab impossibili est forte frequens, & utile, ut  
 per l. si decesserit. ff. qui fat. cog. notat Everardus, in Centuria, loco  
 78. ab impossibili, neque obstat quod licet lex non possit obligare ad impos-  
 sibile de facto aut de jure, potest tamen prescribere certam formam, quam  
 transgredi sit impossibile, prout videtur fecisse in l. non potest, de legat.  
 1. dum disponit, neminem posse facere quin leges in suo testamento locum  
 habeant, nam faciliter satisfiit huic contrario negando leges illas 7. & 8.  
 posuisse novas formas, nisi ubi earum dispositionibus locus esset, & sic in locis  
 non liberis a tributis disposuisse, in quibus non impossibilitant nobiles pro sua nobi-  
 litate probanda, sed potius facilitant probationes, sed ubi tributa non solvantur,  
 leges hec novas probandi formas non constituunt, nam omnis, & quaecunque dis-  
 positio est intelligenda rebus deductis in eodem statu consistentibus, ut latissime  
 per Tiraq. in l. si unquam in praefatione, C. de revoc. don. num. 166.  
 cum sequentibus aliquibus, & sic dum leges ille de probanda nobilitate  
 disponunt per non solutionem tributi, intelligendum est disposuisse in locis ubi  
 tributa solvantur, & consequenter rebus, & dispositionibus illarum in eodem  
 statu existentibus quelibetque lex, & dispositio est intelligenda, declaranda  
 ac restringenda de habilitate, ex l. ut gradatim. ff. de mun. & hon. &  
 dum leges ille de tributis loquuntur, in locis ubi solvantur intelligenda sunt:  
 Item quia ubi lex unum disponit & alterum presupponit, ut habeat locum dis-  
 89. positum debet verificari presuppositum\* ex gl. celebri, & communiter appro-  
 bata in l. si mancipia, C. de servis fugit. leges tamen ille dum de tributis  
 loquuntur, supponunt tributa solvi, nam qui vult consequens videtur velle &  
 antecedens, sine quo illud consequens verificari non potest ex l. illud. ff. de  
 acq. her. & l. cui jurisdictione. ff. de jur. om. jud. & similibus, cumque  
 post disponant leges ille modum probandi nobilitatem per non solutionem tributi,  
 omnino est verificandum presuppositum illud scilicet, quod in loco illo solvebantur  
 tributa hec, ergo quoad alia loca libera ab his tributis nihil disponunt leges  
 ille, sed in suo esse relinquunt jura antiqua de probationibus nobilitatis dispen-  
 tentia, & sic cessat contrarium: vel responderi alio modo potest quod argumentum  
 sumptum a dicta lege nemo potest, non est contrarium, neque ibidem probat-  
 ur legem ad impossibile obligare per novam illius legis formam, sed potius  
 per ipsius formam, & ea servata redduntur possibiles testantium dispositiones,  
 nam

nam cum possint secundum leges disponere, nihil impossibile constituitur: nam impos-  
 sibile esset id quod nulla forma vel modo fieri posset neque verificari, ut in con-  
 ditione impossibili legistatores exemplificant, ut l. impossibilis. ff. de cond. &  
 dem. & l. 4. titul. 4. part. 6. dicendo esse impossibile conditionem cum dicitur  
 si digito calum tetigeris, ut ex dictis inquit glo. 2. l. 17. titul. 11. part. 5.  
 vel si cras sol non orietur, sed ubi quid aliqua via impleri potest, id non iudicatur  
 impossibile: datur tamen hoc impossibile probandi ligantem non soluisse tributa in  
 locis ubi vixit, qui quidem loci sunt liberi ab eis, ergo forma illarum legum  
 7. & 8. nihil in eis disponit locis liberis a tributis, & consequenter lex illa,  
 nemo potest, nihil impossibilitatis inducit, imo potius impossibile quid tanquam  
 naturali rationi contrarium, (in qua leges se fundant) constituitur, si lex disposuisset,  
 quod testatores possent disponere contra leges & earum dispositiones: item quia forma  
 prima predicta dictarum legum 7. & 8. esset in liberis locis a tributis observanda,  
 nonne cum ibidem verificari non possent ambiguae leges, & decreta prejudicialia  
 dici possent quod non est dicendum, igitur dictum contrarium nihil obstat, sed potius  
 dictis attentius validatur nostrum intentum, & vera est nostra conclusio, quod  
 leges ille 7. & 8. non sunt exclusivae aliarum probationum juris in locis liberis a  
 dictis tributis: Idque etiam fortificatur ex eo quod leges hec in favorem, & non in odium  
 nobilium sunt introductae, ut ex earum verbis apparet, ibi, Siempre nuestra vol-  
 untad fue y es de hazer merced a los hijos Dalgo, & ita sanctus Joannes  
 Garzia, de nobilit. gloss. 12. numero 7. sed si in locis ubi dicta tributa non  
 solvantur forma dictarum legum esset servanda, nonne in nobilium odium recurre-  
 tur id, quod in eorum favorem introductum est, contra l. quod in favorem. C.  
 de legibus. Ergo omnino fatendum est leges illas Regias non loqui in locis liberis a  
 tributis, neque restringende probationes, prout, & de l. 1. titulo. De los  
 testamentos. libro 5. supra dicunt ibi scribentes, & nos itidem diximus: tum etiam  
 quia si ex aliqua forma, & informatione super aliis actibus denotantibus nobilitatem  
 facta, & distinguente quocunque modo alio (quam per tributorum Regionem non solu-  
 tionem) nobiles a Plebeis, idem resultat effectus, sufficit tunc quod ex equipollentibus  
 fieri, secundum Cyn. post Dyn. in l. si mater. C. de institut. & substitut. sub  
 con. fact. ubi est textus probans regulam hanc scilicet, quod non refert quid ex  
 equipollentibus fieri, sed ab equipollentibus argumentum sit probabile, ut per Everard.  
 ubi supra in loco ab equipollentibus, praesertim ubi forma tradita a lege non est substantia-  
 lis, sed demonstrativa secundum Bald. in l. 1. ff. de lib. post. & l. 1. C. quorum  
 bonorum, ubi licet inducat formam probatoriam filiativam, tamen non excludit equi-  
 pollentem, quam subjecta patitur materia: Adeo ut etiam si per statutum quid fieri debe-  
 tur non excluditur quod per equipollens quantumcumque per dictum taxativam statutum  
 loquatur, ut per Everard. ubi sup. pag. 2. & 3. in parvis, ex Paul. Cas. conf.  
 30. incip. in Christi nomine in antiquis, sequitur Jason. in dict. l. si ma-  
 ter, & in l. unica, in princ. ff. si quis jus dicen. non obtemp. nam ut inquit  
 Bartol. in l. omnes populi ff. de iur. & iure. col. 3. vers. tertio quarto, non  
 videntur dissentientia, illa que in ratione conveniunt, quia ratio est conjunctio  
 diversorum casuum ad eundem finem tendentium per l. non possunt, & l. nam  
 ut ait, & l. ideo quia. ff. de legibus, & ubi est eadem ratio non proprie dicitur  
 statutum extendi, quia inest acie, secundum Bald. in d. l. omnes populi, column.  
 fin. versicul. secundo nota per gloss. Italiae, in cap. saepe de tempor. ordin.  
 in 6. Ex quo, ut propius ad materiam accedamus, inquit singulariter, idem Bald.  
 in l. de quibus. ff. de legibus, column. 12. versicul. item nota, quod  
 Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. F ubi

ubi plura habent eandem rationem, cum de uno tantum sit mentio, videtur id fieri  
 93 exemplariter † non vero restrictive, cum aliis multis aggregatis ab Alexand. consil.  
 75. incip. in presenti consulatione colum. 1. libro 5. Jason in l. a Titio,  
 in princ. colum. fin. ff. de verb. oblig. & consil. 63. per reformationem  
 colum. 4. versic. secundo principaliter, libro 3. & a Tiraq. in l.  
 si unquam, verbo libertis numero 45. quarum sententia. C. de revoc.  
 dona. qui inde cessante causa in regula. numero 157. hanc describit considera-  
 tionem dictos Doctores allegando, & sunt singularia verba ad hanc opinionem  
 in terminis dictarum legum 7. & 8. & num. 158. ampliat ipse Tiraq.  
 ut procedat etiam in correctoris: & per consequens verba dictarum legum 7. &  
 94 8. ibi, Pechos reales, y concejales, † intelligendum est, loco exempli  
 esse apposta, tanquam exempla frequentiora in probanda nobilitate, ad ea enim  
 que frequentius accidunt, jura adaptantur. l. nam ad ea. ff. de legibus, &  
 quotiescumque propter frequentiam actus aliquid disponitur in uno loco, & in  
 una aliqua re, censetur idem dispositum in alio loco, & re, in quibus est  
 eadem ratio, ut per Peraltam, in l. Lucius la. 1. numero 22. de legat.  
 2. pagin. 244. & Tiraquell. de ret. linag. §. 16. numero 4. & 6. cum  
 sequentibus Jason. in repetitione l. cunctos populos, numero 92. C.  
 de Sum. Trinit. ex text. norante ibi Bald. notabil. 1. in l. in hac C. de  
 donatio. diximus in Rubrica titulo 4. numero 3. libro 3. supra & sic  
 verba illa, Pechos reales y concejales, exemplificant in locis liberis a tributis,  
 in quibus non datur eadem ratio, que in non liberis, non vero excludunt equi-  
 pollentem probationem, quecumque ea sit in qua adsit distinctio illa requisita a  
 Bartol. in l. 1. C. de dignitat. libro 12. de qua infra. & ita in expressis terminis  
 sic declarando illa verba, Pechos Reales, y concejales, tenet hanc opinionem  
 Joannes Garf. de nobilit. gl. 7. num. 34. cum sequentibus, alia ad hoc ad-  
 ducens fundamenta quod ille leges 7. & 8. non sunt exclusiva aliarum probationum,  
 & allegat ad hoc Barbat. in cap. sicut consuetudo, de probat. in princ. di-  
 centem, quod ubi lex dicit, quod probatio fiat certo modo, ille modus ponitur gratia  
 exempli, & non excludit alios probandi modos, & iterum idem Joan. Garf. ibidem  
 in gl. 12. num. 23. & in gl. 35. num. 1. ubi ex iis inquit copulativam  
 95 illam, y postquam inter verba illa, Reales, y concejales, resolvit † in dis-  
 junctivam, prout quotidie fit, juxta text. in l. sepe. & ibi Bart. de verb.  
 sign. ex quo inquit ipse Joan. Gar. in d. gl. 35. num. 1. quod forma tradita  
 in dictis legibus 7. & 8. est probatoria, & ideo demonstrativa, & non substan-  
 tialis, & quod ea ratione admittit varias probationes, dummodo probent nobilitatem  
 & quod sic in Hispania nobilitas etiam jure nostro probatur per actum, qui faciat  
 distinguere nobilem a Plebeio, ita ut & jure nostro probanda ac recipienda sit opinio  
 Bartol. in dicta l. 1. C. de dignitat. libro 12. numero 97. Ideoque probari  
 nobilitatem, & ex non solutione tributi Regii, & itidem tributi non Regii soluti per  
 plebeios, vel ex distinctione officiorum, vel per alium quolibet actum distinguen-  
 96 tem † nobilem a Plebeio, ad quem Plebeius non admittitur, ut & per eundem Garfiam  
 dicta glossa 7. num. 24. & vera hec esse reputo, & tenenda. Ex quibus inquit  
 ipsemet Joannes Garfisa. in d. gl. 12. n. 23. quod si solus avus fuit in reali  
 97 possessione \* nobilitatis, & ipse ligator ejus nepos, & itidem pater ligatoris vi-  
 xerunt in loco libero a tributis, quod hoc sufficit ut dicatur continuata possessio in  
 nepotem hunc, ut & tenet Otalra, ibidem relatus: & ego itidem infero cum Hu-  
 mada. in l. 1. tit. 21. part. 2. glossa. 5. num. 8. ubi a num. 6. incipit,  
 quod

quod nobilitas illa potest conquiri de turbantibus † suam nobilitatem quocumque  
 modo, sicut si pignoratione ob tributa turbaretur: neque hanc opinionem obstant  
 alia verba dicta l. 8. derogatoria probationum aliter facturum, quia proce-  
 dunt prout lex illa loquitur, quoties per modum ibidem constitutum probatio  
 facienda est, tunc enim debet talis probatio continere ibidem descripta, non  
 vero ut alii modi probandi nobilitatem excludantur in locis saltem a tributorum  
 solutione liberis, & sic videtur colligi ex d. l. 8. col. fin. ibi. Y las  
 abrogamos y derogamos en quanto atañe lo susodicho; quedando en  
 su fuerza y vigor en todo lo otro, ita ut verba illa enuntiativa, quanto  
 atañe lo susodicho, restringunt dispositionem precedentem, ut tunc admit-  
 tatur, & observetur, quoties datur casus in quo de tributis articulari potest,  
 quia locus ille non est ab eis liber; lex etenim generalis non extenditur ad lo-  
 cum ubi qualitates † ejus verificari non possunt, neque ad loca illa in qui-  
 bus qualitates, & requisita talis generalis legis reperiri non possunt; ex  
 cap. licet, de penit. & remis. ubi Innocen. & Host. l. idemque. ff.  
 pro socio Roman. in l. si verò §. de viro. ff. sol. mat. numero 33.  
 Fallen. 11. & hinc est quod si quis reperitur, & existit in quodam Castro  
 limitropho, vulgo, Frontera, potest testari in vagina ensis sui, etiam si  
 miles non sit, & hoc operatur loci dispositio. l. rescripta. ff. de milit. test.  
 l. 1. §. omnes igitur ff. de bon. pos. ex testament. milit. ibi. omnes igitur  
 100 omnino, qui ejus sunt conditionis ut jure militari testari non possint,  
 si in hostili loco deprehendantur, & illic decedant, quomodo velint, &  
 quomodo possint, testabuntur. Quarum legum verba sunt admodum notan-  
 da, ut consideremus, quod ad effectum probandi, transgredimur jus com-  
 mune generale, ad jus militiae privilegiatum, & speciale ratione loci ubi  
 testans existit, & sic idem in casu dictarum legum 7. & 8. considerare  
 debeamus scilicet ut respectu conditionis loci ubi probatio nobilitatis facienda  
 est, consideremus modum, quo ibi fieri possit, & cum eo nos conformemur,  
 & non cum probatione dictarum legum, quarum dispositio ibidem  
 verificari non potest; nulla est enim lex tam precisa, vel distincta, quin non  
 recipiat moderationem a tempore, loco, qualitate personarum & aliis circum-  
 stantiis, † ex text. elegante, in l. licet. ff. de recep. arbit. Alex. consil.  
 80. num. 5. ubi additio. littera D. lib. 1. ubi inquit quod verbum pre-  
 cisum recipit interpretationem laudabilem, adeo ut secundum eum ibi, etiam si  
 statuto caveatur, ut statuta precise observentur adhuc recipiant interpreta-  
 tionem, & ibi hanc communem testatur opinionem, & faciunt dicta per  
 Dominicum consil. 29. in ff. Jis. consil. 43. col. 3. & 4. lib. 3. Ruinum.  
 consil. 25. num. 22. lib. 1. Craver. consil. 156. num. 8. etiam si lex ute-  
 retur distributivo illo, quibuscumque, ut late per Tiraq. de retract. con-  
 sanguin. §. 1. gl. 7. num. 20. Effetque valde iniquum petere actus  
 positivos ubi non inveniuntur. §. 1. inst. de inutil. stipul. l. quidam hæ-  
 redem. §. si. ff. de vino, tritico, & oleo legat. & querere actus posi-  
 tivos ubi non sunt, illud est querere actus ex quibus nobilitas incipit, id  
 quod est impossibile, ubi de talibus actibus non extat memoria, secundum  
 Oldrad. consil. 244. num. 13. ubi argumentatur valde eleganter fere in no-  
 stris terminis, & quod non fuit, nec est, poni non potest. l. confessioni-  
 bus, ff. de inter. act. quia contradictoria simul non possunt esse vera. l. hæc  
 verba. ff. de verb. signif. idem Oldrad. in terminis exemptionis, consil.  
 Azevedo in Recopilationem. Tom. IV.

254. num. 2. ut sic de coacta juris ratione necessario fatendum sit, quod verba illa derogatoria dicta l. 8. sint intelligenda & tota ipsa lex cum 7. precedente, in locis ubi tributa solvuntur, & ubi de iis articulari potest, & articulatur, non vero de illis locis ubi de iis probari non potest, neque articulari, quia locus liber est, quod & colligitur ex l. 9. sequente ejusdem tituli 11. lib. 2. supra ubi admittuntur alii probandi modi, in vers. Por ende mando, cujus verba essent superflua nisi de aliis modis intelligeretur, imò & ipsa lex 8. esset superflua ac frustratoria in quantum ad alias leges Regias ac pragmaticas se refert quae sunt illa de Toro, & Tordesillas, si talium pragmaticarum probationes exclusivae esset dicendum, & quia in probatione proprietatis nobilitatis praesertim, Por via de solar conocido, nulli actus positivi sunt necessarii, imò etiamsi adessent actus positivi contrarii in possessione, probata proprietate, nihil obessent, quia proprietatis absorbet possessionem, ut & infra dicemus, & sic nihil superflui continet dicta l. 8. neque frustratorie disponit, cum ad alias Regias se refert, sed potius ex iis censendum est admisisse omnes alios probandi modos in hac nobilitatis materia, in legibus enim interpretandis neque una syllaba debet stare otiosa, ex glos. l. 1. ff. quod metus causa. Barbat. consil. 44. num. 9. libr. 2. & illa debet sumi interpretatio, ne quid frustra factum intelligatur. l. si quando. in princ. de legat. 1. l. qui concubinam. §. qui hortos. de legat. 3. etiam in materia stricta interpretationis, ex l. 1. ad fin. ff. ad municip. Craveta, consil. 135. num. 24. & consil. 201. num. 13. & consil. 272. numer. 7. & consil. 294. col. 13. versic. Quinto loco, qui hoc in istis duobus ultimis consiliis extendit, etiam in materia odiosa, aut strictissime interpretanda, & lex non videtur quidquam frustra inducere. l. stipulatio. §. divus. ff. ut legat. nomine l. posthumi. in fin. ff. de capt. & postl. rev. tum etiam quia non est credendum, quod in hac nova ac recente Regiarum legum compilatione, ubi principaliter intenditur de antiquis aliis legibus supprimendis, lex abrogata fuisset in sexta, & sic quod dicta pragmatica de Toro & Tordesillas eaque sub uno ac eodem titulo situata (quod dici non potest) aut deserviret de vento, aut in decisione sua pulcherrima, utili ac necessaria, tam leviter intelligeretur esse sublata, argum. ejus, quod in simili abhorret Justinianus in l. si quando. C. de inoff. testam. quando enim de antiquarum legum abrogatione intenditur, tunc illud solet signari verbis \* expressis, aut honorifica aliqua praefatione, prout notat Alciat. lib. 3. Parerg. 17. & Ludov. Charon. lib. 2. verosim. jur. cap. 16. l. 9. tit. 3. part. 3. ubi glos. Mudar. & in l. 10. tit. 3. par. 6. verbo, No quiere. l. 1. tit. 16. infra isto lib. Ideoque quod illa pragmatica Cordubensis sub dicta l. 8. inserta non dicit, neque nos dicere debemus, ut l. si quis servum, ff. de acquir. hared. & sic non obstant verba derogatoria d. l. 8. nostro intentui, & opinioni, neque iidem obstat l. 18. ejusdem tit. 11. lib. 2. supra, quia loquitur quoad formam, non vero quoad probationem: & sic hanc nostram opinionem voluit tenere Joan. Garzia, ubi supra etiamsi ipse quasi vacillans in hac opinione & dubitans in glos. 18. num. 9. aliud voluerit ex quodam Deciani Responso, qui nihil deberet eum movere ad hesitandum & vacillandum in dicta opinione per nos & ipsum asserta, cum Decianus ibi allegatus loquatur in statutis limitativè disponentibus, hacque nostra opinio clarius procedet quoad loca in quibus lege & foro

& foro statutum est, nobiles reputari & ut nobiles haberi in locis illis commorantes, prout l. 16. fori Cantabriae statutum est, quae (ut infra dicemus) pro lege est habenda eò quod à regibus confirmatur, neque est censendum per generalem dispositionem dictarum legum 7. & 8. dict. tit. 11. libr. 2. supra derogari, cum de jure lex generalis casus & speciales non comprehendit, secundum gloss. communiter approbatam per text. ibi in l. 1. C. de silentiariis. lib. 11. Et sic casus iste probandi nobilitatem in locis liberis à tributis remanet in dispositione juris communis tanquam casus omissus, ex l. commodissime. ff. de lib. & posth. l. si verò §. de viro. ff. solut. matr. ibi nihil in lege scriptum est, cum iis, quae latissime congerit Tiraq. de primogen. c. 40. num. 194. & sequentibus. & dispositio de uno casu ad alium non extenditur & ubi diversa subest ratio, Bart. & Doctor. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. & lex quando praesupponit unum casum, perinde est, ac si à principio dixisset, se specialiter in illo, & in genere sub illo solum casu comprehenso, velle intelligi, ut per Tiraq. ubi supra num. 198. & dispositio se restringens aut intendens ad unum certum & genus personarum, non potest extendi ad personas diversa qualitatis. l. quae conditio. 39. ff. de cond. & demonst. & dict. §. de viro. & sic leges illae 7. & 8. disponentes de probatione nobilitatis per non solutionem tributorum, solum illo casu ubi tributa solvantur censentur disposuisse, non vero extra illum, neque quoad alios casus ubi nunquam tributa haec solvuntur, neque solvuntur: neque est mirum quod una & eadem res diverso jure censetur quoad intellectualem considerationem ubi plures intelligendi formae concurrunt, juxta doctrinam Bald. in l. 1. per text. ibi. C. de serv. fugit. & est l. miles. §. pro parte. de legat. 2. Tiraq. de retract. Linag. §. 1. glos. 18. num. 23. & de nobilit. cap. 28. num. 12. Dec. in l. in testamento. la primera. num. 8. C. de milit. testam. Ex quibus in locis liberis & ab omni tributo exemptis, prout est in Cantabriae Dominio & provinciis adjacentibus, sequitur, quod justissime & juridicè nobilitas haec sanguinis in possessione & proprietate probari poterit tam ex communi Cantabrorum reputatione & fama, quam ex praecedentia, & cognitione nobilium, per praecedentiam enim, ut seditione nominationis & similium probatur possessorium & petitorium, quod quidem in ipsa datur praecedentia, ut sensit Bald. in l. observare. §. antequam. ff. de offi. proconsul. dum de quasi possessione ratione consuetudinis loquitur, sensit enim in hac materia praecedentia dari possessorium, & probari videtur in c. licet caulam, vers. honore, de probatio. & Bald. ibi notat singulariter, quod pro honore competit possessorium, & quamquam videatur restringere, ut ibi per eum, tamen generaliter hoc refert & sequitur Papparat. in l. 1. num. 93. ff. de jurid. om. jud. Boeri. decisio. 151. num. 2. & in consuet. Bitur. pag. 8. col. 3. & Cassan. in consuet. Burg. pag. 426. vers. adverte ad illud. & pulchre Barbat. in d. c. licet caulam. Tiraq. de nobilit. cap. 20. num. 57. ad quod respexit Suetonius, in Tiberio cap. 10. versic. loco & quasi possessione, usurpati, & Corn. Tacitus lib. 3. ubi memorat Domitium Corbonem praetura functum de Sulla nobili juvene, quesiun esse apud senatum, quod sibi inter spectacula gladiatorum loco non decessisset, & videtur Azevedo in Recopilationem. Tom. 17. F iij alius

aliis bonis text. in cap. 1. versic. consuevisti facere, ut lite pend. ubi Abb. 3. not. numer. 8. existatur communiter Doct. cum Innocent. tran-  
 108 sive, ut ille text. circa + honorem etiam procedit in possessore: & ubi nulli actus possessori dari possent, in proprietate nihil dubium, quin procedat, cum & ex legibus nostris Regis id etiam statutum reperiamus. Et per consequens male Cantabrorum nobilitatem apparet voluisse obscurare, & ei detrabere & à communi reputatione extorquere, Joann. Garf. in d. gl. 7. num. 23. constituendo adversus eos regulam in contrarium & adversando communi eorum estimationi: Presertim, cum ipse ibidem in num. 24. consuetudinem loci provinciarum in probatione nobilitatis attendendam asserat, & consequenter, habito pro constanti in Cantabria, prout habetur, Cantabrum originarium nobilem reputandi, & in hoc originarium à non originario  
 109 + distinguendum, sufficet quoad hoc probare originarium esse, ut nobilis id probans judicetur, & pro tali habeatur, ut inferius dicemus: Ex quibus verba ab ipso Joan. Garfia prolata adversus Cantabros ad querelam & supplicationem dicti Domini Cantabrensis se conquerentis PHILIPPO SECUNDO Hispaniarum Regi ac Domino nostro quod in dicto Commentario de nobilitate dicta gl. 7. d. num. 23. & alibi dictus Commentator detrabere voluerit antiquam Cantabrorum nobilitatem, ipsius Domini ac Regis nostri mandato trigesimo die Januarii, anni 1590. fuit expedita Regalis provisio omnibus Regni justitie ministris directa, ut ipsius virtute colligerent omnia volumina dicti Commentarii, ut sic collecta deleterentur ab unoquoque eorum volumine omnia verba & omnes versiculi contra nobilitatem dicti Domini prolata & impressa, que ut certius esset, quanam essent delenda, Decreto & testimonio fidedigno fuerunt designata manu Joannis Gallo de Andrada Secretarii de Zamora ex residentibus in Regio Consilio, que quidem Regia provisio & testimonium dictum ad me missa fuerunt in transsumpto manu publici tabellionis, ut in eo assereretur, signato & vidi & legi, & fuit mihi missum. Infero itidem ex dictis ad determinationem illius difficultis questionis, scilicet, an exteri à nostro Regno, si  
 110 ad illud venerint, gaudebunt necne nobilitate \* Regni nostri, si in suo alias nobiles erant, & ut tales reputabatur, quam questionem ut difficilem Oratora, de nobilit. 2. p. cap. 5. examinat late, & licet ibi teneat, quod non, ex eo quod non possint nostrarum legum actus probare, & quia exteri à Regno non sunt admittendi in eo ad officia & beneficia, tamen contrarium de jure verius esse existimo, & hujus opinionis credo esse justificatorias rationes illas ab ipso Oratora in contrarium adductas, nam cum leges expresserint exteros à Regno non esse admittendos ad officia & beneficia, manifeste intelligitur, quod si leges non exclusissent ad hæc essent admittendi, prout admittendos prohibitione simili non extante probari, in l. 14. n. 8. tit. 3. lib. 1. supra, cumque à legibus nostris exteri à suis nobilitatibus probandis non sint exclusi, sequitur clarissime nobilitates in Regno per exteros ab eo probari posse, & eis potiri, neque incapaces ad hoc esse, & sic plures exteros id provasse in nostro Regno, & in tales fuisse in tribunalibus & cancellariis Regis declaratos tam ex Genuensibus, quam  
 111 Venetis, & Cantabris \* ipsis, nostris temporibus visum est, & id ex communi reputatione, quam diximus, probari potest, prout mihi fuit relatum fuisse factum, & hoc idem relatum fuit executoriam in proprietate obtentam

obtentam fuisse ex sola hac reputatione communi immemoriali ab aliis aliquibus Vallis de Mena, ubi esse notorium affirmatur nullam adesse distinctionem statuum nobilium, vel non nobilium, nisi quod inter naturales dicti Vallis per immemorabilem reputationem sui ipsius & ipsorum & antecessorum sunt noti nobiles, & ab origine eorum immemoriali ibidem existente, & in aliis multis itidem visum est, & Oratora, & Joan. Garfia id in suis commentariis fatentur maxime in gl. 7. num. 18. & 25. Ubi numerat Domum de Urquigu, que est prope Villam del Horrio: ita ut si ex majorum progenie & nobilitate majorum ii exteri nobiles sunt in terris suis, & admissi sunt ad gubernacula Reip. cum nobilibus exclusis plebeis, nimirum quod & in nostra Hispania nobiles reputentur, & ut tales habeantur, ita ut nostra Hispanorum nobilitate gaudeant, quantumvis actus positivos à dictis legibus 7. & 8. requisitos non probent, de quibus in terris suis nullus ab antiquo usus aderat, quia ab eis liberi erant, & pro hoc in d. num. 18. ipse Joan. Garfia Considerat legem fi. tit. 1. part. 2. & voluit Orat. ubi supra, 3. part. c. 8. num. 9. ii enim exteri nobiles fideles reperi sunt in fide semel data: Et sic inquit ibi ipse Joan. Garfia, quod nisi isti pronunciarentur nobiles, fieret profecto, ut neque Hispani viri possent nobiles pronunciari, quos, cum constet à nobilibus procreatos esse, Pero siempre vivieron en lugares libres, y sin distincion, & si alguna distincion huvo, fue en officios, y juntas: pero no en pecheria, porque no la huvo Nec dicendum est, Que en España no sean tan hijos dalgo como los mismos Españoles, los Colonas, &c. Hæc sunt verba ipsius Joan. Garfie, que sic retuli, ut videamus, quomodo sine aliquo scrupulo, exteros hos etiam si in locis liberis vixerint, si à majoribus suis sanguine nobilitati sunt, & ab antiquo sic est compertum, & ex historiis sic reperimus ut ipse ibidem testatur, nobilitate sua, viventes in Hispania, gaudere sua nobilitate, sicut gaudent nobiles Hispani: Et probatur id ex l. 18. tit. 11. lib. 2. supra, ubi admittuntur exteri ad probandam nobilitatem suam, & cum admittantur, omnino debet intelligi esse admissos ut probationibus in locis suis usitatis probent, non vero alienis ab eis, quia qui vult unum censetur velle & omne aliud sine quo illud unum verificari non potest, & qui vult consequens velle videtur & antecedens sine quo illud consequens non verificaretur, ex text. in l. illud. ff. de acquir. hered. & ex l. cui jurisdictione. ff. de jurid. omn. jud. & similibus, neque obstant alia illius legis 18. verba que in contrariari videbantur primâ facie, quoniam procedunt quoad faciendam probationem, non vero quoad probationes ipsas, ut jam supra dictum remanet, & consequenter patet, quod hæc opinio contra Oratoram cum Joan. Garfia sit tenenda, & quod injuste, nunc huc nunc illuc vacillando, Joan. ipsum Garfiam in dict. gl. 7. numer. 23. Cantabrorum nobilitatem obscurare voluisse, cum & in historiis Hispania reperiamus Cantabros ipsos ita esse + antiquos quod à Tubal nepote Noe sint descendentes ( de originariis loquor, non vero de adventitiis ) & in armis & exercitiis militaribus ita versatos, ut & à Romanis, qui totam Hispaniam debellarunt, ipsos Cantabria vicinos per multa temporum curricula non potuisse

potuisse devinci, sed indomitos eos reliquisse, tanquam feroces & fortes debellatores & defensores sui ipsorum & patrie sue, quod alii quam nobiles & divites & in armis experti non potuissent facere, sicut ipsi tunc & post demonstrarunt esse, & sunt, satisque fideles Corona Castellae, & ipsius Regi ac eorum Domino: Et non multis abhinc annis dum timeretur invasio à Francigenis ipsi resistunt, & se paratos ostenderunt plusquam cum decem mille hominibus armatis pro defensione Corona Castellae, & quod magis miror est de ipso Otalora, dict. 3. part. cap. 8. num. 9. Dubium circa hoc extitisse, cum & ipse in 2. part. cap. 5. num. 10. per totum eos defenderit, & ex dict. l. 16. Fori Cantabrigensis sic dispositum reperitur, ut eorum nobilitates ubique locorum tam extra, quam intra Cantabriam observentur, quibus sic prehabitis pro introductione hujus quintae questionis & partis finalis nostri epilogi deveniendo ad modos probandi nobilitatem & quomodo probetur: Dico primo.

113 probari ex antiquitate, nam ut inquit Quintilianus, Dignitatem & dat antiquitas, Et apud Livium lib. 7. legari Campani neque hercule (inquunt) quod Samnites priores amici, sociique vobis facti sunt, ad id valere arbitror ne nos in amicitiam suspiciamus, sed ut vetustate & gradu honoris nos praesentent: & sic ordo temporis inducit prelationem in honoribus si tractetur de jam ordinatis invicem praeponeendis, ut inquit Dec. in cap. Avaritia. num. 7. de praebend. & probatur ex text. in l. 1. versic. quis enim in uno eodemque genere Dignitatis prior esse debuerit, nisi qui prior meruit Dignitatem. C. de Consul. libro. 12. & sic inquit Gregor. in Evang. Homil. 3. fertur, (inquit) apud veteres nos fuisse, ut quisquis Consul existeret juxta ordinem temporis, honoris sui locum teneret, & in l. 1. versic. cum locum volumus esse potioem. & in l. 2. versic. sit igitur sedes prior ante provectoris. C. de praefect. prat. lib. 12. & in cap. 1. vers. prior, & major habeatur de majore & obed. & in cap. fi. 17. distin. ubi glos. hoc generale esse dicit, quod qui prius & Dignitatem acceperunt preferendi sint aliis: Ex quo quotidie prius Doctoratus praefertur iis, qui post eum doctorati sunt, ut per glos. in l. cum quid. ff. si cert. petat. & ex aliis relatis per Cassaneum, in Catalogo glor. mun. 10. part. Consider. 29. & ex pluribus de Antiquitate dictis per Roman. in l. si vero. §. de viro. fallent. 53. ff. solut. matrim. & Rebus. in Tract. de nominat. quest. 21. & ex quinquaginta privilegiis & prerogativis Antiquitati & concessis & congestis per Capol. in Tract. de Imperatore milit. de leg. in cap. Bartolomeus Colonus, num. 4. cum sequentibus. volum. 16. Tract. Diversorum Doctorum: Cumque Antiquitati quam plura sint privilegia attributa, nimirum si in nobilitate probanda Antiquitati standum sit: quae quidem antiqua nobilitas

116 causatur ex usu tanti temporis, cujus initii memoria & hominum non extat in contrarium, cum hoc tempus habeat vim tituli justitiae, privilegii ac veritatis, ut per Barb. consil. 9. col. 1. volum. 1. & per Cassan. in Catalogo glor. mun. 8. part. consil. 20. ubi inquit, quod ex hoc nobilitas in antiquitate laudatur, quoniam in eis antiqua fuit virtus, & ex antiquitate generis quis est judicandus nobilis: nam nobilitas attribuitur Antiquitati, per notata in l. stemmata, ff. de gradibus. & ideo quod

117 antiquior \* quis est, eo major est & nobilior, id est quod longius procedit,

co ma-

eo magis augetur, ut ex pluribus legibus probat Tiracquel. de nobilitate cap. 19. num. 1. cum sequentibus. & ex l. 8. dict. tit. 1. lib. 2. supra probatur, ut jam supra dictum est, omnis enim immemorialis dat possidenti sui plenissimum ex fortiori causa, quae excoptari potest, Dec. in l. traditionibus. num. 11. C. de pact. & habet vim concessiois, expresse ab eo, qui dare potest, secundum Bald. consil. 257. lib. 2. & in antiquis omnino verosimilitudine haberetur pro veritate, secundum eund. Bald. consil. 433. in fin. lib. 1. latissime Aymon, in Tract. de Antiquis tempor. parte. 1. ut fama faciat fidem, & 5. vlla. in hac prima, cum sequente. & quod potest obtineri ex vero titulo, illud etiam obtinetur ex sola immemoriali, quae presupponit titulum ut de quo legitimum, ut in terminis nobilitatis facitur ipse Joan. Garfia, glo. 1. 3. num. 36. post Rolandum consil. 89. num. 3. lib. 2. Ex quibus de jure communi non aliter poterat probari nobilitas quam immemoriali possessione, ut notabant Bart. Plac. & alii l. 1. C. de dignit. lib. 1. a quibus accipiunt & tradunt Ripa. Respon. 183. Allobrogian. & Roman. ling. 293. nunquid usus, & ibi Additio. Tirac. & Covar. relati per Joan. Garfia. in dict. glos. 1. 1. num. 1. qui licet ibidem asserat per Doctores de jure communi non declarari an tali immemoriali possessione aut prescriptione requiratur necesse probatio patris, avi, aut proavis, nihil hoc erat necesse declarari, neque requireretur probari specificis, neque minus hodie videtur necessarium saltem quoad posteriorum actuum probationem, cum & hodie etiam immemorialis procedat possessio in iis, sicut in aliis, ut ipsius Garfia. in ea glos. 1. 2. testatur, maxime in num. 53. & probatur ex dict. l. 7. ff. de lib. 2. supra, in primo eius casu de immemoriali disponente, juncta dict. l. 8. ejusdem tituli de libri, in col. 2. Y como ellos son tenidos de probar de tiempo immemorial, o alomenos de padre y abuelo, ponderando disjunctivam illam, & qua disjungit verba, & disjuncti sensum, ita ut immemoriali sufficit, & in ea probatio actuum posteriorum patris & avi non requiratur, aliter enim & verusculus ille, & alomenos de padre, y abuelo, & disjunctiva nihil operarentur, quae tantum ibidem hoc actus requiritur probatio in litigatore & ejus patre, & avo cum de minori, quam immemoriali tempore probandum est, item & quia si immemorialis haec vim tituli habet, & veritatis & justitiae, ut dictum est, & in dict. glos. 1. 2. numero 55. cum sequentibus idem Garfia fatetur, non est necesse distinctionem, & specificam neque per actus posteriores probare de patre & avo, sed sufficit probare, qualiter, antiquitas magis ejus a tempore immemoriali fuerint nobiles, & cogniti ut tales, cum tamen testes deponant cum aliis requisitis immemoriali probanda, ut & in progressu dicemus, de quibus requisitis & per Otaloram dict. 3. part. cap. 1. num. 12. & 5. unus tamen probare a tempore immemoriali possessionem, & ultra quod non potest, non sufficit, nam quemadmodum in iis ordinibus factis, cum hinc non fuerit, ita non intelligitur de nobilitate, nisi quae probentur, id a majoribus habuisse, secundum Bald. relatum per Tiracquel. de nobilit. cap. 19. num. 5. & quia si in hac immemoriali essent actus posteriores probandi, frustra dicitur leges 7. & 8. de immemoriali disponente, cum quoties actus posteriores probandi sunt & probantur, non habent probationem leges illae requirunt, quia tunc distri-

Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. G. quantur



<sup>121</sup> *guantur ab immemoriali in hoc, & sic in immemoriali consuetudine non est + necesse actus probare, ut inquit Oldrad. consil. 244. n. 13. Itemque non requiritur in tali immemoriali probari scientiam & patientiam Principis, vel officialium suorum, quoniam licet sit diversitas inter Doctores, an requiratur probatio scientie & patientie Regis in probanda*  
<sup>122</sup> *immemoriali, magis tamen communis & verior est opinio, quod non requiritur + ut dixi in l. 1. tit. 15. libr. 4. supra, & post novissimè assertit Gutierrez, in suis Pract. quest. lib. 1. quest. 85. & sequuntur plures relati per Traq. de nobilit. cap. 14. num. 4. quicquid contra communem in hac materia voluerit Joann. Garzia, dict. glol. 7. num. 7. versic. & licet, contra quem cum communi ita tenebat Otalora, 3. par. c. 7. n. 21. ubi quod sufficit scientia communitatis, hoc est, De los concejos. Debet tamen talis immemoriali probari juxta dispositionem legis 41. Tauri, que est l. tit. 7. lib. 5. supra, ut inquit ubi supra Gutierrez, & voluit Joann. Garz. d. glol. 12. num. 1. & licet ibi num. 2. & 3. asserat quod ex l. 2. tit. 21. part. 2. requirebatur probari Actus positivus Patris, avi & proavi, etiam in immemoriali, nisi lex illa nihil de actibus positivis probat, neque disponit, neque eos explicuit, neque de forma probandi nobilitatem tractavit, sed tantum disposuit, ex quibus hominibus milites sint eligendi: Imò si bene consideretur lex hac Partita pro supradictis facit, nam cum ibi non distinctim sed generaliter loquuta est, manifestè colligitur ibidem, in immemoriali sufficere in genere de nobilitate proavorum, & majorum probare, neque actus positivus requiri, cum enim lex non distinguit, neque nos distinguere debemus, & non est censendum legem illam Partita velle jus commune corrigere, sed potius cum eo concordare, prout concordat & non corrigit, neque corrigitur, ut tandem ipsemet Joann. Garz. fateatur, in dict. glol. 12. num. 8. Imò est quod fortius est quod dict. l. 8. dict. tit. 11. lib. 2. supra in prima ejus dispositione, sub versiculo, Y por ella mandamos, y ordenamos. hoc itidem approbat & immemorialem banc probationem tam quoad possessionem, quam quoad proprietatem renovando confirmat, ut ex ea clarissimè patet, dum se vocat ad leges & pragmaticas Regias, que sub l. 7. precedente in eod. tit. 11. & libr. 2. supra continentur in prima ejus dispositione, dum de immemoriali mentionem lex hac 7. fecit, ubi de proprietate tantum loquuta est, non vero cum loquitur de viginti annorum probatione, nam in hac de possessione solummodo loquitur: nam cum disponit quoad possessionis principaliter intentata probationem, vel in final cum petitorio, eo tamen suspeso, proseguendo possessionem, lex illa, 8. + loquatur in secunda ejus dispositione, & itidem in tertia parte in versic. Y otrofi, si alguno dixere, & in versic. Pero si el abuelo. Minorem lex illa requirit probationem, scilicet, temporis. 20. annorum continui cum litigantibus, Patris, ac Avi exemptione & libertate, vel per famam & de auditu si res est antiqua, & in hoc lex illa 8. est declaratoria dispositionum juris communis, & dicta legis 7. ad quam lex illa 8. se refert, idque clarius ex supplicatione, & proamio dict. l. 8. colligitur, in primo enim casu, quem lex hac 8. constituit, in dict. versic. Y por ella ordenamos, y mandamos. dum de proprietate loquitur confirmat legem + precedentem dum de immemoriali disposuit dicendo, Nuestra merced, y voluntad es, que todos los hijos Dalgo que son hijos Dalgo de padre, y abuelo, que estuvieren en posesion de hidalguia de tanto tiempo aca que memoria de hombres no es en contrario. In us enim verbis lex 7. de proprietate loquitur, ut vides, tum quia immemorialem requirit, que titulum prebet, tum etiam quia loquitur per verbum, Son. Latine, Sum, es, fui, quod quidem denotat proprietatem +, ut per Otalora de nobilit. 3. part. cap. 4. num.*

num. 2. pag. 95. & ead. 3. part. cap. 6. num. 3. pag. 106. & ead. 3. part. c. 9. n. 6. & 2. part. 3. part. princ. cap. 10. num. 2. pag. 127. in verbis autem sequentibus, dum illa l. 7. dicit: Y de veynte años aca, nunca pecharon. ne videretur ad proximè precedentia se contrariari, dum de immemoriali loquuta fuit, subscriptio in margine ejus apposita, uno verus Rex ipse, qui Compilatio- nem hanc Regiam approbavit, & confirmavit in omnibus, cum ipse dicit in proemio Codicis: Omnia nostra faciamus, quibus auctoritatem nostram impartimur, inquit sub- scriptio illa marginalis, Esta en lo que dispone de los veynte años, se ha de entender el juyzio de la posesion, por la ley siguiente: Ita ut in viginti anni quoad possessionem considerandi sint, de qua possessione lex 8. sequens loquuta est in dicto versiculo, Y otrofi, si alguno, ita ut possessio tunc regulatur & probatur viginti annis cum aliis tunc requisitis in ipsa l. 8. in eo versic. Y otrofi, si alguno; cum sequente versiculo, Pero si, neque tunc quoad possessionem tantum necessaria sit immemorialis probatio, si pars lingans non vult de immemoriali & proprietate probare, ut dixit Joann. Garzia, dict. glol. 12. num. 9. versic. secundo lex nostra, & hic est verus, genuinus & literalis intellectus harum legum, & dictæ subscriptionis marginalis dictæ l. 7. & hoc est quod doctè licet obscure dixit Covar. lib. 1. Variar. cap. 16. num. 19. in propositum harum legum Regiarum, quod ex eorum dispositione minor + probatio requiritur in possessione nobilitatis probanda quam in proprietate: Et ideo cavendum censet à Joann. Garzia in dict. glol. 7. num. 16. versic. secundo ad idem & glo. 11. num. 7. ad medium, qui injustè de errore notavit subscriptionem illam marginalem dictæ l. 7. cum ipse Joann. Garzia erraverit in hoc, nam doctissime & verissime loquutus est Compilator in illa margi- nali subscriptione dict. l. 7. & ex declarante l. 8. declaratum dixit l. 7. pre- cedentem: Et assumptum, quod in illa glol. 12. num. 7. & ex dicta margi- nali subscriptione voluit colligere ipse Joann. Garzia, scilicet quod illa subscriptione marginali attentæ essent necessarij actus positivi in immemoriali, est derivativum, quia subscriptio illa hoc non vult, sed potius contrarium, cum versiculum illum dictæ l. 7. + Es nuestra merced que todos los hidalgos que son hijos Dalgo de padre y abuelo, que estuvieren en posesion de hidalguia de tanto tiempo aca que memoria de hombres no es en contrario, in immemoriali tantum intelligat possessione proprietatem in se continentem, & ex immemoriali probata resultantem, in qua ut dictum remaneat actus positivi non requirantur, ex d. l. 8. versic. Y por ella mandamos, versiculum autem sequentem dict. l. 7. ibi, Y de veynte años, ubi de actibus positivis loquitur, de possessione tantum intel- ligit, que nullam habet proprietatis mixturam, de qua possessione loquitur l. 8. ver- siculo, + Y otrofi, si alguno, ad quam subscriptio illa marginalis dictæ legis 128 7. se refert, & consequenter assumptum illud Joann. Garzia, est derivativum, & prater, imò & contra intentionem dictæ subscriptionis, & ideo nullo modo se- queantur neque tenendum, & miror de Joann. Garzia, qui cum se scientificum & practicum in ea sit nobilitatis demonstrare voluerit, ita in intellectu dicta- rum legum 7. & 8. tit. 11. lib. 2. supra subscriporem dictæ l. 7. in dicta subscriptione esse esse ab-erit, cum doctissime, ut diximus, subscriptor ibidem processerit. & sic emiserit natione Regia in principia hujus Recopilationis apposita approbata est dicta subscriptio marginalis, in eo verbo Senarorum sacri supremique Consilii id est in eod. eo, cum ibi ten dubia conulereur à Copilatore tempore quo in orliera Copilatio hæc Regia colligebatur. Ex quibus aliqua nos in d. infero. Primo (ut al. la tiraza, & licet non reverentur) inferitur, quod nec hodie in im- Azevelo in Recopilacionem. Tom. IV. © ij memoriali

129 memoriali nobilitatis probatione actus positivi † requiruntur ad ejus essentiam, prout & ipse Joan. Garfia dixit & voluit in dict. glos. 14. num. 7. cum assumptum dictum per eum illi subscriptioni marginali attributum non sequatur, quicquid in principio illius glos. 12. aliud voluerit, prout supra diximus, & per consequens hac de antiquitate probatio vera sit & sequenda, tam de jure communi & Particulari, quam ex nostris pragmaticis & legibus Regiis. Secundo infero, quod causa quare hodie data executoria in possessione, fiscus vel alius non reddat, neque intentat judicium proprietatis, est, † quia quasi semper insimul cum possessione viginti annorum continuorum litigantis patris & avi sui cum actibus positivis, allegatur etiam & probatur immemorialis, & ea probata fiscus non habet quid probare, cum debeat assumere in tali casu partes actoris, & adfit contra eum dicta probatio in executoria illa contenta & cum eo litigata & expedita, ideo mirum non est, si fiscus vel alius, post judicium proprietatis non proseguantur, prout & voluit Garfia, in dict. glos. 12. num. 130 9. & sic dict. l. 8. in versic. Pero si el abuelo. † voluit decidere, nam quamvis versiculus hic ad duos casus, precedentes jam consideratos referatur, prout necessario referendus est, ut inquit ipsemet Garfia in ead. glo. 12. num. 10. versic. addit tertio. ita tandem relato facienda est, ut referamus singula singulis, hoc modo, scilicet, ut in primo casu dicta l. 8. posito in versic. Y por ella mandamos. ubi agitur cum proprietate & possessio insimul intentantur, vel de immemoriali probatur intentata etiam tantum possessione, si in hoc primo casu ob temporis diuturnitatem & antiquitatem non potest per testes de visu probari de nobilitate Avi, sufficiat tunc etiam quoad proprietatem per testes de auditu & de fama deponentes id probari: Sed cum versiculus ille, Pero si el abuelo. dicta legis 8. referendus fuerit ad secundum casum, in versic. Y otro si, in eadem l. 8. constitutum in quo de possessione tantum tractatur, tunc itidem si de avo probare litigans non potest per testes de visu, ob antiquitatem, sufficiat & tunc de eo probare per testes de auditu, & per famam, & sic referendo singula singulis, prout Doctores sapissime faciunt & fieri debet, & legislator vult, † & fecit glos. idoneus. in l. idemque ff. pro socio. versiculus ille, Pero si, dicta l. 8. nihil contrarietatis continet ad versiculos precedentes, neque ad supra per nos dicta, & voluit sic Joann. Garfia, in dict. num. 10. & hac de causa, quoties proprietates tantummodo est probanda, debet probari immemorialis, secundum formam dicta l. 1. tit. 7. lib. 5. supra, sed si cum proprietate possessio intentaretur, tunc quamvis immemorialis non sit sufficienter probata, si possessio satis probata † appareat, secundum formam dicti versiculi, Y otro si, dict. l. 8. tunc super possessione pronuntiabitur, prout pronuntiarum solet reservata proprietate, ut & voluit Garfia, in dict. glos. 12. num. 10. in princ. Tertio infero, quod cum ex dictis iuribus ex dicta probatione immemoriali probetur possessio, & proprietates nobilitatis, neque per dict. l. 8. id excludatur, sed potius confirmetur, ut dictum est, infero inquam, quod in quibuslibet locis, 131 & premaxime in liberis poterit probari nobilitas † hac ex dicta possessione immemoriali litigantis & suorum patris & avi & aliorum majorum ex parte patris articulando immemorialem hanc, secundum quod in dict. l. 1. disponitur, & notatur, c. 1. de prescriptio. in 6. & consequenter deducitur,

ducitur, quod cum Cantabrorum lingua sit antiquissima, ut apparet ex generali Hispania Historia & Chronica, & latius in Compendio ejus a Zamalloa, in lib. 1. cap. 9 pag. 23. colligitur, quod lingua Cantabrie fuit Hispania\* prima, que & nunc 134 absque alterius lingua immixtione servatur, ut & novissime asserit Marian. in sua Hispania generali historia lib. 1. c. 5 & quod fuit una de linguis divisis in adificatione turris Bavel per Nemrot adificata post mundi diluvium, ut ibi per eundem Zamalloa, & iterum in lib. 4. pag. 90. cum seq. & eod. lib. 4. c. 8. p. 99. qua quidem lingua fuit Patriarcha Tubal filii Japhet, & nepotis Noe, ut jam dictum remanet, & hac, secundum eundem Zamalloa, dict. pag. 90. vocatur Lengua Valcongada, qua in majori parte Cantabria utitur, qui quidem Tubal in montes illos & partes\* Cantabrie devenit, & ibidem primos His- 135 pania habitatores reliquit, ut inquit ipse Zamalloa, in lib. 4. c. 1. pag. 85. ubi asserit reliquisse adificia, qua nunc vocantur Caerias, y solares, ut & fatetur solaria adesse, Joan. Garfia, ubi supra, glos. 18. num. 34 & 35. sibi contrariando alius ab eo dictis de Cantabris, & in fol. 86. affirmat ipse Zamalloa, reliquisse ibidem Tubal & socios ejus nomina terra montib. & fluminibus imposita, qua in terris Armenia, unde venerant, imposita erant, & reperiebantur, & quamvis tempore Octavii Augusti Cesaris paulo ante Adventum Christi fuerit\* per ipsum Augu- 136 stum invasa vi & armis Cantabria ipsa, secundum historio raphos, & Pal. Rub. de Justa reten. Reg. Navar. §. 3. adhuc tamen multi remanserunt Cantabri ex primis habitatoribus descendentes, qui sedato bello ibidem, & non extraneas regiones credendum est habitasse, nam sua patria unicuique charissima est, & semper fuit, & cum nomen primarum, & lingua primava semper duraverint, durat etiam prerogativa & dispositiones\* 137 etiam si forma preempria sit, ut per Brunum, in Tract. de interitu. glos. 35. vers. 10. & fol. 36. vers. 6 & in Tract. de mutat. fol. 67. vers. 11. conclus. & cum duret nomen, quantumvis sit alteri regni unitum, durat prerogativa\* & privilegium, ex Alex. 138 consil. 114. n. 19 lib. 4. & Graveta, de Antiq. temp. 4. p. n. 27. versic. sed adverte & Mandos. in Reg. Chancell. 12. de rev. unio. q. 1. & pulchre Ang. consil. 247. vers. & ejus opinio & hoc Junior. consil. 28. num. 21. & seq. lib. 4. & glos. De termino. l. 7. tit. 20. p. 3. & faciunt dicta per Avend. c. 4. prat. num. 6. vers. dixi autem cum seq. lib. 1. & sic ex historia generali Hispania lib. 4. c. 3. apparet Cantabros fuisse multo ante quam Asturos, ut per Zamalloam Garivai, ubi supra lib. Azevedo in Recopilationem Tom IV. G iij 4. c.

4. c. 5. pag. 93. & consequenter Cantabrorum nobilitatem ab Antiquissimo tempore processisse, & semper observatam fuisse, & posse ex hac antiquitate probari nobilitatem eorum, tam in possessione quam in proprietate, tam dum in terris suis existunt, quam in nostris, probando antiquam eorum & suorum originem, ita ut merito de ipsis originariis vulgari proverbio usum est, Cantaber, ergo nobilis, & sic Cantabros de Vizcaya, y Guipuzcoa, vocat H. dalgos Otalora, de nobilit. 3. part. cap. 6. num. 7. Ex quo l. fin. tit. 1. part. 2. inquit, Catanos & Val-  
<sup>139</sup> vafores Italia nationes, qui Infanzones, \* vocantur in Hispania esse nobilissimos, & post dominos de titulo gradatim hos sequi, ut apparet ex dict. l. fi. tit. 1. part. 2. junctis l. 11. & 12. illiusmet tituli, & partitæ & l. 10. tit. 25. part. 4. Sanctus Thom. lib. 3. de regim. Princ. cap. fin. ubi declarat qui sint  
<sup>140</sup> ii, & eo relato glos. in dict. l. fin. & horum infanzonum \* in Cantabria adsunt multi, & ii infanzones ex solo isto titulo  
<sup>141</sup> Infanzonia ubique & præmaximè in Cantabria fundatam \* habent intencionem suam nobilitatis, sicut Catani & Valvafores in Italia ex dictis legibus Partitarum, & cum origo istius infanzonazgo & principium ejus difficulter reperiat, & non apparet, debet in dubio referri ad causam vetustiore, l. in finalibus. ff. finium regund. §. singulorum Instit. de rerum divis. Alberic. l. 2. §. denique ex iis. col. 1. versic. præterea si dubium. ff. de orig. jur. Fab. §. 2. Co. 4. Instit. de Actio. Alciat. conf. 32. n. 5. lib. 5. in novis. cumque ad vetustiore causam  
<sup>142</sup> referri debeat, in Gothorum regum atatem initium \* habuisse dicendum est, quia omnis inmemorialis supponit quid infinitam  
<sup>143</sup> à qua nullum tempus finitum potest deduci, \* secundum Oldrad. confil. 254. num. 18. retrocedendo igitur ita investigari potest initium horum infanzonum, quo etiam retrogrado argumento utitur Joan. Garfia, de expensis cap. 9. n. 99. & de nobilit. gloss. 6. num. 13. quia ubi alia non apparet tituli hujus origo debet omnino huic causa applicari, ut qua illam potuit præcedere. l. qui non militabat. §. Lucio. ff. de hæredib. institut. & ibi Bart. etiam ex intervallo, Angel. & Rom. l. si quis, cum aliter. ff. de verbor. oblig. Barb. confil. 12. n. 11. lib. 1. per glos.  
<sup>144</sup> l. 1. ff. de jud. & ex fori juzgo, \* lege id etiam decerpitur, in qua dicitur: Establecido es que si algun home dixere que es hidalgo y no es creydo, y promete juradores, no deve dar rico home que tiene la honor, ni al merino, ni a ningun bayle del Rey: mas deve dar par juradores que sean cavalleros infanzones, señores de collazos que sean parientes de infanzon, y no deve

deve dar a ninguno otro salvo al Rey: porque ninguno otro puede firmar su infanzonia, si no es el Rey, y el infanzon, provando su infanzonia como dicho es, deve se la firma el Rey con buena carta, &c. Ex qua lege deducitur primo grandis antiquitas nobilitatis per viam infanzonia. Secundo quod soli Regi competebat ejus declaratio lite conclusa: Tertio quod dabatur & aderat infanzonia sine vassallis, idque deducitur ex ipsamet lege, nam si ille, de cujus infanzonia litigabatur, esset dominus vassallorum, nihil lex hac meminisset De su pecho, o collazo, eò quod vassallos habere de se nobilitatem inducit inter \* eos, <sup>145</sup> secundum Guido. Pape, decil. 385. & Casan. confil. 64. & ex jurisdictione & administratione, quam habent domini vassallorum acquiritur \* dignitas publica, ut in Authent. const. quæ de <sup>146</sup> dign. §. generaliter. juncta gloss. coll. 6. Archid. cap. 1. de consuet. in 6. Tiraq. de nobilit. cap. 28. num. 2. Burgos de Paz, in Procem. legum Tauri, numer. 89. Molin. de primogen. libr. 1. cap. 13. num. 5. Matien. l. 1. glo. 1. num. 17. tit. 7. lib. 5. Recopil. quod si insimul detur Principis investitura & per viam varonia eò ipso \* fit nobilis in omnibus par-  
<sup>147</sup> tibus, secundum Tiraquel. de nobilit. c. 7. Avend. c. 14. prætor. num. 31. lib. 2. Guido Pape, decil. 386. & est l. 1. & ibi glos. tit. 25. p. 4. sed si dicta lex Fori juzgo, de iis infanzonibus vassallos habentibus loqueretur, fatuum esset de iis dubitare, neque lex illa loqueretur De su pecho, Ergo, omnino fatendum est legem hanc de non habentibus vassallos loqui. Quarto & ultimò deducitur ex dicta l. Fori juzgo, quod nobilis Hispanè Hidalgo, etiam vocabatur Infanzon. Et hanc infanzonum nobilitatem à nulla alia causa processisse credo quam à gestis militaribus, nam ut in annotationibus quibusdam vidi scriptum in lingua Tudesca, vel Gothica, Infanzon, significa \* la profession, gajes, y honra militar, & ob hoc credendum <sup>148</sup> est ab aliquo Rege Gothorum hoc nomen fuisse impostum hominibus ultra alios in arte militari signatos, & majorem honorem & præminentiam voluisse his infanzonibus præbere, quam simplici nobili: quod si ita est, quibus quaso hic major honos potuit præstari quam infanzonibus Cantabris antiquissimis & in arte militari semper versatis, de quibus & in quodam onomasticon propriorum nominum & de omni alia gente Vizcagina reperi scriptum: \* Cantabri Hispania Tarrconensis populi sunt Astu-  
<sup>149</sup> ribus finitimi à quibus proximus Oceanus Cantabricus appellatur. Hi offeri sunt, & nullam vitam sine armis esse existimant. Silius Italicus cantabat.

Ante omnes hyemisque astusque famissequantur & ab ovis  
 Invictus: palmamque ex omni fere labore: ut res illi abouq  
 Nec vitam sine Marte pati; quippe omnis in armis  
 Lucis causa sita est; damnatum vivere pati. *Ennodius* non  
 Memoriamque prodrium est; Cantabros solitos videro; personali-  
 tate suffragos cruce ab hostibus. Tactus enim eorum semper fuit armo-  
 rum usus & amor ac exercitium ab antiquissimis temporibus usque  
 nunc: cui elogio consonat id, quod *Lucius Florus* lib. 4. cap.  
 ultimo; in hac verba de hac natione refert & scriptum reli-  
 quit: Sub oculo pacata fere omnis erat Hispania, nisi quam  
 Pirenei desinentis scopulis, inhaerentem ceterior alluebat Ocea-  
 nus. Hinc dua valida summa gentes, Cantabri & Astures im-  
 munes imperii fines agitabant. Cantabrorum & pejor & altior  
 & magis pernix in rebellando animus fuit. Qui non contenti  
 libertatem suam defendere, proximis etiam imperitare tentabant.  
 Vaccosque & Curgonios & Aurigones crebris incursionibus fa-  
 tigabant. In hoc igitur quia vehementius agere nuntiabatur,  
 non mandata expeditio, sed sumpta est. Quod si hac ita fue-  
 runt; nimirum si nobiles communiter tales Cantabri originarii  
 reputentur; nam militia & militaria exercitia plurimum nobi-  
 litant; \* ut apparet ex *Tiraq. de nobilit. cap. 9.* Adeo ut  
 sint qui affirmant, quod statim quod unus est miles, efficitur \*  
 & est nobilis; secundum *Abb. Anchar. Ant. & Doct. in cap.*  
*ed libentius; de servis non ordin. Barr. in l. 2. §. in filiis ff.*  
*de decur. Guido Pape decif. 288. Salic. l. 1. q. 5. C. de jur.*  
*& fact. ignori & faciunt dicta per Alciat. de Duello c. 30.*  
*& 34.* & sic viri nobilissimi in historiis & chronicis reperuntur  
 ex eis fortes & debellatores, tam in pristinis temporibus quam  
 in hodiernis; & insignis ordinum militarium nostri regni in-  
 signiis; & quamvis non videamus eos cruciferos insigni. S.  
 Joannis de Rodas non est ob hoc quod ibidem desunt qui pos-  
 sint talibus insigniis insigniri, sed quia in dominio hoc Canta-  
 brensi non adsunt commenda, prout adsunt in aliis regnis. &  
 dominiis; in quibus insignia hac dantur: Cantabricaque regio  
 semper in maxima fuit estimatione habita: & quamvis tempo-  
 re Regis Roderici ultimi Gothorum Hispania fuit a Mauris  
 ingressa; \* in partibus tamen illis Asturia & Cantabria monti-  
 bus adjacentibus sese contulerunt non solum vicini, sed & ex-  
 teri ibidem confugientes cum Infante Pelagio; ut inquit Ora-  
 tora de nobilit. 2. p. c. 4. num. 2. per totum; ex *Petro*  
*Antonio de Beuter sacra Theologia Magistro; & in humanis*  
*litteris & Hispania gestis valde docto; & ut Paulus Cortesius*  
*inquit*

inquit de Cardinalat. lib. 1. singulorum autem nobilitas est; que non  
 modo a familie splendore; sed etiam ab excellentium agnatorum multitu-  
 dine dimanant: & sic Mediolani sunt certa familia nobiles ex consue-  
 tudine prescripta; secundum *Otalor. ubi supra 3. p. cap. 6. num. 7. verif.*  
*item alia ratione; & in Hispania; ut per eundem. 2. p. cap. 4. num.*  
*9. & 10. & in aliis locis; ut per Joan. Garf. d. gl. 7. num. 18. verlic.*  
 & ita re ipsa; ubi & in num. 19. alia prosequitur: & sic nullo modo  
 Cantabri; & quilibet etiam exterus ab Hispania excludi possunt a nobilitate  
 probanda tam in possessione quam in proprietate per immemoriam ipsorum  
 & suorum ab antiquo possessionem. Quarto infero generale assumptum &  
 generalem propositionem *Joan. Garf. in d. gl. 12. num. 13. 14. & 15.*  
 & prius in num. 8. in princ. dicentis indistincte; & reprobando suscrip-  
 tionem illam marginalem. d. l. 7. tit. 11. lib. 2. supra; quod hodie ex  
 text. ibi; & ex l. 8. sequente; in causis nobilitatis ad probandam immem-  
 orialem non requiri probari 40. annorum spatium; sed 20. sufficere; in  
 correctionem l. 1. tit. 7. lib. 5. *Recopil. Hinc enim assumptum & hanc*  
 propositionem; ita generaliter assertam non esse veram; neque tenendam;  
 \* quia est contra primum versiculum dicti l. 8. ibi; Y por ella manda-  
 mos. nam lex hec non dicit hoc neque probari nec minus dicta l. 7. ibi-  
 dem. n. duon. de 20. meminit minus loquitur. quod possessionem tantum;  
 ut dictum est; per actus positivos probandam; nullo immemore proprietatis  
 figuro: non vero ubi immiscenda est proprietatis prout in immemoreali immisce-  
 tur; que causat rictulum: Et sic tenet; quod neque in causis nobilitatis cum  
 de immemoreali probanda agitur sufficiat hinc 20. annorum spatium; etiam si  
 per regnicolas esset hac probatio faciendae; sed omnino sit immemorealis \* pro-  
 banda; secundum quod in d. l. 1. tit. 7. lib. 5. supra disponitur; que  
 neque quoad hoc censetur correctae; sed in suo esse remanere; & hinc  
 minus quoad exteros a regno; vel quoad viventes in locis liberis; & con-  
 sequenter ubi litigator proponit immemorealem ad hoc; ut ex ea obtineat in  
 proprietate est probanda cum omnibus qualitatibus d. l. 1. & hoc est gene-  
 raliter verum; & dicta leges 7. & 8. non probant aliud; sed hinc secun-  
 dum intellectum per me supra ad cas assignatum; licet si actus positivi pro-  
 barentur etiam si immemorealis non recte probaretur; sufficeret quoad posses-  
 sionem tantum; ut alibi dictum remanet; cum & tunc 20. sufficiant anni  
 limitatur tamen hoc; ut non procedat; quoties probatio immemorealis est fa-  
 cienda & vult litigator eam facere secundum terminos dictarum legum 7.  
 & 8. per actus etiam positivos suos; & avi. & quia ab antiquo mortuus  
 est avus; non potest probare per testes de visu actus illos positivos avi sui;  
 nam tunc in re ita antiqua sufficere probare immemorealem per testes de au-  
 ditu avi & fama ejus per viginti annorum spatium; neque requireretur tunc  
 probari cursus quadraginta annorum; & ita loquitur versiculus; Pero si el  
 abuelo; dicta legis 8. qui est declarationis precedentium referendo singula  
 singulis; ut remanet dictum in hac quinta questione; eo quod propter diffi-  
 cultatem antiquitatis minores probationes & lociores \* sufficiunt secundum  
 Covar. in Pract. q. 21. num. 7. in princ. ubi tamen hac difficultas  
 deficeret; requireretur & hodie in immemoreali probanda; 40. annorum  
 spatium; & sic debet concludi de immemoreali prout concludit *Otalora*  
 de nobilit. 3. p. c. 7. num. 14. & 15. ubi num. 8. ita tenet; neque est  
 Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. H. inducenda

inducenda ex levibus conjecturis correctio d. l. 1. tit. 7. lib. 5. supra prout Joan. Garzia, ubi supra inducere voluit, neque tunc dicendum est in tali inmemoriali, de centum annis esse probandum, ut aliqui dicebant, sed de quadraginta sufficere in ea probari cum aliis requisitis inmemorialis, ut inquit Orator. ubi supra num. 10. cum sequentibus numeris. Habes tamen notare pro hujus primi modi probande nobilitatis exornatione, quod in casibus in quibus viginti anni sufficiunt, qui debent esse continui secundum dict. l. 8. quod sufficit quod continuatio hac naturaliter et vel civiliter inducitur sit, ut per Joan. Garziam, in dict. glos. 12. n. 37.

Secundo modo probatur nobilitas sanguinis (de qua loquimur) de jure communi, et consequenter et nunc, saltem vel presertim in locis liberis a tributis (cum ut diximus d. l. 7. et 8. tit. 11. lib. 2. supra formam probatoriam et demonstrativam, non vero substantialem inducant) probatur, inquam ex communi reputatione et opinione, et putatur si aliqui communiter pro nobili habeatur, ex l. cum de lanionis. §. afinam, ff. de fun. instruct. l. 1. §. 1. ff. de flumini. l. fi. ad fi. C. si servus aut lib. ad Decurio. aspiratio glos. per tex. ibi in l. providendum. C. de postul. is enim presumitur nobilis, quem vulgus et communis hominum aestimatio nobilem reputat, et ut per Guido. Papa, decis. 188. Placeam post Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Calcan. consil. 8. num. 13. et optime Bart. Socin. consil. 246. numero 3. lib. 2. Covar. lib. 1. Var. cap. 16. numero 10. et Matienzo alios allegando in l. 7. tit. 7. gl. 4. num. 3. lib. 5. Recop. nobilitas enim (ut remanet dictum et tradit Tirag. de nobil. c. 10. num. 10. et 13. et Cassan. consil. 64. num. 9. ex Bart. l. 1. col. 5. C. de Dign. lib. 12.) non est quid naturale, sed phantasticum et Adventitium, et non est substantia, sed attributum accidentale, ab hominibus constitutum, et est ambigua, incerta et non determinata, et sic in ea locus est arbitrio judicis, et quia hoc regulare in non determinatis, ut ex l. 1. in fi. et ibi Bald. ff. de jure delib. tenet Tiraguel. in dict. cap. 10. num. 10. et ex iis dicebat Pogius in opusculo suo de nobilitate, relatus per Tirag. ibi. num. 6. haec verba, sed cum nihil minus vulgi opinio respiciat, quam virtutem, aut rationem in appellationem nobilis, ac propterea varietur admodum pro cuiusque generis usu et opinione, que admodum sibi invicem repugnant non a certa nec a determinata re, sed a quadam consuetudine hominum inconsulta videtur duci. Et cum plurimas diversasque nationum consuetudines de nobilitate recensuisset, postea subiungit: licet ea pro gentium varietate multiplex videatur: omnes tamen, quos modo recensuisti, et esse, et recte dici nobiles arbitror posse, nam sicut non omnes leges omnibus civibus sunt accommodatae, sed variantur pro rerum commodis et utilitate: cumque aliis prosint, aliis obesse videantur, et tamen legum vim auctoritatemque conservant, neque propterea non habentur leges, quia non omnibus eadem conferuntur, sit ego Italos, Germanos, Britannos, Barbaros existimo qui a suis dicuntur nobiles esse, et sic consuetudinem loci esse in hoc attendendam inquit Paleotus in Tract. de nothis et spuris. cap. 61. num. 8. ex Socino, consilio 246. col. 1. et ceterum si aliquem ex Judaica aut Mahumetica natione descendere ex sola communi reputatione et fama et probatur, ex glos. l. 1. ff. de probat. Aret. consil. 37. Castro, de jul. har. puni. lib. 1. c. 7. Hippoly. in l. de minore. §. plu-

§. plurimum num. 88. ff. de quest. et in terminis vend. in dictionario verbo, Judios, et dixi in l. 22. tit. 7. lib. 1. supra in hac Recopil. cur et non nobilitas probabitur ex communi hac reputatione, neque ostendit se dixeris quod praetense nobilitati semper obstat juris praesumptio in contrariis, ideoque non valem esse, quod in probanda descententia Judaica aut Mahumetica nationis, nam Respondeo, praesumpti non etiam juris esse, quod in dubio non presumitur et de infecta radice, sed proba ac ingenua progenie, per text. in l. 3. C. de Infan. expol. et notatur in cap. cum deputati extra de jud. tradit Bal. in l. 1. col. fi. C. si quis omni. cau. telt. et cum in hoc casu ita habeamus et nulli dubium per communem reputationem et famam probandi descententiam ex infecta radice, cur deteriorem ac iniquiorem conditionem familiarum ab antiquo nobilitate debemus reddere, ducendo illis consuetudinem ex reputatione inmemoriali qualitati sua probatam, praecipue cum ipsis inquiri non possit quid originem suam ducant ab urbe ubi nulli existunt nobilium et ignobilium aliter et sibiiles distinctivi. Laudo quidem ego populos, qui indubitatis plebem a nobilitate, signis distinguunt: verum enimvero, quod propter non usitatum talium differentiam nobiles ab antiquo familiae suae exantur praerogativa, ducunt hoc nobis atque per iniquum videretur, et contra dicta et denda, et contra text. in dict. l. 7. tit. 11. lib. 2. supra, ubi ipsa lex sicut clare protestatur semper et ulique servandum esse nobilibus: Et sic inquit Archidia. in c. 1. de consuet. in 6. quod nobilium appellatione et comprehenduntur, qui secundum communem aestimationem nobiles appellantur, voluit Bart. Soc. in d. consil. 246. col. 2. vers. prima ratio, et ob varietates opinionum et locorum differentias standum est in hoc dicta communi reputationi, ut alia allegando inquit Bonus de Curtili. 3. part. num. 160. cum sequent. aliquibus, sequuntur plures relati per Tirag. in d. c. 10. num. 6. cum seq. et per Cassan. in Catalog. glor. mund. 8. par. consil. 16. et notissime per Joan. Garziam, ubi supra, d. gl. 7. num. 11. Et sic nobilitatem in sola possessione et communi reputatione consistere, et ex ea probari et omnes philosophos et juristas genere testatur Otalra, in d. 3. p. c. 6. n. 6. fol. 108. et probari videtur ex text. in dict. l. 8. tit. 11. lib. 2. supra saepius a nobis allegata et alleganda ibi, dum dicit, Prueve possessionem y reputationem de si, y de su padre, y abuelo, ponderando verbum illud: Reputationem. et hanc etiam opinionem notissimus omnium sequitur alius elegantissimus Mascardus, in 2. Tom. de probatio. conclusionem 1095. nobilitatem, num. 8. ubi num. 9. ampliat id procedere non solum in nobilitate, que dicitur generis, verum etiam in nobilitate animi et virtutum, ita ut secundum eum ibi ex Tiraguello, in dict. num. 6. et melius Calcan. consil. 8. col. 3. huic probationi standum sit, dicitur probetur et contrarium, et sic inquit Curt. Sen. relatus per Tirag. dict. num. 6. et Socin. d. consil. 246. col. 6. relatus per Cassanum, in d. consil. 16. et consil. 64. numer. 11. quod ad probandam nobilitatem non sufficit dicere, quod quis sit no. itis, sed debet dici, quod talis vulgo et reputatur, et sequitur Mascard. ubi supra, num. 12. ubi inquit, quod consuetudo magis in hoc quam lex attenditur, et quod ideo a probandum quem esse nobilem inter alios articulos per sit a Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. num. 98. et ibi Plat. colum. fin. arc. culandam est, quod communis usus loquendi, et intelligendi sic se habuit, et testesque deponentes super nobilitate pro ratione dicti debere dicere, se cognovisse patrem, avum et majores eius nobiles, et nobiliter viventes, qui pro talibus se gerebant, et Azevedo in Recopilationem. Tom. 17. Hij reputabant

reputabant, nobilitatem actus, mores, status, & conditiones facientes & exercentes, & ut tales sunt habiti & reputati inter omnes de us cognitionem & notitiam habentes, quod & lati & proficitur Bonus de Curtili, de nobilit. 3. p. num. 9. & addit ea alia relata ab Oratora, ubi supra 3. par. c. 7. num. 4. 13. junctis ibi dictis in ead. 3. part. cap. 8. num. 1. & 5. Et hinc descendit, quod per famam communem probatur nobilitas, † ut per Tiraq. dict. cap. 10. num. 8. & Mascardum, ubi supra, num. 11. & per Garfiam ubi supra, glos. 18. §. 1. num. 13. ubi hanc esse receptam sententiam asserit, & à num. 6. hac de fama proficitur, & intelligi ( & b. ne ) procedere, dum tamen id sit constans, perquam & generale & univrsale apud omnes sine varietate & contrarietate, & allegat ad hoc singularem text. in cap. De parentela. 35. q. 6. & tradit Aymon, de antiqui. temp. 1. p. §. viso, in hac. 1. p. fol. 141. vol. 17. Tract. diversorum doct. Et hanc solam famam in natalibus probandis sufficere etiam si alia deficiant, testatur Marzarius, consil. 95. num. 5. & 6. unde inquit vulgare dictum, aliquem habitum & reputatum pro tali & ex tali familia, ex text. in c. per tuas. de probat. adeo ut secundum eum ibi num. 6. testes de auditu admittuntur, † & allegat ad hoc Aret. consil. 37. num. 12. late tractantem: Et tenet Decius, consil. 321. num. 8. & Celsus, consil. 44. num. 3. Et licet ha. hominum asseriones aliquando sint mendose, ut inquit Cassan. in dict. considerat. 16. in locis tamen liberis, prout Cantabria, & in nostra Placentia, hac communi opinione, & reputatione & consuetudine habendi & distinguendi nobiles ab ignobilibus probari poterit eorum nobilitas, ita ut ubique servanda sit, non cum Cantabrorum nobilitas ita sit antiquissima, ut hominum memoriam excedat, si nulla alia ibidem adest forma probandi nobilitatem, quam per reputationem communem sufficere hac probatione probare, ut vult Oratora, d. 3. part. c. 6. num. 6. ubi num. 7. inquit, En los que viven en Vizcaya, y Guipuzcoa y tieras libres, los quales aunque alli no aya actos de possession son hidalgos notorios, & communis omnium reputatio sic eos habuit semper, & reputatio vulgarij inter eos habita distinguens nobiles pro actu positivo † debet sufficere in locis liberis ubi nulla alia datur distinctio nobilium & ignobilium, prout in iis, & similibus admiculis notat Oratora dict. 3. part. cap. 8. num. 9. & Joannes Garfia, dict. gloss. 18. num. 44. & clarius idem Oratora, in eo. c. 8. num. 7. vers. quaro an his casibus cum sequent. & hoc tam quoad possessionem, quam quoad proprietatem si quoad hanc communem reputaretur de venire litigantem à tali solario & castata antiqua nobilium, prout ad sunt plures in Cantabria, & Genua, & in Hispania itidem, de quibus & dicti scribentes testantur, & omnibus nota sunt, & hac premaxime procederent, ubi insimul adest & concurreret immemorialis possessio, de qua in precedente forma probandi, qua cum aliquibus actibus distinctivis probaretur, nam id clarius esset, & dixi distinctivis, non ex eo quod necessarij sint in immemoriali saltem quoad proprietatem, sed quia eis existentibus, quilibet ii essent, rem clariorem ac clarissimam demonstrarent, & esset hac judicanda generalis, non vero particularis ac taxativa probatio quoad illos actus positivos particulariter † probatos, & quoad omnia nobilitati convenientia proficerent, ut in simili inquit Garfia, dict. gloss. 7. num. 15. ubi à num. 3. incipit, etiam si Oratora, in dict. cap. 8. num. 9. sub dubio tamen velit particularizare tales probationes quoad actus illos tantum, & male meo judicio in locis saltem liberis, & ubi actus illi & non alii reperiuntur distinguentes nobiles ab ignobilibus, licet & circa hac varias adfuisse sententias asserit Oratora, dict. cap. 8.

cap. 8. num. 9. versic. & hoc videtur de mente pragmatica, nisi secundum eum, in eod. num. 9. & ante in num. 7. ad finem, litigatis sumat initium quasi possessionis avi vel proavi in locis non liberis, sed potius tributariis non contribuentium quamvis ibidem vixerint in tributis illis in quibus plebei & ignobiles contribuant, nam licet litigator vadat post ad loca libera videtur habuisse bonum initium, & continuari in talem filium vel nepotem litigantem, argum. l. 2. C. de acquirend. possess. & sic optime tunc probari posse nobilitatem cum quibuslibet actibus distinctivis in locis illis liberis versantibus, & licet hoc apparens videatur, nulla tamen bona ratio differentie dari potest inter hunc casum, & contrarium, ubi dictum initium avi vel proavi deficeret, imò si in dicto casu actus loci liberi sufficiunt, cur & non sufficiant ubi nullam datur initium habitum in loco non libero, cum litigator & sui majores semper in loco libero vixerint, certe ego non percipio congruam differentia rationem, nam sicut qualitas illa possessionis avi habite & initiata in locis non liberis, continuatur in nepotem viventem in locis liberis, cur & non continuabitur quasi possessio immemorialis, vel communis reputatio ipsius & suorum semper viventium in locis liberis, & ubi nulla alia quam communis reputationis haberi potest probatio? Et exempla proposita ubi supra, per Oratoram, in dict. num. 9. in fine, cum sequentibus, de furore & aliis nihil mihi urgente ad excludendum casum nostrum, neque urgent pro sua distinctione, & sic etiam si passus sit dubius sub favorabili consilio hunc secundum modum probandi in locis liberis & ubi aliter probari non potest, & ad antiquis temporibus sic est solitum & usitatum presertim quoad possessionem sufficere credo, ut per Marzarium, & alios ab eo relatos, in consil. 95. quod si & immemorialis adest probata litigantis & suorum etiam quoad proprietatem sufficeret in locis liberis, & ubi aliter probari non potest, nam & in iis antiquis, ut dictum est, Dignitas & nobilitas probatur † per famam, etiam si ageretur de gravi prejudicio, ut tradunt omnes in l. cum aliquis. C. de jure deliberand. teste Tyberio Deciano, Responso 7. numero 38. volum. 3. & in antiquis leviores probationes sufficiunt, & tanquam difficillima probari, ex communi doctrina Bart. in l. in illa stipulatione. ff. de verb. obl. notat Decianus, ubi supra num. 40. Et cum una pars populi possit & potest qualificare ac reputare se super aliam ad distinguendam & inducendam † suam nobilitatem. l. 2. 174 §. deinde cum post. ubi Alber. & Zaf. ff. de orig. jur. text. in Authent. de defensor. civit. §. primum illud ubi glos. nobiliores. & text. in §. 1. Instit. de libert. Averd. cap. 19. correct. num. 16. lib. 1. prout Cantabria Insanzones taliter se reputant ac qualificant pre aliis, & super alios diverse originis concivinos & compatriotas sue ipsius Provincia distinguendo ac discernendo se ab aliis, quid mirum si ex communi totius populi vel provincia reputatione, quis nobilis & de nobili prosapia & familia reputatus, ubi licet ipse prerogativis gaudeat, cum loca illa libera ab omni tributo semper fuerint. Et sic dicti Insanzones in Cantabria se distinguunt pre aliis, nam ex l. 1. tit. 17. Fori Vizcaya, Radix Insanzonatus vendi non potest absque certis solemnitatibus, & in venditione preferuntur illius trunci & linea procedentes, & creditur juramento ipsorum super scientia vel ignorantia venditionis, ut l. 3. eod. tit. 17. & in l. 5. ibidem alius favor disponitur, imò radix Insanzonatus pro nullo delicto etiam lese Majestatis divina vel hu- 175

Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. H iij mane

mane confiscari potest neque confiscatur, ex l. 25. tit. 11. eod. Foro, quod est maximum privilegium & principalis prerogativa, & nunquam per legem generalem cognita nec visa, ex late traditis per Molinam, de Primogen. lib. 4. cap. 11. & Mieres, de Majorat. par. 4. quest. 23. Imò neque per viam testamenti potest de hac radice disponi, si testator consanguineos habet, ex l. fin. tit. 21. dicti Fori, etiamsi sit in favorem pie cause, & sic anima, quod licet durum videatur, eo quod videtur libertas Ecclesiasticæ contrarium, tamen ob angustiam Domini & Provincie toleratur, & quia sic in nostro regno videmus solum quintum posse habentem filios ac descendentes legitimos & naturales relinquere, licet ibi in Cantabria etiamsi descendentes careat ex d. l. fin. idem statutum est, tam ob angustiam domini, quam ut agnatorum indigentia provideatur, quasi sequendo & imitando consilium Dicit Augustini dicentis, quicumque vult exheredato filio heredem facere ecclesiam, querat alterum qui suscipiat non Augustinum, ut cap. quicumque 17. q. 4. qui text. licet ad filios procedat secundum Ant. Gom. Tom. 1. c. 11. n. 39. tamen & quoad exornationem dictæ legis Viceain adaptari potest, & itidem quando consanguinei sunt pauperes, ut inquit ipsemet Ant. Gom. in l. 8. Taur. num. 3. & gl. 1. l. 13. tit. 6. lib. 3. Fori. cum valeat dispositio ob justas causas, metas disponendi & restringens patri etiam ad pias causas, secundum Suarez. l. quoniam in preludivis. num. 8. pag. 128. ubi inquit regulam esse, quod ubicunque lex prohibet aliquem testari favore alterius, nunquam favore pie cause, talis prohibitio censetur remissa, \* ex c. licet. de sepult. in sexto. & sic cum d. l. si agnatorum favorem respiciat, imò & ut ego credo favorem totius prosapie, & ne aboleatur à memoria, mirum non est si fieri poterit, & valeat facta. Ex quibus in propositum dico reputationem in ipse nobilitatis probationibus ab antiquo & communiter habitam, ut dictum est, in locis ubi aliter probari non potest, sufficere, absque actibus positivis, ubi ii non habentur, neque usurantur, eo quod loca libera sunt, etiamsi ipse Joan. Garfia, in dict. gl. 7. num. 22. requirat actus etiam tunc distinguentes nobiles ab ignobilibus, \* allegans pro hoc Guidonem, decil. 88. 179 196. 387. & consil. 217. & Singul. 251. Paul. consil. 126. lib. 1. Curt. Sen. consil. 18. num. 2. Dec. in c. 1. num. 13. de appell. Felin. in cap. super eod. num. 5. de testibus, & inferens quod cum in Cantabria nulli adsint actus distinctivi, quod nullo modo Cantabri poterunt obtinere in causa nobilitatis, quam suam resolutionem dicit esse meram veritatem in ea gl. 7. num. 24. in fine, valdeque si machatur de iudicibus & advocatis, qui non ita sentiunt: cum ut supra probatum remanet, quod leges ille 7. & 8. tit. 11. lib. 2. supra non excludunt in hoc casu ubi loca libera sunt, probationes à jure communi inductas in hac nobilitatis materia, & consequenter non excludit jam dictas de immemoriali possessione, & de communi estimatione, & reputatione que, ut supra dictum est, communi opinione Doctorum receptum esse esse sufficientes probationes saltem in locis liberis, & sic contra communes ac receptas sententias ipse loquitur Joan. Garfia: ultra quod pro contraria opinione adversus suam, ipsos Guid. Paul. Felin. & relatos allegat Tiraq. de nobilit. cap. 10. num. 7. ideo non debebat se in illorum opinione fundare, nisi forte contendat de Barrolo, & Guidone, ubi supra qui tamen hoc ita non declarant, quia Guido, decil. 88. solum proponit

proponit facti contingentiam de una deaurata in loco illo ab ignobilibus non praxingi solita: Bar. vero in d. l. 1. C. de dign. lib. 212. num. 18. etiamsi requirat actum qui ostendat distinctionem ab ignobilibus, profecto hoc solum ostendit, & intendit, quod detur aliquod medium, quo nobilis ab ignobili discernatur, sed quod communis ac immemorialis reputatio nobilitatis sit insufficientis actus cognoscendi nobilem ab ignobili, apud eos inter eos ubi multi alii existunt actus distinctivi, nequaquam hoc precise requirit Barrolo: neque Cuius doctorem hoc dicentem & esset una opinio singularis ac perniciosissima evitanda nobilitatis omnium familiarum ab antiquo nobilitate, que degunt in locis plane liberis, & exemptis praxime cum negari non possit, quod est ubi dicta communis reputatio nobilitatis datur, necessario & reputatio ignobilium datur: nisi in casu in quo originarii populi in unum versum de merito, vetustate, aut privilegio essent nobiles, nam tunc reputatio hac communis, & antiqua sufficeret, etiamsi non daretur objectus contrarius ignobilitatis, neque Hidalgo, y pechero, ut male arbitratur ipse Garfia. d. gl. 7. num. 23. sunt omnino, correlativa necessaria, ut non intelligatur unum sine alio, nam dari potest casus ubi in loco nobiles, & ignobiles sunt & exempti à tributo, & tamen dari potest dicta communis reputatio circa amos & non circa alios: & dari etiam potest in uno loco ubi omnes nobiles reputati sunt sine distinctione, & non circa alios alteri loci: sicut è contrarij ex communis reputatione possunt omnes unius populi liberi ut ignobiles, nullo ibi pro nobili habito, & tunc eam cessat consequentia & relatio dictorum nominum, Hidalgo, y pechero, & apparet non esse necessaria correlativa. Et per consequens ex iis deducitur, non esse bonam consequentiam, quod ubi sunt nobiles, ibi quoque tributa persolvantur, & quod ubi non solvantur, non datur dicta communis reputatio & immemorialis possessio saltem quoad proprietatis titulum, & sic restant objectiones dicti auctoris contra dictas communes sententias volentes instigare ex dictis factis levis conjecturas: Et sic ex antiquitate generis in Italia, & ex eadem reputatio nobilitatis Hispania praxim in Infancia Catani, & Valvasoribus dictum est, & asserit Joan. Garfia, in d. gl. 7. num. 18. Et in nostra Hispania ad huc etiam familie praxim prout sunt, Guzmanes, Manriquez, Cerdas, Teledos, Fajardos, Carillos, Girones, Niños, Sylvas, y de la Cueva, & alia plures, quarum descendentes in locis liberis se contulerunt, ex communi hac reputatione pro nobilibus judicandi sunt, prout in aliis suis nationibus, & statutorum Garfia, in d. num. 18. & in num. 25. refer. His factis alia Cantabrien, & nobiles. Ex quibus omnibus habemus conclusionem dictam (quod ex communi & antiqua hominum reputatione probatur nobilitas) confirmatam eam iuribus, & rationibus quam & doctorum auctoritate. Et quod in locis liberis ubi nulli sunt actus distinctivi hic erit unus modus probandæ eam. Tercio probatur nobilitas in proprietate probando litigantem descendere à domino nobili, & solarie ga, de qua in l. 9. tit. 1. lib. 2. supra vers. Porende mando. Et id. o. soler dicit in iis libris, Hijo dalgo de solar conoiedo de devengar quinientos fueltos. Et hæc est indubia probatio, & non enim habet contra d. centum in jure neque in praxi: sed que dicitur domus solariega hic pendunt leges & prohibita: man qualiter solarium consideretur, hoc est latius incognita: tributa tamen non solent considerari \* asserit Barrolo, de nobilit. 2. par. cap. 4. num. 18. cum sequentibus ubi num. 3. proponit tributum quinque in octetis cum nobilibus in temp. si aut à quibus Reges & quibus eos liberavit ab hoc tributo: De hac etiam solarum proprietate ac probatione, latissime agit Joan. Garf. de nobil. glo. 18. num. 7. cum sequentibus, ubi asserit, que dicitur domus solariega, & num. 10. cum sequentibus, in demum declarat, & resolvit dicens, Que casa de solar no es otra cola en España sino casa de señor

señor que tiene vasallos solariegos poblados en territorio y solar de la misma casa, & num. 12. & 13. id aliquibus probat Historiis, & tandem num. 14. dicit, quod cum nobiles Hispania à Principe presumantur habere Castra. ex l. 1. tit. De las prescripciones lib. 4. supra planè non esse dubitandum habere eos nobilitatem, ut adnotarunt quoad feudum

185 Tirag. de nobil. cap. 7. num. 6. Avendan. cap. 14. prat. num. 31. & 32. lib. 2. Guido Pape, decil. 386. l. 1. tit. 25. part. 4. ubi glos. Ex quo inquit Garfia, ubi supra numer. 15. duo inferri: Primum quod si Rex aliquem Comitem fecerit Ducem aut Marchionem, & præbuerit ei terram cum vassallis, præbet illi exemptionem nobilitatis, in omnibus paribus, etiam si talis non sit nobilis, neque legitimus, aut descendens ex

186 legitimo † ut ex dictis doctor. & ex dict. lege partitarum colligitur. Secundum est, quod Dominus vivens inter suos vassallos in Hispania non potest inter eos effici tributarius, † ut per Guid. decil. 385. & Cassan. conf. 64. & supra remanet dictum. Et Primum Corollarium, Ducem, Comitum aut Marchionum deducitur quasi à natura infudati à Rege, de quo per Tirag. ubi supra, & melius per Cassan. in catal. glos. mun. part. 8. confid. 15. per totam. Secundum vero Corollarium probatur, & deducitur ex dominio quod Dominus habet in homines, & fideles suos, ex hoc enim censetur habere dignitatem, & sic non est tributandus in terris suis, ut inquit Cassan. in d. conf. 15. vers. & redeundo ad propositum, ubi in vers. apud Neapolitanos, inquit omnes quasi nobiles habentes jurisdictionem

188 in suis oppidis, & Castellis dicuntur Barones, \* & consequenter nobiles, & idem Cassan. in eod. catal. 5. part. consider. fin. ut & supra dictum remanet: Et sic inquit ubi supra Joannes Garfia, numero 17. Que por solar se entienden los vasallos, hoc probans ex Historia Regis Alphonse undecimi fol. 9. col. 1. ubi dicuntur hec verba, Que Don Juan Nuñez heredava el solar de Lara por su abolengo, e que por Doña Maria la muger heredava el solar de Vizcaya, que era uno de los mayores solares del mundo, & numero 21. concludit, que se dize en Castellano hijo Dealgo de solar conocido, & cum sequentibus numeris declarat ipse Joannes Garfia, qualiter sit solarium probandum, & num. 31. id etiam antiquitus probat esse usitatum, & num. 33. à quo originem hoc habuit: Et in numero 25. inquit in nobilitate hac solarium tria concurrere debent, solarium scilicet, vox, & domus: Et solarium hoc debere esse habitum per viam hereditatis, Por varonia de varon en varon, ut ibi num. 27. & num. 28. quod non debet esse emptum neque divisum: Ex quo dicit. in num. 29. quotidie advocatos solere articulare, quod domus hec solarium nunquam divisa inter fratres, & consanguineos, & quod est domus consanguinei majoris, & hanc dicit esse consuetudinem receptam in Francia, Hispania, & Italia, & num. 34. requirit etiam, quod domus hec solarium sit posita in Montanis, Galicia, Asturias, Guypuzcoa, Vizcaya, Navarra: Ex quibus verbis considerabis qualiter in Cantabria nobilitas vera semper adsuit, & adest nunc, presertim attentis verbis illis Regis Alphonse supra relatis, dum dixit, Que Vizcaya era uno de los mayores solares del mundo, & majoritatem ego considero, Regem hunc considerasse non respectu longitudinis terre, quia semper fuit, & est parva provincia, sed respectu potius multitudinis gentium nobilium ejus, De qua gente Zamallos,

in dicto Compendio Historia Hispanica, lib. 5. cap. 1. in fine, refert quosdam versus cujusdam Capitanei generalis illius provincie, & Domini, quibus denotatur nobilitas Cantabrica: unum tamen in proposito m. & verius meo iudicio in vit Otalora. ubi supra par. 2. cap. 4. num. 10. quod est contra Jam m Garfiam, ubi supra, scilicet, Que oy no solamente se tienen por solares conocidos en Vizcaya † y Montañas las casas de los parientes mayores, pero tambien las otras que tienen appellidos ciertos y antiguos, y ansi gozan dellas para conservacion y pretension de hidalguia: y ansi aunque por parte de los fiscales se pidio el año pasado de cinquenta a su Magestad, mandase que esto no se entendiese a las casas y calerías que no fuessen de los parientes mayores, y su Magestad y los de su consejo mandaron consultar esto con las audiencias, y por el acuerdo de la de Granada se embio consultado, que todas las calas donde no avia avido pechos de tiempo immemorial a esta parte, gozassen de ser tenidas por solares conocidos, y que la probanca quedasse en alvedrio de los jueces, nam nobiles, & ignobiles, inquit Tirag. de nobilit. cap. 10. num. 10. iudicis arbitrio relinquatur iudicare, † qui sint: & plures domus solariegas tam Cantabrie quam aliarum

190 Regionum refert Otalar. d. num. 10. & Garfia. d. gloss. 7. numero 25. & sunt alie multe, quas enumerare longum esset: Ex quibus inquit idem Joannes Garfia, in gloss. 18. numero 43. quod probans domum solariegam non teneatur probare, esset illa terra libera a libera † vel tributaria: & ubi inserti

191 ad Cantabrianam, quod licet ibi nulla detur distinctio nobilium, & ignobilium, miles tamen Cantabricensis habens solarium nomen & arma, & vocem est fidalgo de solar. Imo & iste talis etiam si pater ejus vivens in loco non libere ex negligentia, aut paupertate solveret tributum, hac nihil ejus filio noceret probanti solarium, † quia pro-

192 prietas absolveret possessionem, ut expresse inquit Otalora, ubi supra. 3. part. cap. 6. num. 9. vers. si quis enim, cum sequen. pag. 113. ubi etiam num. 7. inquit etiam in nostra Hispania dari solaria hec, & Joan. Garfia, d. gloss. 18. num. 23. item Genue mediolani, & Rome sunt familie nota\* nobiles, & 193 in Cataluña, ubi inquit Otalora. d. cap. 4. num. 3. Quando se perdio España y los Moros la yvan ganando en las partes de los montes Pireneos en Cataluña, que estan al parage de Ribagorza, hasta Canfranco, tuvieron los Moros la tierra hasta el valle de Gistan y Biella: mas no passaron mas edelante porque les defendieron los Catalanes el passo en los Castillos y fortalezas que por alli eran, que fueron en tierra de Sobrarve, Arcusa, Castellazo, Monclus, Escaniella, la Clarnofa, Abilanca, do esta el Castillo de los Reyes de Sobrarve, en estos y en otros se conservaron los Christianos de Aragon y Cataluña, que despues açaron por Rey a Don Garci Ximenez, en la Cueva de Pavon, donde esta san Juan de la Peña, que fue año de 720. y assi hasta oy en señal desto dizen las Chronicas Valencianas, que los que vienen de aquellos solares son tenidos por hijos dalgo, y los que nacen en Bellos; y Muro de Bellos y Puyaruebo, Biel fere, que estan en el valle de Puertolas, y la lengua que entonces los Godos hablaban, quedo en aquellos que alli se salvaron en los Pireneos, que estan a la mayor mar, que son en Valde Roncal, y el valle de Salazar, y el valle de Efeva, y el valle de Santistevan, y los contornos de estos valles

Azevedo in Recopilacionem. Tom. IV. I que



que descenden en Guipuzcoa : y costeando el mar, se estienden por Alava, y Vizcaya : Mibi tamen si liceret, inter eos, & tam graves auctores scriptores, & practicos meam circa hac de solaris profere sententiam †, assererem utique solarium non consistere in domo, in voce, armis, & individuitate, & aliis de quibus suam Joann. Garzia, protulit sententiam, sed solarium illud vocarem in hac materia, quod secundum communem hominum reputationem illius provincie pro tali solario ab ant. quo habet. r., estimatur, & reputatur, & quod ab inde procedentes sunt habitus, estimati ac reputati nobiles, non considerando domum materiale, ad ficia & turrin, sed progenem nobilem ac ejus descendantiam & propagationem, nam si ab initio & post & nunc nobilitatem & sic fidalgiam ab hominum reputatione incepti & prosecuta est, cur & non solarium eodem modo erit considerandum? nam si effigies domus & materie essent in consideratione omnes ibidem existentes, etiamsi non essent nobiles, gauderent utique nobilitate : Et nobiles illius domus si ab inde exirunt, nobilitate non gaudent, quod esset absurdum : Et sic vocabulum hoc Solar, vel Casa est analogum & respectivum ad familiam de qua tractatur, ut in illa verificatur auctoritate Ecclesie, vir multum j. rans replabit iniquitate, & a domo ejus non recedet plaga, ubi domus accipitur pro ipso domino & sua familia, & in eodem sensu videas illud Psalmi 113. In exitu Israel de Agypto domus Jacob de populo Barbaro. Et dicta est nobilitas De solar, ad similitudinem solaris †, quod sicut solarium nota res est, & radices habet & in publico est constitutum, ita nobilitas hac De solar conocido, habet radices & in omnibus eius radicibus affixam, prout videmus in arbore, quod ex raliibus ejus rami procedunt virtutem a radice recipientes, sicut & videmus in l. 6. Tauri. 1. tit. De las herencias. libr. 5. Recopilat. in fin. dum dicitur : Buelva la rayz a la rayz, y el tronco al tronco. Truncus enim iste estne quid inanimatum, estne domus materialis aut arbor? non, sed generatio illa a qua bona illa proesserunt, & sic redeunt ad illam, vel illos ex tronco illo procedentes : Nobilitas enim ut remanet dictum in questione hujus Epilogi, nihil aliud est quam nobilitas, & nobis es, idem quod notum, ergo Solar conocido, non in materia & edificis domus, non in turri, non in armis consistit, sed in hominibus alicujus antique familia ab antiquo note & cogniti & nobilis ex communi omnium antiquissima derivatione, & reputatione : Et sic talis nobilitas De solar conocido, alios non sic nobiles a recedit, quasi sit magis notus, magis antiquus, & magis fixa nobilitas ejus & radices habeat, notorium enim est illud : quod sui notitiam † omnibus exhibet. l. 2. C. quando & qui. quarta pars debeat. Bald. cap. tua nos. de cohabit. cleric. ita ut nulla inficiatione celari, aut negari potest. cap. tua nos. cap. nostra. de cohabit. cleric. & mulier. c. sacerdotale 61. distinct. Corr. lib. 1. miscellane. c. 16. & sic solaris considerationem videtur mihi hanc esse dicendam, nam ratio dicitur, ut nobilitas a personis † non vero a rebus praedicetur. l. justissime. 44. ff. de aedil. edict. ibi, propter dignitatem hominum, & ibi, ridiculum namque esset tunica hominem accedere, & Machabeorum 2. capit. 5. non propter locum gentem, sed propter gentem locum elegit Deus. Et sic hoc est quod dicta pragmatica De Toro y Tordeillas. in dicto titulo undecimo, libro secundo. supra denotant, dum loquuntur, per verba, Notorio y conocido, ita quod hac notorietas & cognitio talis nobilitatis habeatur, non vero sit per turrin, d. mum, aut arma, licet familia, que hac habuerit, facilius probabitur ejus solaris nobilitas, non vero ut sit de essentia ad probandam talem nobilitatem De solar conocido quod omnino sit habenda domus, turris, arma, & alia per Garciam ubi supra, requisita, & sic in Cantabria ubi ipse domos De solar

solar conocido, descripsit adesse, & adsunt multa, non omnia que ibidem ipse autor requisivit, reperies ut infra dicemus : & sic nobiles De solar conocido y notorio, ut loquitur dict. l. 9. tit. 11. lib. 2. supra. dicitur, qui notorius est cognitus in loco illo & perfectus apud suos ut nobilis, veluti cum dicimus aliquem apud suos honestos summo natum loco : sic illud.

Pervigiles habeas oculos animumque sagacem

Si vis ut aliquo ster tua fama loco.

Et in hoc eodem sensu accipitur illud quod apud nos quotidie profertur, aliquem, scilicet, esse de tali domo, tronco, & cippo : in quo quidem sensu, generis dependentiam, & non domum materiale consideramus, & cum in hos hominum estimatio & reputatio consideretur, sic & in solario in materia nobilitatis habemus considerare : Et sic Garzia, in dict. glos. 18. anxie nimis se torquet in investigatione diffinitionis De solar conocido, in hac nobilitatis materia in proprietate : Ex quibus per me dictis habes notare quod inter notorios nobiles & milites sanguinis, alii habent † domum & solarium notorium, & cognitum sua originis : Alii vero hac non habent domum & solaria, prout En Vizcaya reperiuntur ii omnes, & tamen sunt omnes cogniti & notorii a domo & solario notorio nobilitatis descendentes : illi autem qui habent dictam domum & solarium habent domum indicativam & demonstrativam suae nobilitatis antiqua, & insuper habent in hoc quoddam medium, & instrumentum permanentis & notorium, cujus media notorietate fundamentum accipiunt, sicut rami & palmites a tronco, & radice : In qua quidem nobilitate differentia unius vel alterius speciei advertendum est, quod domus, vel solarium notum & cognitum non fuit, nec est causa inflaendi nobilitatem in dominos talis domus & solaris, prout male opinabatur dictus Joan. Garzia, in dict. glos. 18. sed e contra scilicet, quod ipsi domini antiquissimi dictae domus & solaris (eo quod ipsi & sui predecessores fuerunt & sunt notorii nobiles) reliquerunt hanc indicativam & demonstrativam solaris illius formam permanentem & notoriam omnibus & continuatam in suos successores per viam varoniam : ita ut simul atque aliquis probaverit dependere ab illa domo & solario & ejus dominis per necessarium concluditur in eum fuisse derivatam & continuatam eandem nobilitatem, quam habuerunt predecessores sui immemorales & domini domus illius & solaris : & sic plerumque super ipsa causa indicativa & demonstrativa, videlicet super domo ac solario ipso & antiquitate ejus sunt probationes, quibus demonstratur de notorietate permanente & non momentanea, nam ut inquit Bart. in l. ab accusatione. §. denuntiatores. num. 3. ff. ad senatufc. Turpil. illud potest dici ac dicitur cognitum & notorium, quod habet causam stantem, † permanentem & inconcussam : Est enim notorium illud, quod seipsum omnibus exhibet, & dat unicuique sui notitiam prout est text. in l. 2. C. quando & qui. quar. pars debe. notat Bald. in c. tua nos. num. 1. de cohabit. cleric. & mul. ubi & inquit quod notorium etiam est ubi apparet & existit veritas, que omnia consumit, quod non est in illo, quod est manifestum, eo quod manifestum secundum Bald. ibi. num. 2. est illud, † quod consistit in actu instantaneo, sive momentaneo, ut C. de appell. l. cives & incolae : cumque omnes probande nobilitatis modi consent de sua peculiari unicuiqueque provincie norma, opinione ac reputatione †, secundum Bart. in l. 1. C. de dign. lib. 12. Tiraquel. de nobilit. cap. 10. num. 1. cum sequen- Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. I ij tibus

tibus aliquibus, Paul. consil. 126. lib. 1. Avend. c. 14. p̄tor. num. 24. lib. 2. & Orator. de nobilit. 2. part. cap. 5. num. 16. nullo modo potest dubitari quin probata reputatione ac notorietate immemoriali notorii solarii & ab ejus descendencia & familia debeat probans ab illo descendere, obtinere in vim indicativa ac demonstrativa forma sue domus sive solarii noteriorum nobilium, etiamsi vivat in locis liberis & ubi nulli sunt actus distinctivi & positivi nobilium & ignobilium: Et ubi nulla solaria, & sic causa indicativa, non adessent, si familia illa ita est antiquissime probabili reputata communiter & notorie ab omnibus, & cognita ut transeat in causam permanentem & inconcussam, tunc utique & probans ab illa procedere obtinebit: Et sic ex iis omnibus patet clarissime, quod omnis ille dicitur fidalgus De solar conocido, qui videlicet habet solum originarium, taliter ac pro tali immemorialiter reputatione inter convicinos ac concivis unde avitam suam prætendit originem, adeo ut nihil aliud sit exigendum præter talis solarii nobilem reputationem inconcussam, immemorialem & permanentem: ita ut non sit de essentia probanda domus materialis, turris, arma, & alia à dicto commentatore Joan. Garfia. ubi supra, requisita, nisi aliud de consuetudine talis loci aut provincie requiretur probari, nam tunc id esset omnino probandum, cum ut diximus: consuetudo uniuscujusque loci est in hoc attendenda: qua quidem omissa consuetudine infero primo dictum commentatorem Joann. Garfiam. in dict. glos. 7. num. 1. asserentem esse necessarium ad probandum solarium, & domum solariegam, quod domus principalis sue agnationis, arcis, turris, aut consimilis alicujus magnificentia faciem repræsentet, item quod gentilitia familie insignia in ipso turris aut domus pariete sese ostendant. Infero inquam, (si aliud ibidem non est consuetum) de equestri ordinis peculio hæc esse, non vero de <sup>101</sup> fidalgus & inferioris ordinis requisitis necessariis, primo ex supra jam dictis, secundo ex experientia rerum magistris, quæ docemur vassallorum turrium atque arcium dominos esse de alia celsiore nobilium classe: tertio quoniam nulla dabitur lex vel autoritas disponens aut asserens, quod solarium nobilis debeat de necesse concludere & continere individuitatem, domum fortem, turrim cum armis, neque itidem vidi legem designantem nobilitatis vim in eo quod bona sint vinculi aut majoratus, aliter enim si hæc ita essent, multe domus non nobilium possent dici solaria, ubique enim jam hæc reperientur & tamen sine nobilitate, & multa è contrario nobilium domus non dicerentur nobilitatis solaria, majoratusque & primogenitura <sup>103</sup> non est dignitas, neque causant nobilitatem, ut per Molin. de primogen. lib. 1. c. 13. per totum. maximè num. 4. Aliter enim ut ipse ibi dicit, quilibet posset concedere dignitatem & nobilitatem cum possit majoratum constituere ex bonis suis secundum juris dispositiones, soli tamen Regi competit dignitatem & nobilitatem præbere, ergo alii prohibitum est: bonaque & res accidentales quid sunt, non vero naturalia, cum homo <sup>104</sup> nudus ac pauper nascatur, accidentia vero non possunt mutare rei substantiam, ut sensit glos. in l. pacta conventa. ff. de contrah. empt. not. Menoch. de arbitr. judicium. libr. 1. casu 68. num. 34. Ergo nec majoratus constitutio mutabit, & sic cum essentia notorii solarii non dependeat à vinculo & majoratu, cum vinculum & majoratus possint adesse sine nobilitate, prout quotidie videmus, ergo qualitas majoratus non est necessaria

necessaria ad probationem solarii: aliter enim resisteret etiam aliud inconveniens, scilicet, quod solus successor in illis bonis esset nobilis, non autem alii descendentes, quod esset absurdissimum, quoniam & influens causa, veluti sanguinis, ejusdem est potentia in omni suo causato, secundum Bald. in l. 1. ff. de lenator. Omnesque posteror in quocunque gradu existentes etiam in futurum, quia omnes unum corpus esse videntur, de hæc libertate & nobilitate gaudere inquit idem Bald. in conf. 170. ad evidentiam, lib. primo. Item turris, domus vel habitatio possessores alicujus vinculi aut majoratus, non facit notoriam solarium nobilitatis, neque unquam fecit, secundum Andr. de Iser. in cap. 1. §. ceteri, quis dicitur Dux vel Marchio. nam res à persona non verò è diverso conditionem accipit. l. 1. in fi. C. de impon. luc. del. & hominum causa sunt omnia. l. in pecudum. ff. de usur. & res hominibus accedunt, non rebus homines. l. iustissime. ff. de ædil. edict. & locus non sanctificat hominem, sed homo locum. c. illud. cap. nos qui. 40. dist. nam & qui emit domum decurionis, non propterea fungitur munere decurionis, ex text. in l. cum neque. in fi. C. de incol. lib. 10. & in l. 2. C. de præd. & re. nav. eo. lib. & vir dat loco suo honorem, sed non vicissim viri suo locus, personaque rem nobilitat, non res personam, & sic Democritus apud Diogenem Laertium, non ex loco gloriam accipere volebat, sed loco gloriam imponere, ut hæc & alia refert Tiraque. de nobilit. cap. 7. num. 3. & 9. Et 10. Ex quibus dicendum est non in turri, domo forti, armis, aut majoratu consistere nobilitatem, sed in sanguine & hominibus alicujus familie ab antiquo nobili reputata & cognita. ex l. 2. & 3. tit. 22. par. 2. & l. 3. tit. De los cavalleros, ca. par. & ex aliis juribus & rationibus & causis supra à nobis significatis & descriptis, & facit l. pronuntiatio. §. familia. ff. de verb. signif. & proprietate nobilitatis in sanguine consistit & ex dictis per Bald. in l. nemini licere. C. de Adv. diver. jud. & in l. nobiliores. C. de commer. & mercat. & secundum eundem in l. cum in antiquioribus. quest. 8. C. de jure delib. nobilitas seminatur à progenitoribus in posteror, & Afflic. in cap. 1. col. 5. ver. sexta nobilitas, quis dicitur Dux, armaque domui & parieti affixa, non ad nobilitatem, sed ad cognoscendos & distinguendos unos ab aliis hominibus, sunt ex l. ad recognoscendos. C. de liber. caus. l. si in nomine. C. de testam. §. si quis in nomine, Inst. de legatis, & sicut nomen mihi impostum non constituit essentiam nobilitatis à sanguine, argum. l. non nudis. C. de proba. l. neque professio. C. de testam. ita & neque arma & insignia. Bene tamen verum est, quod illo, qui est nobilis confert nobilitatem & nobilitatem sua domui, & aliam qualitatem celsiorem ex armis & insigniis affixis ei, & datur quædam forma indicativa & demonstrativa, quod ibidem nobiles habitant, vel habitaverunt, non tamen ut de essentia ad probandum notorium solarium nobilitatis requiratur probatio domus, turris armorum & aliorum à D. Joan. Garfia. requisitorum, & quamvis ad hæc solent articulare, id faciunt ad majorem cautelam & ad fortiorem probationem inducendam nobilitatis antiquissime: non vero ut, & si non probetur, cadat à jure suo ille, qui solarium notorium & cognitum probaverit ex communi omnium illius provincie reputatione: quod & manifestius comprobatur, nam assertum est mihi, Que en Vizcaya Guipuzcoa, y en las encartaciones, y en los valles de Ho-

rozco, Llodio, Mena y sus contornos, las mas principales casaf de los cavalleros y parientes, mayores, è hidalgos escuderos, señalados tienen las dichas casaf y solares de su origen y naturaleza immemorial, por la grande antiguedad fuya, o arruynados, o quemados, o echados por el suelo, o transferidos a otras casaf y moradas y se contentan sus descendientes con que puedan mostrar que estaf o estotras paredes cubiertas de yedra fueron la antiquissima morada de sus antepassados, como por exemplo se puede poner en los solares de Albis, Basurto, Muzica, Zamudio, Cumelco, Torrezar, Ayellaneda, Mariaca, Leguicamon, Careaga, y la torre de Poza, que fue arruynada quando se saqueo la ciudad de Orduña, Anno de 1477. Y otras muchas casaf semejantes, que todas estan arruynadas, o transferidat a otras, y no por esso dexan de tener en Vizcaya tan fundada su intencion como en Castillas los mas illustres della. Et sic domus & arma & alia dicta non sunt ea, que causant nobilitatem, presertim cum & ignobiles maxime hisce temporibus possint depingere, & depingunt arma & insignia in rebus suis, ut inquit Bart. in Tract. de insign. & armis. num. 4. Tirag. de nobil. cap. 6. num. 17. quibus de causis iuste remanet assertum Solar conocido, ex communi omnium illius loci reputatione probari, nisi aliud ibidem de consuetudine requiratur, ut dictum remanet. Insero secundo ex supradictis contra ipsummet Joan. Garf. ubi supra. in glo. 7. num. 2. & gloss. 18. num. 10. asserentem quod de essentia solaris notorii requiritur etiam probari vassallos solariegos litigatoris & domus & solaris illius a quo dicit se procedere, & exemplificat hac in undecim domibus sitis Cantabria, & quasi dubitando an ibidem adessent alie domus solaris notorii nobilium: Insero inquam ad essentiam solaris & probationem eius non requiri quod adsint vassalli, in quo ipse Joan. Garf. se confundit in multis: Primo, in quantum ibidem designat in Cantabria domos Desolar conocido, requirens circa eas vassallos, quoniam in Cantabria, & sic, En Vizcaya, quam in toto hoc epologo Cantabriam appello, & nomine Cantabria de Vizcaya, Intellego, & nomine Cantabrorum Vizcaginos ejus nomino, in hac inquam Vizcaya, & Dominio  
 208 ejus nullus habet neque possidet Vassallos, & neque ibidem alius dominus quam Rex noster Hispanie recognoscitur: Secundo, quia ipse Joan. Garf. cum posset alias plures domos solaris notorii designare in numero plusquam centum & viginti, nullas alias quam per ipsam descriptas designavit quasi dubitans an alie adessent. Tercio fallitur ipse commentator in designatione domus de Acendaño in Cantabria cum non ibidem, sed in Provincia de Alava sita sit, & in domo De Salazar, cum in montagnis existat, Y no en Vizcaya, Et quando dictum Authorem vellemus salvare & declarare quod ad minus ad probationem dicti solaris saltem sufficeret habere homines Solariegos, affixi in alterius solaris cum certi census recognitione, etiam si non esset cum jurisdictione secundum l. 7. tit. 1. lib. 4. supra ad hoc responderetur. Primo quod dictus autor non minus quam vassallagium requirit cum jurisdictione, & hanc qualitatem nemo in Cantabria dominio habet. Secundo responderetur, quod isti tales censuarii ex census solutione alteri, quam Regi nostro facta non judicantur vassalli, & ex tali solutione non inducitur  
 209 neque colligitur nobilitas in favorem recipientis census, ut apparet ex Tiraguel.

raquel. de nobilit. cap. 7. num. 15. ubi inquit, quod rusticus etiam vilis potest infeudare, id est, in feudum concedere, proprietateque talis census & ejus recognitione etiam in rusticis verificatur, & non ex hoc judicatur actus nobilitatis, ut constat ex gl. A todo, in l. 3. tit. 26. part. 4. & Bald. in cap. 1. §. Marchio. De iis qui feud. dar. poss. ubi alii & Innocent. & Card. in capit. verum de foro comp. & sic. Por via de solariegos simples, quales son los que pagan gallinas, capones, o semejantes colas manuales: non solum non introducitur vera, verum neque ficta nobilitas ex dictis maxime in Cantabria. Secundo principaliter, quod solarium hoc nobilitatis non fundatur in vassallagio cum majoratu, probatur eisdem ex eo, quod nullam usque adeo inventi legem hoc requirens neque probans, ut & factur ipse Joan. Garfia. in dicta glo. 18. num. 2. & 9. neque dicta pragmatica De Toro & Tordesillas, in dict. tit. 11. libro 2. supra inserta hoc requirunt: cum de istis solaris notoriis loquantur, & sic quod lex non dicit, neque nos dicere debemus. l. 1. §. si servum filii tibi, non dixit prator. ff. de acquir. hered. erubescimusque cum sine lege loquimur, & dicta pragmatica Tauri Tordesillas inserta in l. 9. dict. tit. 11. Si hævellent, scirent utique dicere, & explicare, prout explicant, De solaris notorio, & dicere quod sub illis verbis: De solar conocido includantur dicta quitates, De varonia, individua y vassallage de vassallos: est nimia suppletio & per alias leges non requisita, imò & absurda esset, nam si ut dictum est supra, quod dominus vassallorum per viam varonia, ubique & non solum inter suos nobilitate gaudet & nobilis reputatur, & habet ex hoc fundatam intencionem, absurdam superfluitatis redundaret, si in probando notorio solaris nobilitatis hac etiam requirentur, essetque contra communem usum loquendi & interpretationem vulgarem in qua quidem nunquam intellectum vidimus neque intelligitur, quod sub verbis Hidalgo notorio de solar conocido, comprehendatur dominus vassallorum, ususque communis loquendi est attendendus, imò & propria significationi vocabuli preferendus, ut alibi diximus, & sunt jura vulgaria: & qualibet dispositio recipit interpretationem ex consuetudine loquendi regionis illius, ut per Mantiam, de conject. ult. volunt. libr. 6. tit. 8. num. 7. & 8. late legesque nostras, ut apparet ex libro isto nostro Sexto, Recopilat. in iis primis titulis, & in partia 2. diversos titulos apponunt circa hos noiles vulgo Hidalgos, & circa vassallos, & dominos eorum, specialibus nominibus & dispositionibus, de eis agendo, quod si eadem essent, non diversis appellarentur nominibus, ex l. si idem. C. de codicillis. in generalique loquutione non veniunt habentia nomen speciale, ex l. ligni Offilius. de legatis 3. nec illud quod est ipsius rei precipuum. l. eos. C. de aqueductu. libro 11. late Barbat. consilio 36. num. 4. libro 2. Et quando verba possunt accipi in sua propria fidalgorum significatione, non est cur accipiantur in potiori cum vassallis, sufficit enim proprie intelligi. l. 1. §. si is qui navim. ff. de exercitio. faciunt dicta per Bart. Socin. consil. 304. num. fin. libr. 2. verbaque interpretanda sunt ex verisimili intentione proferentis juxta naturam rei, de qua agitur, ut per Didac. Covar. in Pract. quest. cap. 8. num. 12. & eo relato per Mantiam, in dict. lib. 6. tit. 12. num. 3. sub verbisque generalibus non veniunt res notabiles \* (qualis status, dignitas & bonos varonum) nec veniunt ea, que secundum verisimilitudinem exigere  
 211  
 212  
 rent

rent speciale mentionem. l. obligatione generali ff. de pignorb. Ripa. l. si unquam quaest. 3. num. 10. C. de revocand. donat. Zephalus consil. 94. num. 36. libr. 1. & Oldradus, consil. 185. num. 2. & Afflicti. decif. 265. num. 22. & sic sub illis verbis, Hidalgo notorio de solar conocido in dict. l. 9. in inferis non est intelligendum comprehendendi, tantum dominus vassallorum maxime cum varonia, tum quia id propria significationi vocabuli contradicit, & communi usui loquendi, & repugnat natura rei, neque notabilia comprehenduntur sub generalibus, & sic non est dicendum: Que en solar conocido de Hidalgo, requiratur vassallagium & varonia ac individuitas, ut dictus commentator requirebat, presertim cum in Cantabria ubi dictus commentator solaria hac exemplificat & designat quod nullus eorum dominus vassallos habeat nec possideat, ut dictum est: quibus neque itidem obstabit, quod ipse commentator asserit, in dictis glossis 7. & 18. maxime in dict. gloss. 18. num. 10. & 11. quod asseritio ejus colligitur ex legibus regis 2. 11. & 14. lib. 6. isto, & ex historiis, quoniam ut ipse inquit in eadem gloss. 18. num. 2. & 9. nulla est lex mentionem faciens neque probans, quid sit hoc nobilitatis solarium, & sic non potest se fundare pro sua opinione in dictis legibus, effect enim contra id quod sua propria voce dilucide protestatus est: item leges ille 2. 11. & 14. non ad hoc venerunt, sed ad providendum quod dominus vassallorum, nihil contra jus usurpet a vassallis suis. Del solariego, ni de lo realengo, ni abadengo, ni behetria, ni de otro home ninguno en que no aya razon de que lo tomar. Ex quo nullo modo inferri potest, quod ex illis decerpatur legibus neque per umbram colligatur, quod voluerint disponere solarium hoc nobilitatis colligi, & esse colligendum ex vassallagio: neque minus ex historiis, quas ibi allegat, quoniam ex ipsis historiis in dict. gloss. 18. num. 12. 13. & 14. relatis, id non colligitur ullo modo, sed potius ex verbis illarum historiarum denotatur, ibidem relatos esse homines divites & potentes, non tamen ut designetur ex hoc, solaria hac notoria nobilitatis esse probanda sub vassallagio, & varonia, nam quis juste aut rationabiliter inficiari, contradicere aut negare poterit posse quem esse ex solario notorio nobilitatis in quo nunquam vassalli extiterunt, certe nemo, cum in Cantabria nullus vassallos possideat, & tamen sunt quam plures domus solarii notorii nobilitatis: quarum aliquos ut diximus retulit ipse Commentator, & ultra eas adsunt alie quam plurime, imò & an Asturiis & in aliis partibus reperientur alie, ita quod de essentia probandi dictum solarium non est necesse vassallagium varoniam individuitatem probare, quod si probarentur, prodesset potius & manifestaretur major nobilitas, ad quam manifestandam solent Advocati, dum de notorio solario articulos faciunt, supradicta articulare, non tamen ut sit necessarium, imò & ipsi multoties non considerant hac, sed sequuntur errores & ignorantias antiquas: nam si nobilitatem in asimatione & communi hominum reputatione constitutumus, principia ejus, cur & non constituemus, & hac sufficiant pro hoc tertio modo probandi nobilitatem. Quarto, probatur nobilitas ex monumento sive antiquo instrumento <sup>213</sup> ~~†~~ nobilitatis, aut ex foro, vel lege, puta quod talis familia & ex ea descendens litigator, semper habuerunt monumento aliquo instrumento, foro vel lege declaratum fuisse & esse nobiles & fidalgos, & a principibus sic est confirmatum, presertim si id sententia aliqua pronuntiatum est, & declaratum,

de laratum, & hanc esse legitimam rationem Natalium probandorum etiam si reijci desint, probatur ex l. 1. C. de testam. l. nec commissis. C. de lib. cau. l. si vicinis. C. de nupt. l. Imperatores. ff. probat. teste Marzario, consilio. 65. num. 4. ubi etiam asserit, quantumvis prerogativa Natalium professio perdit fuerit, ex l. statum. C. de fide instrum. & quamvis hoc privilegium esse asseri possit, & sic nobilitatem ex privilegio devenire, tamen id hoc casum non designamus ex privilegio id processisse, si ex familia antiqua, monumento & instrumento an iquo designata & scripta, & regis confirmatione sic esse confirmatum, prout si ex factis generosis, militaribus, & hereticis familiis illa per multam temporum curricula sic est usitatum & factum, ob quod meruit nomen dictae familie, puta nossem Titianum familie Titia, vel Sejanum Seje, vel Cantabricum nationis originalis Cantabrie, & hoc confirmatum est sic esse per principem concessum hoc enim sufficeret quantumvis jam exercitum illud & professio proficquendi heretica illa facta & insignia perdit sint, & praemaxime si sententia regis consilii id sit aliquando declaratum, hoc min quantumvis sententia illa executoria non esset, neque testibus comprobaretur sufficeret pro nobilitatis probatione. Idque etiam verificari potest in regione aliqua & provincia, quibus lege id concessum & dispositum reperiantur, prout in originariis Trojanis, quos Romani ut nobiles declaraverunt & exemptos tanquam dependentes ab ipsa civitate Romana, ut l. non tantum. §. lisenibus. ff. de excuf. tut. & civitates de Phoenice & Laodicea, & alia relate in l. 1. ff. de censib. & in nostra Hispania. Las villas de Simancas, y Valdetoro. Et in Cantabris originariis, quos & ex nomine illis & scripturis antiquissimis constat nobilitatem acquisisse & retinuisse, ut ex dictis in hac quinta questione, patet, & sententia Regis sic cum Cantabris esse determinatum asserit Otalora, de nobilit. 3. parte. cap. 8. num. 9. verlic. & hoc videtur de mente: & ex prodigiis factis in armis & bellis per ipsos aggressi & invincibili fortitudine & per multa tempora non recognoscendum superiorem id constat: ita ut de dominio Cantabrie possint dici tria illa <sup>†</sup> a Placone, Aristotele, Divo <sup>214</sup> Thoma, Egilio & Bart. lo nostro co scripta & notissima. Quorum primum est Democratia, id est, principatus populi, quibus olim erat apud Athenenses, & hodie apud Helveticos, unde Democratia appellantur, id est populi instituto viventes, & ut dicit Bart. in tract. de regim. civit. in princ. colum. 4. nos vocamus regimen ad populum, seu regimem multitudinis. Qui autem post divinum in Hispania hoc institutum vixerunt, nisi Cantabria habitatores? certe nulli si Historis credimus, quibus credendum est. Secundum vero est Aristocratia, id est, optimatum Principatus, qualis apud Rempub. Venetam, & teste Bart. ubi supra, sic regitur civitas Venetiarum: apud Florentinos, unde appellantur Aristocratici, id est, optimatum statum sortentes. Tertium autem est praedictis diversum ac oppositum, Monarchia, id est unius principatus, hac qui petitur Monarchia, Monarcha appellatur, quem Suetonius dicit, arbitrium omnium terrarum, nos vero (s. se Bart.) si iste est dominus universalis, appellamus imperium, si vero partiaris, aliquando appellatur Regnum, aliquando Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus. Primum, scilicet, Democratia in principio fundationis Cantabrae populata tenore tabulae nepotis Noe, vocari potuit, & imp. regit. lab. me Aristocratia, id est optimatum principatus, & sic potestas optimorum in quo aliqui principantur, prout dictus rex Alphonsus in sua Chronica vocavit Cantabram unum de melioribus mundi solaribus, quod ex nobilitate & gentium dignitate censendum est vocasse. Tertium vero, id est monarchia, postquam cepit esse dominum tempore illius viri domini Didaci Lopez de Haro, & post tunc & melius postquam dominum illud Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. K. (retentis

(retento adhuc nomine domini) fuit incorporat. in & unum Corone regni Castellæ,  
 215 ob quam unonem non solum non perdidit nobilitatem antiquam, excellentiam †, &  
 prerogativas & foras, quos adhuc sustinet sed & excelsum dominium est constitutum,  
 cum sit sub Potentissimo ac Christianissimo Domino ac Rege nostro PHILIPPO II,  
 idque fundatur ex dictis per per Alexand. consil. 114. num. 19. libr. 4. & per  
 Cravetam, de antiquitate temp. 4. part. num. 27. versic. sed adverte. ubi ex-  
 emplificat in Delphinatu unio Corone Franciæ adhuc retinet nomen suum & appella-  
 tionem. Ang. consil. 247. versic. & eius opinio est vera, quando uniretur solam  
 quoad protectionem & gubernationem, & Socin. Jan. consil. 28. num. 21. & se-  
 216 quentibus. lib. 4. & iste status mixtus Monarchia est optimus & prestantissimus †,  
 secundum Caspar. in Cathalogo glor. mund. 12. parte. consil. 55. in princ.  
 & in versic. & de istis tribus, ubi per totam illam considerationem plura de istis tribus  
 217 regiminibus & statibus discutit, qui & in 5. parte, consider. 1. in fine. inquit,  
 omnes mundi Monarchias initium † habuisse ab armis, cumque Cantabria us semper  
 fuerit munita presidio, mirum non est, si in ea nobilitas an ignis duret ac perseveret,  
 neque ei detrahenda sit ullo modo, & ubique terrarum est observanda, & nobiles i sunt,  
 qui Imperio & dominatione potiuntur, ut per Cap. l. in Tract. de Imper. mil. de-  
 ligen. fol. 311. numero 17. vol. 16. Tract. diversorum Doctorum, imò &  
 218 propter nationem gaudet quis nobilitate †, sive ex parte parentum id proveniat, sive  
 natione generis, patrie, aut proximie, ut optime per Capol. ubi supra. §. propter  
 nationem numero 1. cum sequentibus. fol. 310. col. 1. cum sequentib.  
 que omnia concurrunt in provincia & natione originaria Cantabriæ, prout per reges in  
 historiis assertum videmus, ita ut ex monumentis antiquis, ex scripturis, ex Historiis  
 sic de Cantabris assertum reperimus, quibus quidem antiqua nobilitas civium originario-  
 rum manifesta sit, cum etiam & secundo ex legibus sui fori nobilitas hæc Cantabro-  
 rum originarium, de iis loquimur, id est eorum, qui nulla fieri aut constare possit  
 externa sunt origine, sed immemorialiter, & supra omnem memoriam sunt vari  
 originarii Vizcagim, & pro talibus semper fuerunt, & sunt habiti & reputati, & de  
 hoc semper fuit & est fama inconcussa & illibata inter & apud suos concivinos & com-  
 patriotas, & de hoc suavit ac est communis opinio & reputatio & quidem taliter quod  
 nunquam sciverint aut audierint prædictum talem Vizcaginum esse de stirpe aut progenie  
 externa aut advena: de quibus originariis licet dictus glessar. in dict. gloss. 18.  
 num. 26. asserat non esse legem in foro suo eos nobiles declarans, & quod lex 16.  
 sui fori non est dispositiva, sed enuntiativa, tamen hæc & alia leges pro nobilitate eorum  
 considerari possunt, ita grassis verbis hæc declarantes, ut nulla indigeant inductione, sed  
 219 sola nuda verborum recitatione: & primo habent pro se dicti originarii Vizcagim †, le-  
 gem. 3. tit. 16. sui fori in hæc verba disponentem: Otto si, por quanto en Viz-  
 caya todos los Vizcaynos son homes Hijos dalgo, y por tales conocidos,  
 tenidos, avidos, y communente reputados: y han estado y estan en esta  
 possession, vel casti, de ser homes Hijos dalgo, no lo solamente de padre  
 y abuelo, pero de todos sus antecessores y de immemorial tiempo aca. Y  
 entre otros privilegios, y libertades, y essenciones dados por su Alteza a  
 los homes Hijos dalgo es este: Que por deuda alguna que no descienda de  
 delicto, vel casti, no sea preso el tal Hijo dalgo, ni tomada ni executada la  
 casa de su morada, y sus armas y cavallo: y a este tal privilegio espres-  
 samente por el Hijo dalgo no se pueda renunciar. Dixeron que establecian  
 por fuero, y por ley, que por deuda alguna que no descienda de delicto,  
 vel casti, Vizcayno alguno no sea preso ni detenido en la carcel, ni sea  
 executada

executada la casa de su morada, ni sus armas ni cavallo, aunque en  
 la tal obligacion, o sentencia, contracto, o escriptura por virtud de  
 que se pide captura del, y execucion de su casa, armas y cavallo, ex-  
 pressamente aya renunciado su fidalguia: so pena que allende de ser  
 su execucion ninguna, el juez que diere mandamiento de captura con-  
 tra Vizcayno y su casa, armas y cavallo, caya è incurra en pena de  
 diez mil maravedis por cada vez que mandare lo contrario, repartidos  
 la meytad dellós para el tal Vizcayno que fuere mandado prender, y la  
 otra meytad repartida en dos partes, la una para los pobres del hospital de  
 esse lugar, y la otra meytad para los caminos de Vizcaya.

Item probatur ex l. 4. tit. 16. dicti fori Cantabrici dicente: Otrosi di-  
 xeron, que avian de fuero y establecian por ley, que por quanto de  
 derecho es que a cada qual su casa de vivir sea su refugio, y los Viz-  
 caynos notoriamente son hidalgos, que por deuda alguna que no def-  
 cienda de delicto, vel casti, ellos no pueden ser presos, ni las casas  
 de sus moradas armas ni cavallos executados. Porende en Vizcaya por  
 deuda alguna que no descienda de delicto, vel casti, en casa de nin-  
 gun Vizcayno, prestamero ni merino ni executor sea ofado de entrar  
 a hazer execucion alguna, ni acercarle a la tal casa con quatro brazas  
 al derredor contra la voluntad de su dueño, salvo que entre con un  
 escrivano un hombre del tal prestamero, o merino, sin armas a ver  
 los bienes que ay para executar, y inventar, so pena que si entrare,  
 y si mas se acercare, se le pueda resistir sin pena alguna. Pero si el  
 tal executor mostrar mandamiento de juez competente, para que  
 prenda algunos acotados, o malhechores y quisieren entrar por ello a  
 los prender en alguna de las dichas casas, que lo pueda hazer y no se  
 les haga resistencia alguna, so las penas de la ley del derecho sobre  
 ello establecidas.

Item & adest alia lex. l. 9. tit. 9. dicti fori in hæc verba disponens. Otrosi,  
 dixeron que avian de fuero y de costumbre, y uso antiguo immemo-  
 rial, y establecian por ley que por quanto los Vizcaynos, todos ge-  
 neralmente son homes Hijos dalgo, y Vizcaya es muy essenta y pri-  
 vilegiada nunca en ella uvo quistion de tormento por delicto alguno  
 que fuessse, grande ni pequeño, publico o privado: porende que esta-  
 blecian por ley, que en Vizcaya ni en otra parte alguna, por ningun  
 delicto los juezes puedan poner a Vizcayno alguno en question de tor-  
 mento directe ni indirecte, ni amenaza ni comminacion de specie  
 alguno de tormento, excepto en los crimines de heresia, & lesse  
 Majestatis y de falsa moneda, y peccado nefando contra naturas, que  
 es sodomia.

Vides igitur has leges nulla inductione indigentes ad probandum ex eis om-  
 nes Vizcaginos, originarios ut diximus nobiles & fidalgos esse, etiamsi infan-  
 zones non sint, in enim aliud plus nobilitatis habent, sunt etenim de solar  
 conocido, illi vero in generali harum legum nobilitate comprehensi licet nobiles  
 sint, non tamen nobilitate solarum iudicativa & demonstrativa gaudent & resul-  
 gent, qua quidem dicti infanzones potiuntur & illustrantur.

Ex quibus quidem legibus & ex earum præmio probatum id reperitur, dum  
 dicunt & pro ratione suarum dispositionum præmittunt, omnes Vizcaginos esse  
 Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. K ij nobiles,

nobiles, hoc enim fuit causa finalis dictarum constitutionum, proinde enim causam finalem inducit †, ex l. fin. ff. de heredib. instit. non enim sine mysterio proxiimum scribitur, ex cap. secundo requiris de appell. dixi in l. 11. num. 7. tit. 1. libro. 4. Recopilat. & est ratio dictarum legum ut apparet ex dictione illa: Que por quanto Latine, quia, vel quoniam, que regulariter pro causa  
 220 † & sic ratione apponuntur, secundum Bart. in l. demonstratio. §. quod autem colum. 3. versic. item quid si testator. ff. de cond. & demonstr. & causam finalem dicit, secundum Bald. in l. 1. colum. 4. versic. & not. C. de fal. caus. adject. leg. eundem Bald. in l. 1. de feriis, & cum ad inducendas dispositiones dictarum legum fuerit causa & ratio quod omnes originarii Vizcagini sunt nobiles, ratio hac jus & dispositionem inducit, nam sicut sententia vel  
 221 statutum inducit dispositionem, ita † ratio statuti. l. emptor. §. fin. ff. de rei vend. quia ratio jus facit, & ratio legis sive consuetudinis servari debet tanquam anima & spiritus ejus, ut inquirunt Bald. & relati per Tiraguel. de cessante causa, in regula. num. 139. pag. 20. & sic rationes dictarum legum jus & dispositionem constituunt, & probant omnes originarios Cantabros nobiles esse, ita quod non possit jure affirmari dictas leges solum in dispositione esse attendendas, sed in ratione earum totam vim & proram constituenda, ut ex eis tanquam ex anima & spiritu legum sumamus assumptum dispositivum & jus constitutum ad probandam dictam Cantabrorum nobilitatem, & consequenter cessat consideratio dicti commentatoris dicentis, leges has solum disposuisse circa excusationem tormentorum & executionis, non vero ut ex eis probaretur dictum assumptum generalis nobilitatis.

Secundo, quoniam licet verba priora dictarum legum possent dici narrativa & non dispositiva (quod non fateor) adhuc tunc possunt allegari ad decisiones causarum, quoties intentio legis (prout hic) fundatur in illis verbis † narrativis, secundum Felin. in cap. 1. num. 18. de constitut. quem ad hoc allegavi in dict. l. 11. num. 6. tit. 1. lib. 4. Recopil. & probatur ex Clem. 1. de probat. juncto cap. si Papa de privileg. in sexto. notat Jaf. in l. unic. num. 22. & 23. C. quando non peten. par. latissime Aymon Craver. de Antiquit. temp. par. 1. cap. 1. & 3. & Celsus, in Tract. clausularum. cap. quando verba enuntiativa proferuntur in privilegiis, & licet obijciatur quod posset procedere quoties lex est à Principe constituta, non vero si à minori, nihil obstabit hoc, quoniam, ultra quod etiam in statutis idem est, ex dictis, leges hæc dicti fori Vizcagini à rege nostro & predecessoribus ejus facte sunt, cum ab eis sint confirmate, & omnia nostra facimus (inquit Rex) quibus auctoritatem nostram impartimur. Presertim quod etiam si verba narrativa non proferantur à Principe, sint tamen  
 222 ab antiquo lata, prout est tempus sexaginta annorum, disponunt † & probant, ita ut eis standum sit, interim quod non probatur contrarium, prout communem testatur Alexand. consil. 15. num. 2. & 3. lib. 5. ubi ejus additionatores alios allegant imo ut ipse ibi inquit, fama publica in hoc sufficere pro plena probatione,  
 223 tempusque antiquum † sexaginta annorum est: quis enim ut inquirunt Doct. relati per Loazes, in allegatione de mula, dubit. 1. in 3. pro Marchionis fundamento num. 64. cum sequent. pluribus, non arbitrabitur quinquaginta vel sexaginta annorum cursum, attentata presentis temporis vite hominum  
 224 brevitate, esse antiquum? est enim omne vite nostre tempus † brevissimum atque exiguum, ut inquit text. in cap. ipsa pietas. 23. q. 4. & in c. consequenter. de peniten. distinct. 5. not. gl. in c. quid ergo 11. q. 3. & sunt  
 jam

jam elapsi anni sexaginta-duo, quibus dictæ leges sunt compilatæ.

Tertio, quia quando partis allegatio est unica & fundata in una sola ratione (prout dictæ Cantabrice leges fundantur) in sola scilicet Cantabrorum nobilitate, & eam princeps non impugnat, tunc illa talis ratio † potest allegari tanquam ipsa lex, ut est notabilis doctrina Imola, & Felini, relatorum & secutorum per Palat. Rub. in Rubric. §. 17. num. 23.

Quarto, ex Baroli doctrina, in l. & quia, quam legi sub l. more majorum. num. 5. ff. de jurid. omni. jud. ubi Doct. & post illos Dec. in l. unic. C. quando non per. par. num. 20. dicentis, quod quando aliquis actus confirmatur à superiore, qui quidem actus poterat ab ipso superiore tolli, & citra ejus auctoritatem fieri ab ipso supplicante non poterat, tunc confirmans dare † videtur, & sic totum confirmatum denominatur ab ipso confirmante, & verificatur illa juris conclusio, quod omnia sua fiunt, quibus auctoritatem impartitur, sed sic est, quod supplicantes non poterant interpretari neque declarare se esse nobiles, quia omnis declaratio in vim legis est de regalibus. l. fin. C. de legibus. ergo bene sequitur de primo ad ultimum, quod leges dictæ qua parte & in quantum se fundant in immemoriali omnium Vizcaginarum nobilitate, perinde sunt judicande ac censende, ac si princeps ipse hoc dixisset, quia non solum ex tota lege: sed etiam ex suis singulis partibus † inducitur dispositio  
 l. in civile. ff. de leg. l. ex conventione. C. de pact. ibi ita ut pars instrumenti significat, ubi Decius, num. 9. & Jaf. num. fin.

Quinto, quia verba narrativa etiam ab alio quam à principe propter se principaliter prolata, vel per modum cause, ut dictum est, disponunt & probant, † ut per Aymon. dict. Tract. de antiquit. temp. 1. part. cap. 3. num. 15. cum sequentibus. volum. 17. Tract. diversorum Doctorum. Corn. consil. 269. colum. 3. lib. 3. Dec. consil. 146. col. penult. & dicantur principaliter propter se, vel per modum cause emissa, secundum Aymon. ubi supra, quoties Papa, ut Princeps \* super narratis fundat intentionem suam, ut in dictis legibus, in quibus legislator ideo Cantabros à tormentis & executionibus excusat, quia nobiles & fidalgui sunt, & consequenter probant dictæ leges nostrum intentum & conclusionem.

Sexto, & supradicta confirmantur etiam per alias leges fori dicti Cantabrie domini, præcipue per l. 4. tit. 16. ibi, Y los Vizcaynos notoriamente son hidalgos, &c. & per l. 9. tit. 9. ibi, Eltablecian por ley, que por quanto los Vizcaynos todos generalmente son homes Hijos dalgo, &c. Notanda sunt prædicta verba, quia nobilitatem denotant, & cum tot vicibus geminata & plus sint, omnem tollunt dubitationem, ut l. 1. col. 2. versic. ego puto. ff. de adil. edict. ostenduntque \* mentis & intentionis perseverantiam. l. unic. C. plus petit. & tollunt suspicionem deceptionis. l. si mulier. C. ad Velleian. ex quo dicit Justinianus, C. de emend. novi Cod. nemini venire in dubium, quod repetita prædictio probavit, & ex geminatione dicitur apparere de valde enixa voluntate disponentis, ne censeatur superflue apposita, ex Bald. in cap. eam te. colum. 2. de rescript. & ampliant effectum ut magis operentur, secundum eundem Bald. in l. fructus. C. de actio. emptio. & verba enuntiativa si sint geminata operantur tam fortiter ut inducant effectum plenum & plenissimum, \* ex Paul. consil. 92. col. 2. lib. 2. & ex multis traditis per Everardum, in Centuria in loco à geminatione, & per Mexiam, in l. de Toledo, fundamento. 4. partis. in n. Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. K iij 6. cum

6. cum seq. ubi num. 8. inquit, geminationem vim clausule motu proprio operari, imo & idem quod clausula ex certa scientia, ut per Tiber. Decianum. respon. 7. num. 25. vol. 3. multoque magis secundum eum ibi, hac procedunt

233 \* quoties verba sunt triplicata vel quadruplicata, in respon. 42. n. 30. vol. 1. qui in Repertorio suorum responsum in verbo Geminatione, multa refert de geminatione, qui in respon. 1. num. 134. volum. 2. inquit, non solum vim geminationis considerandam in principali dispositione, verum & in quacunq; dictione pluries repetita, quod est optimum ad dictas leges in nostrum propositum: ita ut propter tam multas leges nulla possit Cantabris originarius refricari questio, neque de jure, neque de facto super eorum nobilitate, lex enim potest conferre & declarare nobilitatem in proprietate,

234 \* ex dictis per Bart. in l. 1. col. 9. C. de dignit. lib. 12. & ibi Platea, col. 3. & Afflicti. c. 1. quis dicatur Dux, Tiraguel. de nobilit. cap. 10. & cum Princeps sit fons dignitatum, nulli dubium, nisi quod ille erit nobilis, quem ipse declaraverit, ut per Tiraguel. ubi supra, cap. 6. & 10. & sexaginta &

235 duos effectus geminationis \* vide per Conser. in Tract. de Potest. Reg. quest. 17. Hippol. l. 1. §. questionum. ff. de questio. Bologni. consil. 1. num. 131. Et sic verba dictarum legum non solum quoad immunitatem non inferendi tormentum, nec exequendi in personis, domibus, equo & armis pro debito non descendente ex delicto vel quasi, esse intelligenda, verum & quoad tributorum exemptionem, & quoad omnia alia nobilitatis competentia, nam propter quod unumquodque est tale, & illud magis, ratioque finalis ac principaliter contemplata ad aliquam dispositionem, non modo restringitur ad casum decisum, verum etiam ampliatur ad omnes illos casus, qui veniunt & inferuntur sub dicta ejus finali ratione expressa etiam \* in correcto- nis, & in otiosis. l. his solis, ibi, satis cautum putavimus. C. de revoc. donat. dicit communem Paris. consil. 16. num. 24. cum sequentibus aliquibus. lib. 3. Tirag. l. si unquam. verbo, Libertis. num. 37. C. de revoc. donat. & Ripa, in l. si constante, num. 95. ff. solut. matrim. & Paris. ubi supra, inquit, id non ex vi extensionis, sed potius comprehensionis intelligi, dicitur expressum id quod sub ratione comprehenditur etiam si casus ille sit omissus, ut per eundem Paris. consil. 72. num. 98. lib. 4. Dec. consilio. 15. num. 2. & 6. & in terminis nobilitatis tradit Joan. Garzia, in proce- mio gl. verbo, Exemptio, quod proemium & prefatio ratiocinativa sunt id, propter quod sunt cetera dispositiones, & ad quam vel quas omnes sunt refe- renda ne discrepent, cum igitur proemialis ac finalis ratio dictarum legum sit, ex eo quod Viceagini nobiles sunt, igitur ubicunq; nobilitas privilegiata reperitur, & in eis erit itidem, sicut & in omnibus aliis a legibus in nobiles declaratis, ut generaliter & indistincte omnibus immunitatibus nobilitum ac fi- dalgorum potiantur, prout in terminis aliis voluit Ripa, lib. 2. de rescriptis. respon. 11. num. 14. & secundum aliam impressionem est in respon. 4. in ordine responsum. Item & pro hac Viceaginarum nobilitate facit lex 16. dicti libri & fori Cantabris, quam licet dicat dict. Joan. Garzia, in dict. gl. n. non esse dispositivam, sed esse supplicatorem, & nihil ibidem supplicationi provisum, tamen cum totus ille forus, & quelibet lex in eo inserta sit per confirmationes regias ibidem descriptas approbata, si attenda hac confirmatione lex illa nihil decidisset, imperfecta & mutila remaneret, & nullus effectus, quo casu confirmans non solum censetur confirmasse, verum

& dare

& dare ac concedere de novo †, ex communi doctrina Bart. in dict. l. 237 more. num. 3. ff. de jurid. omn. jud. ubi Dott. maxime Jus. & Orosius, & diximus jam in hoc libro 6. & sic potest dici illam esse legem expressam pro horti Cantabrorum nobilitate ultra alias leges.

Ex quibus omnibus inferitur, quod omnes originarii Cantabri sunt notorii nobiles in proprietate, quia illud dicitur notorium, quod habet causam stan- tem, permanentem ac successivam, ut jam dictum remanet, & notat Covar. libr. 2. Var. cap. 6. col. penul. lex autem scripta semper loquitur & est in viridi observantia. l. Atriani. C. de heret. & omnibus innotescit, & ha- betur pro nota & notoria l. leges sacratissimæ C. de legibus. Ergo cum, ut dictum est, leges jam citate de nobilitate hac, dissonant & prohibent, bene sequitur quod in virtute dictarum legum ista sua nobilitas est notoria, & quod ex monumentis antiquis & dispositione dictarum legum habent fundatam suam intentionem, & sicut instrumentorum probatio evidens dicitur, † ex 238 tex. in cap. cum dilecti. ibi ex tenore instrumenti evidenter appareat & ibi Abb. & Barb. extra de donat. & in c. cum inter. de re jud. & esse ma- nifestam probationem asserit gl. manifestum in l. fin. C. de rebus credit. ita quod instrumentum † est veritas apparens, probatio probata non probanda, 239 nec que indiget discussione, seve disputatione fori, nihil enim potest allegari contra, quando veritas est notoria, prout hec & alia adducit Tiraguel. de utroque retract. tit. 1. §. 2. glo. 1. num. 20. cum tribus sequentibus. ita & illa, que ex monumentis antiquis, ex legum dispositionibus, ex invec- terata consuetudine & foro, regia confirmatione approbata resultat, evidens, manifesta ac notoria dicitur probatio nobilitatis ac dignitatis Cantabrorum, & similia similia habentium sua intentionis manifestatoria, ita ut nequaquam possit de dictarum legum validitate disputari & observantia, sed omnino & inconvulsi- biliter secundum illas est judicandum non a regibus sint confirmata, de quorum regum potestate circa hec disputare & dubitare esset instar criminis sacrilegii, nam ut inquit August. in c. in illis. 4. dist. leges non esse judicandas postquam constituta sunt, sed secundum eas judicandum 240 dummodo non sint contra jus divinum vel naturale, prout supradicta non sunt, & satis est quod habeant aliquod moricium, ut ex Bald. inquit Tel- lius, in l. 16. Tauri. n. 11. Prefertim cum dicta leges Cantabris confir- matione jurata sint confirmate in forma amplissima, & que omnem dispu- tationem aut controversiam omnino tollit, ac repellit, ut est textus expressus fori dicti. En el auto de la junta. fol. 11. col. 12. ibi, Sin que nin- guna de las partes litigantes tenga necesidad de hazer provanca sobre si las dichas leyes, son usadas, y guardadas: & habetur late in con- firmationibus dicti fori. Quibus de causis si qua consultatio & ad eam respon- sio aliquando fuit mixta aliquibus cancellariis & ab eis data super his, ut inquirunt Otalora, & Joann. Garz. de qua & in hac quinta questione fuit per nos facta mentio, intelligenda est in casu in quo Cantabri non haberent leges & dispositiones pro se, ut dictum est habere, sed in casu in quo leges desce- rent, tam quia non est censendum velle legibus prejudicare dictas cancella- rias, neque eis derogare, neque poterant, cum ejus sit derogare, cuius & condere leges, idque soli Regi pertinet, qui & eis derogare non est censon- dus neque juri questio prejudicare, ex juribus vulgaribus, & ex alibi a me late dictis, prefertim ubi Rex ipse juramento proprio & fide Regia tales leges

leges confirmavit, neque talis responsio dictarum chancellariorum fuit, neque constat quod fuerit per Regem approbata, neque in modum legis constituta, nec recepta in prejudicium Cantabrorum, neque Rex id permitteret in prejudicium & derogationem legum dicti fori Cantabrie, & in casu in quo Rex id vellet, degressa & individua dictarum legum derogatio requirebatur, ex text. in cap. pen. de capell. mon. c. nonnulli. de rescip. imo & tunc pro sua in omnes benignitate & clementia id cum maxima causa, & non sine ea, & cum citatione diſte nationis & status Cantabrie id faceret, nam cum in vim remunerationis servitorum dicti domini Cantabri, & in modum contractus cum juramento, confirmaverit Rex dictas leges fori sui, non sine maxima causa, non sine maturo & deliberato consilio, & non sine citatione partium & eis auditis hoc faceret, ex late dictis per nos in l. 1. & 2. tit. 10. lib. 5. Recopil. & consequenter nihil obstat, nihil nocet supradictis legibus Cantabrorum & eorum nobilitati responsio, si que data est ab aliquibus chancellaris, que contraria eis ipsis Cantabris & legibus suis foret, neque dicta leges De Toro & Tordesillas 8. & 9. dicti tit. 11. lib. 2. supra, obstant quicquam, ex dictis, & ex aliis in progressu hujus quinte questionis a nobis declaratis, presertim cum dicti Cantabri dictarum pragmaticarum temporibus & usque ad annum 1526. habebant & habent legem insertam in corpore antiqui sui fori, per quam clare disponebatur quod Princeps illius provincie nullatenus posset statuere de dictis legibus & privilegiis neque in adimendo, neque in concedendo de novo nisi convocatis illorum proceribus ac procuratoribus omnium urbium atque pagorum illius provincie, & insuper quod predicti ac singuli tales procuratores suum assensum ad id prestarent, ut patet ex verbis predicti fori antiqui. colum. 2. post juramentum prestitum a Rege Henrico, anno 1455. & licet id in foro impresso non inseratur, Christianissimus Rex noster, ut dictum est, non est censendum per generales ejus dispositiones dictarum legum De Toro & Tordesillas, voluisse prejudicare legibus dicti fori Cantabrensis, specialibus eorum favoribus, ut late a nobis probatum est in hac quinta questione, neque eorum nobilitati prejudicium inferre, neque eis derogare, ex quibus constat quomodo nobilitas ex monumentis antiquis, ex legibus & dispositionibus provincie alicujus regia auctoritate confirmatis probari potest in proprietate, presertim in locis liberis & exemptis a contributionibus, & ubi non adsunt actus distinctivi, prout in Cantabria, de qua latius a nobis, quam de alia provincia mentio facta est, quia in ea melius quam in alia hac verificari possunt, & ne antique ejus nobilitati offensa fiat, quam semper Reges eis observari preceperunt, & nunc observandam jubet, cum, ut dictum est, Regia sua provisione delenda jussit verba a dicto Joan. Garſa in dicto suo commento prolata & adversus Cantabrorum nobilitatem.

Quinto & ultimo, ut huic Rubricae huicque Epilogo finem imponamus, 241 probabitur nobilitas & quoad possessionem secundum terminos nostrarum legum Regiarum, scilicet l. 7. & 8. tit. 11. lib. 2. supra, a nobis satis relaturum ex versic. in dict. l. 8. constituto, ibi, Y otroſi, si alguno dixere: que est secunda istius legis 8. dispositio, cum intentatur solum possessorium, vel petitorium & possessorium, suspenso petitorio, ita quod solum super possessorio proceditur. Et intentatur hoc modo, scilicet, quod cum ipse 242 litigans & existens uxoratus & pater ejus & avus suus paternus essent in

pacificam

pacificam reputatione & possessione hominum nobilium in locis ubi vixerunt per 20. annos continuos & impletos, & quod ut tales nunquam contriverunt in tribus plebeiorum, sive regis, sive conciliaris, & ut tales nobilium exemptionibus & prerogativis gaudebant, & in sessionibus & congregationibus cum talibus sese congregabant, tale concilium & persona ejus turbant eum in possessione hac, in qua petit se jurari & defendari & nobilem declarari, &c. Et cum sub hac forma & modo nobilitas intentatur, forma dicta legis 8. servanda est, aliter enim nihil fiet, non tamen ex hoc remanent exclusa alia forma probandi nobilitatem hanc, ut supradictum est. Et sic lex illa 8. 243 que septima precedentis est declaratoria constituit solum tres casus. Primus est, cum nobilitas intentatur in possessorio & petitorio, & simul super utroque proceditur, nam tunc modus probandi secundum formam prescriptam ab eadem l. 8. servatur, prout in ejus versiculo. Y por ella mandamos, usque ad versic. Y otro si, exclusivè continetur. Et ab isto versic. Y otro si, usque ad versic. Pero si, de possessione tractatur. Et versiculus ille, Pero si, est tertia dispositio dicta l. 8. duarum precedentium dispositionum declaratoria. Et hac continet in effectu principalis dispositio istius legis octavae. Et in dicti possessorii probatione dicti temporis viginti annorum actus positivi requiruntur in persona litigantis & patris & avi distinguentes nobiles a plebeis, & ii actus, si est in terra tributaria, debent probari secundum quod dictum est, si tamen est terra libera, sufficet probare quoslibet alios actus, per quos nobiles ab ignobilibus distinguantur, ut inquit Oratora, ubi supra, 3. part. cap. 8. num. 9. ut fere est in pluribus locis provincie Beica, ubi medietas officiorum datur nobilibus, & altera medietas plebeis, Anſi en regimientos, como en varas de hermandad, o como en el partido de Leon donde se juntan los hijos dalgo a comer el hornazo por Pascua Florida, o donde ay carnicerías a parte para hidalgos y fieldades como en Ciudad Real, y asientos en las yglesias como en Xerez, y costumbre de llevar las andas de los Hidalgos los que lo son, y cofradías y cabildos de Hijos dalgo como en Cuenca. Et alia multa differentie ad hoc introducta, & sic communis reputatio populi talem reputantis nobilem, qui vivit in tali loco, & alium extra locum illum degentem non reputando nobilem, velut exemplificat Joan. Garſa, in dict. glof. 18. num. 44. que licet ſibi quoad probandum solarium non placere dicat, quoad causas tamen possessorias placent ſibi, & iterum in glo. 35. Et quamvis Oratora, ubi supra, ut & dictum est, quoad illos tantum actus restringere nobilitatem velit in quibus datur distinctio illa, tamen si inconcuse actus illi semper fuerunt & sunt assignati & introducti in locis liberis, ut essent signa demonstrativa nobilitatis in genere, sufficent utique non solum ad illos actus, sed & ad omnes alios nobilitatis effectus, eo quod generaliter introducti videntur pro distinguendis nobilibus ab ignobilibus generatim, non vero particulariter quoad illos tantum actus, nam tunc non procedit regula, tantum prescriptum quantum & possessum, si in contrarium non probatur possessio, vel consuetudo contraria, ex dictis per nos, in l. 2. n. 9. tit. 5. lib. 1. supra, que optime ad hec conducunt. Ex quibus omnibus habes materiam satis discussam & ordinatim digestam, legum nostrarum ac pragmaticarum intellectus ac declarationes juridicas & literales, omnium hominum nobilitates defensatas, modos & formas eas probandi tam in tributariis quam in locis liberis satis Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. M digestam,



digestam, Cantabrorum nobilitatem, & similibus locorum & provinciarum declaratam, licet breviter & succincte, possent enim alia multa in medium produci, & prolongari materia: habesque ex supradictis triplicem esse hominum statum, & majorum, scilicet, & ii sunt qui ad dignitatem fortunatim sunt proveci, de quibus per Cass. in Catal. glor. mun. in 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. partibus actum est: mediiorum vero, & ii sunt, nobiles sine alia dignitate, de quibus per Cassan. ibi. 8. parte. minorum vero, & ii sunt, ignobiles & plebei, & horum modi sunt novem, ut vult Jacob. Faber relatus & sequutus per Cassan. ubi supra. in 11. part. confid. 2. ubi triplicem hunc statum sic considerat, & per sequentes considerationes disputat & declarat, quibus finita sunt nostra quinque questiones per modum Epilogi, pro exornatione nostra Rubrica, & declaratione nostrarum legum regiarum super nobilitate disponendum, omni meliori modo, quo potui sub superiorum iudicum censura ac deliberatione, alia multa referre possem, que prudens omisi ut ad textualium declarationem deveniamus.

IN LEGEM PRIMAM.

Pax inter nobiles servanda est sub nostri textu. para.

SUMMARIUM.

- 1 Nobilitas de numero laudabilium dici potest.
- 2 Pax licet ab omnibus desideretur tamen non habetur inconcussa, stabili & firma ob sex rationes.
- 3 Pax quid sit & n. 4. quod ob eam habendam multa permittuntur.
- 5 Homines quietissime viverent si hac duo nomina mem. & sum de medio tollerentur.
- 6 Ob bonum pacis potest communitas remittere injurias singularum personarum ipsius communitatis.
- 7 Invidus quis non est cogendus parcere injuriant. nisi in ibi.
- 8 Officialis non se interponens inter rixantes cum possit, ab officio removeri potest.
- 9 Discordante volentes & amantes compelli possunt ad pacem ut ibi.
- 10 Trengam facere compelli possunt rixantes.
- 11 Index potest futuris scandalis providere & num. 12. quod ob hoc potest interdiceret alicui ne de domo sua exeat, vel, quod miter hospitium suum ut num. 13.
- 14 Index potest se interponere inter litigantes, ne ad arma deveniant.
- 15 Index ecclesiasticus potest expulsores alienjns a civitate excommunicare, & illius civitatis civis interdiceret.
- 16 In bellis seu contentionibus civilibus forensibus non potest index ad concordiam compellere nisi ut num. 17. & 18.
- 19 Pacis violator puniatur tanquam trengae factor.
- 20 Pace facta si unus me offendat & resistam, non dicit fractor pacis nisi ut ibi n. 21.

**I**bi, Gran bien se signe, Ex his verbis habes notare maximam nobilitatis laudem, etenim si magnum bonum lex nostra vocat, pacem ad-

esse inter nobiles, quasi ex hoc univēsa pax populi dependat, igitur nobilitas magna res est, nam propter quod unumquodque est tale, & illud magis, ita ut de numero laudabilium nobilitas dici possit ex dictis per Cass. in Catalogo glor. mund. 8. part. confid. 5. in fine. & confid. 7. ubi ex pluribus facte scripturæ locis probat nobilitatem esse laudatam, ita ut merito de numero laudabilium, & commendabilium dici possit, pro ut hic commendatur, tanquam ab eo univēsa populi pax consistat, & dependat, si in ea nobiles inter se vivant, prout credendum est, vivere, privilegiantur enim a natura, ut abundet, polleant pluribus, & ferē omnibus virtutibus Moralibus: & Theologalibus, quia ut plurimum sunt iusti, temperantes, prudentes, & fortes, & insuper humiles, & mansueti, & elationem fugientes, & civitati regulariter sunt fideles, & tales presumuntur, ut per Tiber. Decian. conf. 66. n. 29. vol. 3. & conf. 18. n. 22. vol. 1. & conf. 23. num. 93. eod. vol. 1. quod locus est in iis, qui recenter dirati sunt, qui communitate sunt elati, & superbi ut per Lucam de Pena in l. militarihus. C. de decur. lib. 10. & plura de commendatione nobilitatis videre poteris per Tiracquel. de nobilitat. cap. 21. per totum.

Ibi, Paz & sosiego. Pax, cum pluribus gentibus imperarem (inquit Artaxerxes) Hester. 13. & universum orbem meo ditioni subjugassem, volui nequaquam abuti potentie magnitudine, sed clementia, & benignitate gubernare subiectos, ut absque ullo terrore vitam silentio tranquillam, oprata cunctis mortalibus pace fruerentur. Ex hoc tutande pacis studium gerens Fredericus Imperator constitutionem emisit in hæc verba, ac edictali lege in perpetuum vallura jubemus, ut omnes nostro subiecti imperio veram, & perpetuam pacem inter se observent, ut inviolata inter omnes in perpetuum servetur, Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, Valvares, & omnium locorum rectores cum omnibus locorum primatibus, & plebeis à decimo-octavo anno usque ad septuagesimum obstringantur iuramento, ut pacem teneant, & rec-

& rectores locorum adjuvent in pace tenenda, atque vindicanda, & in fine uniuscujusque Quinquenni de periculis pace tenenda omnium iuramenta renouentur, si quis verò aliquod jus de quacunque re, vel facto contra aliquem se habere putaverit, & iudicalem habeat potestatem, & per eum jus sibi competens exequatur, ut est text. de hac constitutione in cap. 1. in prin. de pace tenend. ut. sub & jur. confirm. in usibus feud. & sic inquit Plat. in Arch. expedit civitati seditiones abelle & Aristoteles 5. Ethico. 1. Concordiam legislatores sum noperie affectant, & de pace, & reconciliatione plura dixit Raimald. Gorf. in Tract. de paxata reconciliatione per totum 12. P. sum. divestrum idē. fol. 243. cum sequentibus aliquibus, in novis, & Cassan. in Catal. gloria mund. 5. part. confidat. 16. Verumtamen licet pacem omnes homines considerant, tamen non habetur inconcussa, itabilis, & firma. & sic ob propter sex rationes, prima, quia non patiuntur maleficia, Ecclesiast. 4. quia non profertur in malis sententia, filii hominum sine ullo timore perpetrare mala. Secunda est, abundantia temporalium, Genes. 13. facta est rixa inter pastores Abraham, & Loth. Tertia, quia non occupantur in pugna contra demones, ad Ephes. 5. non est vobis colluctatio adversus carnem, &c. Quarta, quia bellorum damna non consideramus, que corporis, anime, & bonorum passionem nobis afferunt, Hierem. 56. Fortis incidit in fortem. Quinta, quia non animadvertemus dubium esse eventum belli 3. Reg. 12. Varius est eventus belli. Sexta, quia non servamus precepta Dei, nec decimas solvimus. Hierem. 3. Vestram attendisset mandata mea, facta fuisset quasi flumen iustitia tua. unde quod non accepit Christus, caput. sicut. e. majores. 16. quæ 7. Quas sex rationes colligunt glori. in cap. ad Apostolic. verb. Pacem de re jud. in festo. Archid. in cap. vol. in princip. 23. quæ 1. Abb. in cap. fin. notab. 1. de restitu. spoliat. & triginta opera contraria paci refert Lucas de Pen. in l. 1. verbo. Pacis. in 5. quæ 1. C. Publica latit. lib. 12. Quas prædictas sex rationes cum ut plurimum nobiles fugere deberent, & non fugiant, eod quod ipsi sunt, qui inulti maleficia committunt, & qui divitias possident, & populi imperant, neque anime, & demonum incursum provident, & occurrunt, & capillo honoris metam considerant, & belli eventum non prospiciunt, & decimas Deo debitas omnibus modis excusare procurant, & precepta Dei obliviscuntur, & quo quisque major est, tanto magis supra dicta attendere, & considerare debet, & Deo optimo maximo placere, ideo lex nostra pacem eis commendat, sub qua quasi universus status tranquillis Republice pendet, & hanc pacem nobiles, & potentibus commendat, quasi aliorum capita, & signa, que si dolent, & omnia alia membra dolere, clarum est, & sic eis pax est commendata, non quia eis solis incumbat, pacem tenere, omnibus enim à Deo nostro pluries est commendata, sed quia in eis plurimum in aliis respiciendū debet, ut si discordia finis dicitur, ut probatur, in l. 4. tit. 12. part. 2. & ideo expectanda est pax à nobiscum per eam omnem interem tollatur, & ceteris scandalum, Azavedo in Recopilationem. Tom. IV.

unde de Pace loquens August. de civit. Dei. ait, pax tantum bonum est, ut in rebus humanis nil gloriosius, nil delectabilius, nil utilius solet audiri, concupisci, possideri. Pax enim, ut dicit idem August. in lib. de verb. dom. cap. 9. est securitas mentis, tranquillitas animi, sinceritas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis, hæc est quæ simulacra tollit, bella compescit, iras comprimit, superbo calcat, humiles elevat, seclat discordes, inimicos concordat, cunctis est placida, nescit inflari, nescit excollit, hinc, qui perdit, querat, qui amittit, requirat, quoniam qui in ea non est inventus à Patre iudicabitur, à Filio exhereditabitur, ab Spiritu sancto alienus efficitur, neque ad hereditatem Dei poterit pervenire, qui testamentum pacis noluerit conservare, hæc dicit Augustinus citat Alber. in l. uni. col. 1. C. de caduc. toll. & propter hanc pacem habendam multa permittuntur, Primò contractus matrimonii inter personas non legitimas ex dispensatione summi Pontificis ad hoc obtinenda, text. in c. 2. in fin. de desponsat. impub. in sexto. Secundo, pro bono pacis Papa nonnunquam suæ dispositioni reservat, quod alioqui non reservasset. cap. his, que in fine. de Major. & obedien. Tertio, quia pro pace, seu pro pacis observatione potest laicus coram iudice ecclesiastico conveniri, nam ex fractione pacis leditur charitas, & ipse Christus, qui inter cetera extremo vitæ pacem reliquit, dicendo. Pacem meam do vobis. Pacem relinquo vobis, ita dicit Abbas cap. super quibusdam. in fin. de verb. signif. & est bonus. text. in c. sent. 2. de iurejur. & in cap. novis. de iud. Quarto, pro bono pacis toleratur compositio facta in materia spirituali, que alioqui tolerata non fuisset, text. in cap. nisi essent. & ibi glori. & Abb. de prob. Quinto, accusanti aliquem latitanti pacis pareitur, ubi aliis non pareatur, c. accusasti. de accusat. Sexto, propter bonum pacis toleratur ille, qui longo tempore de manu laicorum accepit Ecclesiam nulla interveniente auctoritate Episcopali. c. cura. de iure patro. Septimo, pro bono pacis compellitur episcopus eisdem suo episcopatu, quoniam scilicet pacelle non potest sine gravi scandalo populi, debet tamen Papa assignare ei bonum Cambium, ita dicit Innocent. in c. nisi cum pridem de Renunciat. & Abb. in cap. 1. de elect. & ibi in l. quies. C. de rei vend. & sic que pacis sunt, sedari debemus ut ad Juan. 24. cap. que pacis sunt, sectetur, & que adificationis sunt, invicem custodiamus. Quibus de causis dicebat Special. in suo proemio col. 4. quod homines quietissime viverent, si hæc duo nomina, scilicet, meam, & tuum de medio tollerentur, & quod nostri esseamus, si nostra non essent. Utinam & octavo pro bono pacis communitas remittere potest injurias singularium & personarum ipsius communitatis, nec requiritur consensus eorum, ut not. Angel. in l. venditarius. ff. consist. ff. communitas prædictorum. & etiam Dux belli potest remittere dictas injurias, & damna illa subactis faciendo poetas cum suis adversariis, ut ipsemet Aug. tenet, in l. conventionum. ff. de passis, & plura alia de bono pacis postquam hæc habebam scripta repeti referre. Loazte. de marion. Regi. Anglie in 3. l. ij. princip.

princip. dubit. per totam, & per Matth. Afflict. in prad. constitutionibus Sicil. lib. 1. tit. de civitate pacis, per totum. Ex quibus Rex ac Dominus vult Philippus Secundus Hispaniarum ac Indiarum protector Christianissimus in omnibus & praxime in hoc laudandus est tanquam pacis amator, regna, dominia ac potentatus suos in perpetua pace & tranquillitate conservans, & conservare procurans, quem Deus omnipotens per multa tempora dignetur vivere.

Ibi, Mandamos, Regens enim Provinciam, seu civitatem debet subditos conservare in pace, precipiendo, ut ea, quae paci sunt, selectentur, ut inquit text. in l. 16. tit. 4. part. 3. & debet rumores impedire, & subditos ad quiete vivendum non solum hortari, sed & cogere, nam plerumque status publicus ex privato turbatur. I. si quis ingenuus. ff. in civilibus. ff. de capt. & licet offensus suadendus est, & non cogendus ut remittat injuriam, nam aequitatis ratio non patitur, ut quis injurius & parcere injuriantur cogatur, nisi in foro poenitentiali, ut communem testatur Clarus, in prac. s. si. quast. 58. n. si. hoc est verum post factum, ante factum tamen obviari debet, ne injuria committatur, & hoc adito iudice & nota controversia & absque libello peti potest per quemlibet, qui timet vim inferri in sua possessione, ut inquit Bald. in l. 1. s. quies. ff. de offic. pref. Urb. ubi subiungit, quod officialis, qui vidit aliquos rixari, si se non interponat, cum possit, potest ab officio removeri, & ut per eundem Bald. in l. nullus. C. de summa Trinitate & Fid. Cathol. & sic subiecti nolente pacem, sed potius bellum & discordiam amantes, possunt per superiorem compelli, & ad faciendam pacem. cap. si quis contristatus. & c. placuit. cum glo. ibi. 90. dist. cap. novis. & ibi notatur, de iudic. & ita etiam tenet Bar. cum distinctione tamen de qua ibi per eum, in l. congruit. ff. de offi. pref. Et eodem modo possunt & multo fortius compelli ad treugam faciendam, si cum treuga nihil aliud sit quam quaedam pax temporalis, unde si ad plenam pacem compelli possunt, ergo & ad temporariam, saltem quando nolent, vel honeste non possunt ad pacem integram cogi argum. l. qua de tota. ff. de rei vend. cap. pastoralis. s. item cum totum, de offi. del. sic etiam officiales, quibus datum est liberum arbitrium super bono & pacifico statu civitatis possunt cives ad pacem compellere, ut inquit Bart. in l. ambisio. ff. de decret. ab ord. facien. not. Abb. in Rubr. de treuga & pace, ex quo inquit Petr. Besut. in l. quod iussit. ff. de re jud. & ibi communiter Doct. se in questione facti respondisse, quendam Episcopum licite sub poena sub Archiepiscopo precepisse, ne per vicum duorum fratrum, quorum patrem interfecerat, transiret, ne eorum animam ad in eum aliquid mali committendum provocaret: quod quilibet iudex causa quietudinis & pacis conservandae, & delicti atque scandalii vitandi, in suos subditos facere possit, ut not. Bart. & Doct. in ca. l. quod iussit, allegat text. notab. in l. 1. s. fin. ff. de offi. pref. urb. sed melior est text. in l. movis. ff. de penis, quod etiam voluit Joan. And. post Guid. de Saza, in addi. ad Specul. in tit. de pignor. s. sequitur.

versis. quid si cimeo. notabiliter iniquis posse iudicem quando inter aliquos est inimicitia futuris scandalis providere, & hac de causa sub certis poenis, ne per certos limites ac fines tales incedant precipere, & voluit Puteus de synd. verbo, Iudex ut non arguatur, Alex. in l. qui bona. s. si quis iusta. ff. de dam. inf. Jas. in l. si per text. ibi. ff. de offi. procur. Casar. per quem text. notabiliter ibi dicebat Albo. quod si alter alterius inimicus existat, potest arbiter ex hac causa prohibere, ne alter ad alterius domum vel locum certum accedat, quod est notandum ad limitationem dictorum per Bart. in l. cum Aquilana. ff. de transactio. & per Canonist. in c. Quintavallis, de iure iur. idem voluit idem Alber. in l. si per text. ibi. ff. de inter. & relega. Potestatem (inquiens) posse subdito suo ex causa, & sic pacis beneficio, & ut delictis obviatur sub certis poenis precipere, ne de domo sua discedere audeat, & quod etiam tenet Alexand. in dist. l. quod iussit, quicquid in contrarium voluerit Jas. ibi col. 5. secutus opinionem Bald. in dist. cap. Quintavallis. id iussit ex principis concessionem, aliter non fieri non posse, contra quos est communis Practica & quotidiana cum opinione Alber. & sequacium, ut & tenet Raphael, in dist. l. quod iussit, dicens, posse iudicem ex causa vitandae discordiae aliquem cogere suum hospitium & mutare & tenet Joan. nas Crotus, in repetitione. l. omnes populi, col. 7. concl. 4. ff. de iust. & iure. minoris (inquiens) magistratus & inferiores etiam iudices pro bono atque pacifico civitatis statu posse, precipere, & statuere, & ordinare, ut nullus potens aut nobilis audeat Palatium intrare, imo & iudicis officio incumbat, na rem componere inter litigantes ut ad arma & contentione privatam minime accedant, & ex text. in l. aequissimum, 14 aliis incipit, si iussit, sed si inter duos. ff. de iust. & quem. quis vta. fin. in cuius responsi propositum multa tradidere post alios, Curt. Senior conf. 60. Parisius conf. 163. lib. 4. Gratus, consil. 10. num. 9. quae primo intelliges, quando ex causa quis a civitate expellitur, quis forte ipse causa turbationis civitatis erat, secus vero si sine causa id fieret, quia tunc etiam pro bono pacis quis a civitate expelli non potest, ut notabiliter declarat Barbat. conf. 1. col. 34. in fin. vol. 3. bene facit text. in l. decurionem, C. de penis: Imo & quod singulariter est, quod si quis absque causa a civitate expelleretur, posset ecclesiasticus iudex tales expulsores & excommunicate, & illius civitatis cives interdiceret, ut pulchre concludit Abb. in cap. 2. col. si. de offi. ord. & tradit Fel. in Rubr. col. 3. de treuga & pace. Secundum, supradicta intelliges in bellis & discordiis intestinis, id est in bellis ratione quorum pervenitur ad sanguinis effusionem, in talibus enim superior se intromittere potest circa subiectos eos ad pacem faciendam compellendo, secus vero in bellis civilibus, & seu forensibus contentionibus, in iis enim non potest superior partes litigantes ad transigendum seu compromittendum aut pacem faciendam cogere. l. 1. cum glo. ff. de novi ope. nuncia. & est glo. in l. furti. s. qui iussu ff. de iis qui not. inf. & bonus text. in Authen. ut litig. jurent. s. quia verò: per quem ita tenet Jas. in l. qui se parit. col. 23. C.

23. C. unde vi. Fallit tamen in duobus casibus. Primò, in beneficiis in quibus Papa potest partes & etiam invitatus ad componendum cogere, text. est in cap. cum inter. s. seniore, de electio. Secundo, quando inter aliquas partes longa fuisset super aliqua re multum dubia controversia, tunc enim iudex ad transigendum, & sic pacem incedendam compellit, text. est qui reperitur singulariter in c. placuit. 90. dist. quem ad hoc singularizat Rom. conf. 126. in princ. & idem esset, si iudex Princeps supremus esset, ut per Felin. in Rubric. de treuga & pace. & Jas. in l. quidam est maverant, col. 3. ff. si cert. peca. Oroscius, in l. congruit. ff. de offi. pref. col. 467. ex quibus omnibus supradictis decernitur, iustissime legislatores in presenti precipere posse omnibus & praesertim nobilibus ut in pace & quietudine vivant sub gravibus poenis. Ibi, Incurre in pena de aleofo, Punire enim pacis violator tanquam treuga fractor, & ex l. 4. tit. 12. part. 7. ubi & in l. 3. illiusmet. tituli & partite, poena frangentis pacem designatur, & de iure civili videt text. ubi Bald. in cap. Fredericus, de pace tenen. & ejus viola. notandum tamen est, quod si pax cum aliquo facta, ille me offendant, & sic pacem frangat, postea cum offendendo, & non dicor pacem frangere, quia iam ab ipso fracta est, ita Bar. in l. cum pater. s. liberis, de legat. 2. Abb. in cap. bona memoria. notab. 3. de elect. & in cap. constitutus. quod legit simul cum c. praeerea. not. 2. de appellar. & facit quod not. Bar. in l. am facta. s. 1. ff. de penis, ubi dicit, quod proprie frangere pacem dicitur, qui infert injuriam ex causa jam locuta, & idem tenet Abb. in cap. 2. col. 2. de remissio. Felin. in cap. cum ordinem, col. 6. de rescript. & vide etiam Bal. in l. cum proponas. col. 1. C. de patris. & hac pro hac lege sufficient

IN LEGEM TERTIAM.

Domus habitacionis nobilitatis, equi, mula & arma corporis eorum capi non possunt pro debiti civilibus.

Ibi, No sean prendadas las cosas de su morada, ni los cavallos, Vide quae circa ultra omnes late diximus in l. si. in glof. Muebles. tit. 21. libr. 4. supra, ad ibi dicta me remitto, pro huius legis declaratione & legis sequentis in fine idem probantis quod lex nostra.

IN LEGEM QUARTAM & QUINTAM.

Nobilis pro debito incarcerandus non est, nisi pro debito & tributo Regis debito ex conditione reddituum Regalium: neque iridem est torquendus, neque arma, equi, aut domus habitacionis capiendi sunt pro debiti a tali nobili solvendis, & hac in summa dicitur ista due leges.

SUMMARIUM.

- 1. Nobilis non potest pro debito incarcerari & n. 11. & cum sequentibus ampliatur.
2. Debitor de jure communis incarceratur donec cedat bonis, & solam particularia dimittit.

- 1. Debitor non tenetur pro bonis post cessationem quaesitis nisi in quantum facere potest.
2. Cessationis beneficio non gaudet ille, qui in fraudem efficitur non solvendo.
3. Fideiussores cedentes bonis an jurentur cessatione.
4. Debitor non habens immobilia si de debito non fiat, capi potest, nisi sit summa minor centum moraspetitorum nam tunc cautio juratoria sufficit. num. 8.
5. Cedere bonis compelli non possunt illi, qui incarcerandi non sunt pro debito & itidem si promisit creditor cum non incarcerare ut num. 10.
6. Nobilis pro debitis civilibus incarcerari non potest nisi in casibus a jure expressis, ubi cum sequentibus ampliatur.
7. Nobilis non gaudet beneficio ne conveniantur ultra quam potest.
8. Artifex nobilis gaudet sua nobilitate.
9. Nobilis an possit renuntiare sua nobilitate, & infra.
10. Cessationis beneficio renuntiare non potest.
11. Defensio sua potest quis renuntiare tacite sciendo labi verum, & non expresse.
12. Miles caelestis gaudet privilegio militis terrestrii.
13. Nobilis si cum juramento renuntiet nobilitati, an valeat renuntiatio.
14. Cessationis renuntiatio etiam jurata non valet.
15. Nobilis non opponens de sua nobilitate captus detineri potest.
16. Probatio in contrarium admittitur etiam contra presumptionem juris & jure si non opponatur.
17. Solemnitatem extrinsecam praesumitur intervenisse si non opponatur.
18. Popularis magis qui praesumitur quam magnus.
19. Contrahere tenetur nobilem se allegans interim quod non declaratur nobilis, & detinetur in carcere licet detur aliquando sub si de jussione. num. 30.
20. Miles nemo praesumitur nisi probetur.
21. Nobilis privatus se nobilitate, si collector tributorum fiat, & num. 27. quid si esset arator decimarum.
22. Nobilis incarceratur pro debito per eum contracto pro redemptione sua vel parentis aut fratris captivorum.
23. Nobilis si asserit se non nobilem tempore contractus incarceratur.
24. Nobilis occultans bona, ne a creditoribus capiatur, incarceratur.
25. Uxor mariti nobilis an gaudet ejus privilegio.
26. Doctores an pro debito incarcerari possint, ubi quid in filio naturali nobilis alienigenae vel in privilegato.
27. Nobilis si in tortura excusatur ita ab ejus comminatione.
28. Nobiles Francie non excusantur a tortura. Nobilis non torquentur, nisi in casibus a jure expressis. shid. & 36. & 37. ubi an valeat consuetudo in contrarium.
29. Advocati etiam deposito officio non torquentur & n. 39. quod puniatur aliud facient.

40 *Advocati filius, plus est honorandus, quam non advocati.*  
 41 *Nobilis quis dicatur, remissive.*  
 42 *Nobilitas sola quasi possessio an sufficiat, ne quis incarceratione, vel torquatur.*

**I**bi, *Que nungun hidalgo pueda ser preso por deuda que deya*, Exiis verbis colliges Regulam generalem, scilicet, nobilem, vulgo *Hijo Dalgo*, pro nullo debito civili capere posse nisi in casibus ubi aliud a jure expressum reperimus: Ex qua quidem regula a contrario sensu videtur posse inferri etiam, scilicet, omnes pro debito incarcerationi posse, qui expressè in jure non reperiuntur excepti & privilegiati in hoc, & ita hic esse text. contra ea, que adduximus in l. *si. tit. 21. lib. 4. supra num. 74. cum sequentibus aliquibus*, ubi probavimus, incarcerationem non habere locum de jure nisi in defectum honorum; facillime tamen hæc obiectio diluitur, si dixeris Argumentum hoc a contrario sensu non habere locum ubi correctio juris induceretur, & sic & hodie dicta ibidem per nos in suo esse remanere, & legem nostram esse intelligendam in casu in quo aliis de jure ignobilis capi & incarcerationi poterat, nobilem non esse capiendum & incarcerationem pro debito civili, licet iudices hodie ad hæc & ad dicta in d. *num. 74.* non advertant, sed indistinctè reum ignobilem pro debito incarcerationi levi informatione adhibita de inopia debitoris, cum alia etiam considerare deberent, hæc tamen iudicium facta non extenuant nostra dicta, neque lex nostra indem, cum secundum quod dictam est, loquatur. Et pro nostre legis exornatione Ant. Gom. in l. *79. Taur. qua est 6. istius nostri tituli, & legis nostre declaratoria*, supponit & præmittit, quod de jure communi debitor potest incarcerationi donec cedat bonis, ex text. in l. *1. & per totum. C. qui bon. ced. poss. & ibi communitur Doct. & l. 1. & 4. tit. fin. part. 5. & cessio facta venduntur bona debitoris, si quæ habet, ut ex eis satisfiat creditoribus, & nihil aliud dimittitur debitori, nisi tantum panicularia, & ut in l. *pen. ff. de cessio. bon. & ibi gl. & in l. Divus. ff. de bonis damnat. ubi etiam dicitur, quod & condemnatis ad mortem ista panicularia reservantur: & in bonis post cessionem quaesitis non tenetur debitor nisi in quantum facere potest, & ut in l. *4. ff. de cessio. bon. & in §. si. Inst. de alio. l. 3. tit. fin. part. 5. nisi in fraudem debitor bona alienasset, & efficeretur non solvendo, quoniam tunc non gaudet beneficio cessionis, & ex text. singulari & unico l. *fin. ff. ff. que in fraud. cred. ut per Ant. Gom. in d. l. 79. num. 2.* cessioneque facta (Jure civili) cessabat deinceps molestia debiti efflagitatio, neque amplius conveniebatur nisi ad pinguetorem, esset tunc fortuitam, ex l. *legis Julia. C. qui bon. ced. poss. Inst. in l. 1. si qui bonis, ff. de cessio. bon. & in §. fin. Inst. de alio. solaque cessione debitor effugiebatur carceris tedium; & sic quamvis bonis destitutus & honore carens sole tamen & luna & communi luce non carebat, eo quod a carcere erat liberatus & libertate gaudebat, idque decuit Romanos viros libertatis assertores, ut qui regibus & principibus excussis sibi vivere nullius imperio subijci patiebantur, neque pe-****

cuñia credite ratione cogentur creditoribus servire, text. in l. *si. ff. de lib. hom. ex. Ant. Ben. ut nulli iudicem. §. quia. vero. notat Bæza de debitor. inop. c. 1. num. 1. cum sequentibus: hodie tamen cedens bonis & eis, & lace, sole, ac luna privatur: incarcerationis enim exitus usque dum declaratur cessionem esse admittendam, & creditoribus tradatur ad servendum: fideiussores vero talis debitoris cedentis non juvantur cessionis & talis beneficio, eo quod est beneficium merè personale, quod non transit ad alium, ut ex text. not. in l. *hæc. a. debitor. §. quod si stipulator. in fin. ff. de fideiussor. l. 3. tit. fin. part. 5. Jure tamen nostro Regio conventus & ratione debiti, si debitum constat per scripturam, vel per probationem summariam capi potest, si non habet immobilia, ex l. *66. Tauri postea sub l. 5. tit. 16. lib. 5. ubi plura diximus, & l. 2. & 4. tit. 3. lib. 2. Fori. l. 7. tit. 8. eod. lib. 2. Fori. l. 2. ff. qui satisficere cogantur. quod si convenitur pro summa minori quam centum quorapenorem sufficit cautio & juratoria, si fideiussorem non invenit l. *4. tit. 2. part. 5. Imò & lege & consuetudine antiquissima statutum est, ut debitor inops tradatur creditori, ut operibus suis satisficiat creditori summe tempus servitii juxta debiti quantitatem taxando, ut apparet ex dictis legibus Fori, & ex aliis Gothorum relatis per Bæzam, ubi supra, num. 56. ubi & à quo ortum habuerit hæc legis consuetudo denotat, rejiciens cum sequitur numeris illam aliorum traditionem legem dilaniandum tradentem debitorem creditoribus, & à num. 74. eam sequentibus describit formas aliquas cessionum, que jam in tota nostra cessant, & sic hodie absque actu aliquo ignominioso sit cessio, ut inquit Ant. Gomez, ubi supra, numero 1. ex l. *interpen. C. qui bon. ced. poss. & ibi gl. & communitur Doct. hæc tamen licet ita sint & pro perfecta declaratione nostri text. sunt relata: In hidalgis (ut ita loquar) non servantur, si enim pro debitis civilibus regulariter non incarcerationi, & cum non incarcerationi, non possunt cogi cedere bonis, & neque tenentur cessionem hæc facere, sicut non teneretur debitor, cui creditor petenti pro debito eum non conijcere & in carcere, nam cessante carcere ad quem vitandum sit cessio, cessare debet & cessio, tenebiturque tunc pugnæ die-tim fuerit lucratus, satisficere creditori, secundum Bald. in l. *1. vel. 3. C. qui bon. ced. poss. de cuius traditione licet dubiet Salicet, ibi, eam tamen tueri & probat Suarez, in l. 2. tit. De loi gouverns, volent. 4. versic. *non tamen tene menti*. Ex quibus vera est regula nostra text. quod nobilis pro debitis civilibus incarcerationi non potest, nisi in casibus & à jure expressis, & probatur hæc regula argum. text. in l. *Medice. C. de profes. & med. l. miles ff. de re judic. ex cuius dispositione, ita tenet J. ibi colum. 2. Alexand. in l. *centurio. num. 25. ff. de vulg. & pupil. Bald. in l. 1. prope finem. C. qui bon. ced. poss. qui tantam dicant, quod milites nostri temporis non possunt incarcerationi, sicut nec milites temporis antiqui, non tamen habent beneficium ne conveniantur ultra quam facere possunt, neque id habet nobilis & vel hidalgus, secundum Ripam. lib. 2. *Responsorum. cap. 200. & Olanus*********

contra Villalobos: in *Concordia Antoniana*, verbo, *Nobilitas*, num. 9. & 10. & alii relati per Bæzam ubi supra, cap. 16. num. 7. ubi numero 8. id limitat, nisi & talis nobilis & hidalgus esset etiam miles, quia tunc neque ultra quam facere possit, conveniretur & num. 9. alia in id propositum profertur ad taxandum tunc alimenta tali militi, per ipsum videndam: ut ad alia procedamus, & tradit de iis etiam Covar. lib. 2. *Varia. c. 1. numero 4. & sic declarabis dicta per Tiraq. de nobilitate. cap. 20. numero 142.* Qua conclusione sic falcata ampliatu primo, ut procedat etiam talis hidalgus esset artifex, & hæc etiam, ut diximus in l. *3. supra titulo præcedente*, gaudet sua nobilitate ex Proavorum progenie et incussa & derivata, & sic vidi semel sententiam Chancelarie declarantem. Secundo ampliatu dicta conclusio nostri text. ut procedat etiam talis hidalgus tempore constituta obligationis, & in ea renuntiaverit & suæ nobilitati etiam cum juramento, ut advertit brevissime Ant. Gomez. in d. l. *79. Tauri, numero 3.* tum ex eo quod est remedium reverentiale toti generi nobilitatis, cui per particularem derogari non potest, argum. text. in l. *Alia. §. eleganter. ff. soluto matrim. & ibi communis opinio, teste Gomezio; dist. numero 3.* Item & quia nemo est dominus membrorum suorum, ut l. *liber homo. ff. ad l. Aquil. estque hæc quedam species servitutis, cui nemo potest se obligare, ut l. *Trio centum. §. Trio centum, et l. 2. ff. de cond. & demens.* Et in hac questione, que certe difficillima est, & inter nostros Hispanos controversa invicem se contrariantes adeo, ut in tribunali Regis Granate, & Vallisoleti contraria sint sententia prolata, si credimus Bæza, de inop. debitor. c. 16. numero 48. imò & in ipso Granatensi Senatu nunc hæc nunc illud est sententis determinatum, ut testatur Pelæz de Majorati. 1. part. *quæst. 38. numero 2. fol. 147.* Et in hac questione duas contrarietates inter scribentes reperio. Primam, quando simpliciter renuntiatio fit. Secundam, quando cuncti juramento: & in prima quando simpliciter nobilitatis prerogativa renuntiatur, per plura fundamenta hinc & inde adducens profertur Covar. in cap. *quæstio. part. 2. part. in princ. numero 5. profertur etiam Menchaca, de iussio. creatio. §. 22. num. 74. & Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 4. *Ordinam. velam. 1566. versic. quæri passit.* & novissime eos referens & omnes alios contrarium tenentes, & fundamenta utriusque partis adducens concivis noster Doct. Gutierrez, in *Traict de Juramentis Confirm. 1. part. cap. 16. num. 37. cum sequentibus.* que cum per ipsos relata omnia sint, non curio referre, solum enim referam remissive autores utriusque opinionis, & sic primam affirmativam scilicet, quod possit per hidalgum renuntiari suæ nobilitatis privilegio, ut ne pro debito civili incarcerationi possit, tenent relati per Gutierrez, ubi supra, num. 46. in fine, cum principio sequenti ubi num. 46. refert Didacum Perez, in transitu hæc distille communem opinionem, & refert etiam ex Covar, ubi supra, in facto sic in Granatensi prætorio fuisse iudicatum, & hæc etiam novissime sequitur Joan. Garzia,**

de nobilit. *glos. 6. in princ. num. 18. & 19.* & ita tranbit Pelæz, in dict. *quæst. 38. num. 2. fol. 147.* Contrariam tamen sententiam, imò quod non possit per nobilem renuntiari privilegio nobilitatis, tenentur alii plures relati per Gutierrez, ubi supra, num. 61. ubi refert Otaloram; eam dicentem magis communem; & ibidem ipse Gutierrez hæc sequitur; & verioris de in iudicando & consulendo sequendam testatur, & iterum refert Otaloram dicentem, sic in facto contigisse, & dubitatum fuisse apud Consaris auditores, & hæc Senatuum Pincianum sequi solere, inquit Bæza in *quæ. num. 48. & sequitur eam Advocatus Pincianus Burgos de Paz, consil. 10. num. 17. contra Gregor. Lopez; & ibi refert Covar. in dict. cap. *quæstio. part. in initio 2. part. numero 5. cum sequentibus; hæc secutum fuisse, & Avenda. in Dictionario, verbo, Cavallero, versic. sit ergo conclusio.* & hæc ego sequor indistinctè rejecta distinctione Joan. Garzia, in dict. num. 19. ubi distinguebat inter nobilitatem ipsam naturalem, que est qualitas generis & sanguinis à majoribus descendens, ut hæc renuntiari non possit, eo quod inhæret ossibus, & inest à natura, effectus tamen ejus renuntari possit, nam quorsum hæc distinctio contrarietatem inter de denotans & inducens, nam si ipsa nobilitas ossibus inhærens renuntari non potest, ut ipse fatetur, necessario fatendum est, ut negat effectus ejus renuntari possint, nam si renuntatur nobilitati quantumvis renuntatur, omnino operari debet, & ejus effectus dormire non possunt, nec subest ratio ulla, que contrarium suadeat: neque itidem satisficere concordia relata per Gutierrez, ubi supra, num. 74. scilicet quod prima opinio procedat in nobili ex privilegio, secunda vero in nobili à sanguine, quia licet hæc doctrina in se sit vera, ut nobilis ex privilegio renuntiare possit suæ nobilitati, ut per Bæzam. *dist. c. 16. numero 37.* nobilis vero ex sanguine non, non tamen quadret hæc concordia scribentium contrarietati supra relata, eo quod Doctores, tam primam quam secunde opinionis omnes loquantur in nobili à sanguine, & per consequens hæc concordia inter has opiniones adaptari non potest nullo modo: & rejectis dictis concordis tenenda est hæc secunda opinio negativa indistinctè, pro qua considero fundamentum argens non sic à Doctores consideratum, scilicet, quod si de jure habemus, secundum communem opinionem assertam per Covar. libro 2. *Variar. cap. 1. num. 7.* quod non potest renuntari beneficio cessionis honorum; & quod esset aliter perpetuo carceri se obligare, que est quedam servitus perpetua & præcisâ ad quam liber homo se adstringere nequit, ex l. *2. ff. de lib. hom. ex lib. Nounè si nobilis privilegio nobilitatis renuntiare possit, ut sic pro debito incarcerationi obligaret se perpetuo carceri, eo quod cessio honorum ab eo nullo modo esset facienda, quia redundaret in opprobrium nobilitatis & nobilitatis: igitur vera est hæc secunda opinio. Item quia si omnes primæ opinionis Doctores non negant, sed potius expressè fatentur aliqui eorum, quod nobilis non potest nobilitati renuntiare ad effectum, ut torquea-**



UNIVERSITATIS SALAMANICÆ NOMINA ALDI



ur, quia non est dominus membrorum suorum, nonne idem est, si ut incarceretur, renuntiat nobilitati, cum carcer de jure mala dicitur mansio, ut in l. item apud. §. questionis. ff. de injur. l. si hominem. ff. de pos. & Job. 7. dicitur, nunquid mare lum ego, aut certus quia circumdedit me carere. Et in carcere homines torquentur, sicut in tormentis, quod est enim majus contrarium libertati quam carcer, & quid desiderabilis quam libertas, de qua dicitur.

Non bene pro isto libertas venditur auro. Libertasque auro gemisque pretiatur.

Sed libertatem addidit, est id quod naturale est tollere, per eam enim perditur naturalis libertas, ut inquit Consultus in l. Titio. §. Titio. 2. ff. de condi. & demonstr. Bart. in Authen. de desensio. titi. §. audientiam. numero 2. & quidam species servitutis reputatur, secundum Alberic. in l. 1. ff. de lib. homini. exhiben. Alexand. consil. 133. num. 3. lib. 2. & alia de carcere, vide per Bernard. de Sandoval, in Tract. Del condado de los pobres presor. cap. 2. & Tallada in su oficina de carcel. cap. 3. Omnes enim homines regulariter liberi nascuntur, privatio autem est poena, & tanto major, quanto est id quod admittitur, ergo carcer torquet, libertatem tollit, maculat corpus, vitam abbreviat, & tormentum minus torquet, quia parvo spatio temporis durat, carcer vero solet esse perpetuus, si nobilis non habet unde solvat, ergo idem dicere debemus, ut non valeat nobilis renuntiare nobilitati ut incarceretur pro debito civili, sicut neque valet, ut torquetur, quia utroque in casu potest dici, non esse dominum membrorum suorum: neque est in hoc casu considerandum id, quod inquit Baeza, de debito. inop. dict. cap. 16. num. 56. scilicet quod idem dicendum esset in plebeo, qui neque est etiam dominus membrorum suorum, nam id, ne incarceretur plebeus pro debito civili, non habet locum, ut potest quia plebeus non habet a jure concessum ne incarceretur pro debito civili, vel ne torquetur pro debito, sicut habet nobilis, & sic in plebeo non habet locum regula illa, quod non est Dominus membrorum suorum, cum nihil per renunciationem suam perdat, neque renunciet, cum a jure etiam non renunciasset incarcerari potest pro debito civili, & torqueri pro delicto & consequenter dicta consideratio & obiectio Baezae nihil obest dictae secundae opinioni: neque itidem obstat id quod ipsemet Baeza, ubi supra, num. 39. dixit, scilicet, quod quando nobilis est arrendator tributorum Regiorum, capi potest pro eis, eo quod tunc ipse nobilis libertatem suam frangit, ergo inquit ex hoc Baeza, esse idem si immunitati renunciat, nam haec est mala consequentia: quia ipse non renunciat, sed lex cum nobilitate tunc privat quoad illum actum, quo mediante ipse nobilis indignam se nobilitate fateatur sese arrendatorem dictum faciens, & sic eo se subiciens ex legis dispositione: & quia hic est casus specialis, a quo ad alios argumentum sumi non potest, ea enim quae specialiter sunt introducta, specialiter sunt intelligenda: neque obstat replicare, quod

si hoc patitur nobilis conducendo Regia vegetalia, vel patiendo se describi in plebeiorum libro & estimo communi, multo magis patietur quando discrete & expresse renunciat nobilitati, nam tacite sinendo labi terminum, potest tamen quis suae defensionis renuntiare etiam naturali, secundum Bald. in cap. persona. ff. de latio. & tamen expresse non potest secundam gloss. in l. pactum inter heredem. ff. de pactis, diximus in l. 13. tit. 7. lib. 3. supra, numero 10. cum 3. sequentibus, multa enim per patientiam tolerantur quae si in iudicium deducta fuissent non tolerarentur, taciteque & expresse non est idem iudicium, quoties tacitum inest aliter quam in se expressum, secundum Doctores. in l. cum quid. ff. si certum per. ergo dicta replicatio & argumentum Baezae nihil minus obstat dictae communi opinioni secundae, ut post haec vidi Avena. in Dictionario, verbo, Cavallero, versiculo sit ergo conclusio, sic volentem: Praesertim quia juri publico convenit nobilitatem privilegia servari, ut patet ex l. procedente, & ex sequenti, & ex l. 1. istius nostri tituli, & tenet Burgos de Paz in d. num. 17. & sic renuntiare nobilibus dictis privilegiis non possunt, cum in praedictum iuris publici tendere talis renuntiatio, ad ad etiam secundario jus publicum laedatur ex renuntiatione, & principaliter jus privatum, renuntiationis locus non sit, ut verius esse testatur Ant. Gamma, de off. Lustr. 386. numero 11. Praemaxime cum in odium & ignominiam aliorum nobilium redundaret, quae quidem licet non sint comparanda cum immanitate concessa universo ordini sacerdotum qualificative & aequalitativè, similitudinarie tamen sic, quemadmodum in l. miles. ff. de re. judic. inquit gloss. quod sicut miles terrestris gaudet privilegio, ne conveniatur ultra quam possit, ita & fortius miles celestis, & sic inquit Abb. in cap. 1. numero 4. de clerici. agrot. quod sicut propter debita non cedit bonis miles secularis, ita nec celestis: Ex quibus satis remanet defensiva haec secunda opinio & ampliatio nostri text. scilicet, quod etiam nobilis renunciet nobilitati ut incarcerari possit pro debito civili, non valet renuntiatio, nec incarcerari poterit. Quoad secundum verò, & sic cum renuntiatio haec est juramento vallata an valeat talis jurata renuntiatio, adest etiam contrarietas, nam Ant. Gomez, in dict. l. 79. Tauri, numero 3. inquit, adhuc tunc non valere talem renunciationem, & idem tenet & sequitur, Didac. Perez, ubi supra, in dict. l. 1. tit. 2. lib. 4. Ordin. col. 1367. & Burgos de Paz, consil. 10. numero 7. & idem Ant. Gomez, tom. 2. Variar. cap. 14. numero 24. eo quod privilegium hoc est remedium reverentiale toti generi nobilitatis, cui per particularem aliquem derogari non potest, argum. l. alia. §. eleganter. ff. solutio maritum. & text. in cap. si diligenti, de foro comper. & facit itidem quod etiam cessionis nominatio jurata ubi non valet, secundum Guid Papae, quest. 111. ubi testatur ita pronuntiatum fuisse in Parlamento, refert Covar. dict. libro 2. Variar. cap. 1. numero 7. ad fin. ubi & ipse Covar. idem sequitur perpensa tamen negotii & personarum conditione: contrarium verò sententiam, imò quoddam renuntiationi nobilitatis

tatis jurata valeat, videtur tenere Mirochaca, de success. 1. par. lib. 3. §. 28. limit. 32. numero 19. versic. & haec partem, & cum referens Barza, de debitor. inop. c. 16. num. 91. & nosse Guierrez, in dict. c. 16. par. 1. de juram. confis. numero. 62. & 63. & facit pro hac aliorum opinio dicentium renuntiationem juratam de non cedendo bonis, valere, de qua per Covar. in dict. c. 1. numero 7. ad fin. & in hac contrarietate opinionam de renuntiatione nobilitatis jurata, factor me dubium esse, licet prima opinio mihi magis applaudit, eo quod juramentum non confirmat contractum, neque renuntiationem in praedictum, & injuriam alterius, & sic contractus etiam juratus a muliere nupta factus, non valet, eo quod est in praedictum mariti, ut diximus in tit. De las mugeres, lib. 5. supra, Praedictum tamen generaretur totae nobilitati si valeret ejus renuntiatione jurata, igitur prima opinio videtur tenenda: quam & in clerico renuntiatione remedio cap. Odoardus, cum juramento, tenet D. de Paz, in sua praxi, 3. ff. 2. tom. cap. uni. numero 6. Quae quidem conclusio sic ampliata, limitatur primo ut non procedat, quoties nobilis incarceratus non opposit, neque allegat de sua nobilitate, tunc in carcere detineatur potest pro debito civili, tum: quia etiam contra praesumptionem juris & jure admittitur probatio in contrarium si non opponatur, ut per Hippol. in Pract. §. sequitur. num. 13. ubi a numero 8. plura similia adducit, & Ripa, naturaliter. §. nihil. numero. 72. ff. de acquit. poss. ff. vel. in cap. fraternitatis, num. 6. de test. & sic solemnitate extrinsecam praesumitque intervenisse si non opponatur, secundum Ant. Gom. tom. 2. cap. 11. num. 17. ad fin. sic est non opponatur admittitur agens sine actione, ut per Jal. in l. si Titius & Suius, num. 3. ff. de verb. oblig. sicut & appellatio, omnino medio admittitur si non contradicatur, secundum Covar. in Pract. cap. 4. n. 9. & alia similia adducit Dec. in l. in ambiguis §. non est novum, numero 4. cum sequentibus, ff. de reg. jur. & Jal. in Reper. l. ad mentendi num. 11. in fine, cum sequentibus pluribus, ff. de jure jur. tum etiam quia nobilitas non praesumitur nisi probetur per allegantem eam, quod satis ea ratione colligitur, scilicet, quod ipsa res sit adventitia nec a natura proveniens, cum habeat ortum ex sibi accidentibus, vel progenitoribus, l. non ignorat. C. qui accus. non poss. ubi Bald. docuit quem praesumi magis popularem quam magnaticum, & in c. 1. §. si Rusticus, & ibi Afflicti num. 6. Lunden, Alvar. & Cardin. de pace tenenda, in usib. foy. Socin. consil. 46. lib. 2. quem & alios refert Mascardus, Tomo 2. de probatio. concla. 1093. nobilitatem non praesumi, numero 1. cum sequentibus, ubi ampliat, & limitat, & novissime Joan. Garcia, de nobilit. gloss. 12. numero 2. & Mantica, de consuet. ult. volun. lib. 11. ff. 10. num. 35. Ex quibus derivatur decisio quaestionis satis alteritate per Covar. & alios relatos per Joan. Garciam, ubi supra, gloss. 10. per totam, & per Dilac. Perez, l. 6. tit. 2. lib. 4. Ordin. col. 1380. cum seq. quod licet pendente super nobilitate contribuere interim tenentur illi, qui se nobiles tamen dicunt usque pro talibus declarantur, & quod ad haec quotidie danrur mandata Regis. Azavedo in Recopilacion in Tom. IV.

referre fastidiosum esset. Sed an in presenti,  
ut dicta locum habeant in matrimonio car-  
nali, de quo lex nostra tractat, requiretur  
velatio, vel sufficit de presenti † spon-  
saliorum contractio, & credere relationem  
non requiriti, nam hæc solum in casibus à  
jute expressis requiritur, ut in dictis legibus  
47. & 48. Tauri dixi, & sic sufficere in casu  
nostræ legis sponsalia de presenti esse contra-  
cta, dum tamen sponsus hic transferatur in  
terram sponsæ, & ad aliud Dominium, hoc  
enim lex nostra requirit: sic tamen ex vi  
matrimonii mulier etiam ignobilis nubens cum  
Rege aut Comitè vocatur Regina & Comitissa  
etiam mortuo marito, † ex l. 7. tit. 2. partit.  
4. & alibi diximus sub titulo, De Alcaides de  
hijos dalgo, lib. 2. supra.

IN LEGEM SEPTIMAM.

Qualiter & quomodo nobilitas possidere ac habere  
potest omni jure Behetria, vel aliud quod-  
cumque ex parte sua uxoris, declarat lex  
nostra.

SUMMARIUM.

- 1. Maritus est Administrator bonorum etiam  
Paraphernalium uxoris.
- 2. Jure uxoris natus ad beneficia competis marito  
constante matrimonio.
- 3. Feudum uxoris uxori, constante matri-  
monio dicitur paraphernalia.

Ibi, Que su uxor dominæ aver, & hoc ni-  
mirum quia maritus Dominus bonorum  
uxoris reputatur, & ei competit adminis-  
tratio non solum dotalium, verum & parapher-  
nalium, ut tenet glol. magna, col. 5. in l. 6.  
tit. 1. p. 6. in correctionem. l. 17. tit. 11. p. 4.  
ubi glol. sic etiam volebat, & Ant. Gom. l.  
51. Tauri. n. 40. dum ibi inquit, quod re-  
gulariter maritus est administrator bonorum  
etiam paraphernalium † uxoris, nisi uxor ali-  
qua eorum sibi reservaret, de quibus in lib. 5.  
supra diximus latius: & sic jus presentandi,  
ad beneficia competit marito † constante ma-  
trimonio, cui universitas bonorum, quibus  
jus patronatus annexam erat in dotem data fuit,  
ut censuerunt Domini de Rota in novis, de  
jure patro. decis. 422. numero 1. & Pala. Rub.  
& Bæza per me relati. in l. 9. n. 5. tit. 5. lib. 1.  
supra, & hanc veriore vocat Molina, de  
primogen. lib. 1. c. 24. numero 3. contra Abb. &  
alios per eum relatos, quorum opinionem  
inquit non esse sequendam, cumque maritus  
hæc possit, nimirum si & Behetria, &  
omne jus uxori ejus competenti acquiratur,

& competat, quod intellexit Didac. Per. hic  
sub l. 7. tit. 11. lib. 4. Ord. col. 1523. ut pro-  
cedat vivente uxore, secus ea mortua ab in-  
testato, nam tunc inquit maritus in his non  
succeedere, sed venientes ab intestato: possit  
tamen, secundum eum, uxor talis carens des-  
cendentibus, vel eos justè exheredans, & ad-  
de, si & careat ascendentibus, maritum suum  
in his & aliis hæredem insinuare etiam cum  
eo parvo seu brevi cohabitasset tempore, ex l.  
non tantum. C. de legat. dum tamen maritus  
eam non compellat ad hoc, licet blando ser-  
mone possit eam ad hoc allicere, ut profequitur  
ibidem Didac. Perez. Et an feudum obveniens  
uxori constante matrimonio † dicitur parapher-  
le, vide Matth. Affli. Decif. Neapol. 44. num. 1.

IN LEGEM OCTAVAM.

Quid sit devota & devotio, remissive.

Ad l. 8. solum est necesse scire, qui sint  
isti de videris, de quibus in ea fit mentio,  
& ut scias sufficit scire, quid sit devota,  
quo vide text. in l. 3. tit. 25. part. 4. quam ad  
hoc allegat Didac. Per. l. 11. tit. 11. lib. 4.  
Ordin. col. 1537.

IN LEGEM DECIMAM.

Nobilitas non potest assumere conductum in Reale-  
gia, neque in Abadengo, cujus custodia  
Regi pertinet sub nostri text. pena.

SUMMARIUM.

- 1. Abbas commendatarius ad vitam Canonico-  
rum Regularium, an habeat vocem active  
in aliis gerendis in suo capitulo, sive  
aliis.

Ibi, que deve guardar el Rey, & sic in eo  
cujus cura & custodia Regi pertinet, quasi  
secus si Regi non incumbat custodire, cum li-  
mitata cautè limitatum debeat producere effe-  
ctum, ex l. age cum Geninians. C. de transact.  
ita ut si nobili ipsi hæc cura esset assignata,  
tunc cessaret legis nostre dispositio, ut voluit  
Didac. Per. sub l. 10. tit. 11. lib. 4. Ordin. col.  
1528. in glol. 1.

Ibi, Encomendas, de quibus fit mentio  
in l. 5. tit. 1. lib. 2. Forti, & ibi Montal. & per  
Innocent. 1. & alios relatos per Didac. Per. hic.  
col. 1529. in princ. ubi exorditur questionem  
satis alienam à materia nostra & late ibi eam  
sequitur, scilicet, an Abbas commendatarius  
† ad vitam Canonico-regularium habeat  
vocem active in actibus gerendis in suo capi-  
tulo, sive actus si consistant in electionibus,  
sive in aliis, quæ quidem per ipsum Didac.  
& Perez videnda sunt, ne extra materiam  
nostram progrediamur.

IN LEGEM UNDECIMAM.

Pena imponenda nobili per vim capienti aliquid  
De lo Realengo, Abadengo, o Behetria, de-  
claratur in presenti.

SUMMARIUM.

- 1. Animalium nomine gallina non veniant, An-  
seres, seu fassiani.
- 2. Capones dare obligatus tenetur eos dare vivos,  
& non mortuos.
- 3. Homo vel animal mortuum non dicitur am-  
plius homo nec animal.
- 4. Seditus qua moneta esset.
- 5. Familiares & commensales qui dicantur  
& num. 6.

Ibi, O anfaron, gallina, o capon, quorum  
natura fera non est, ex l. naturalium. 3. Gal-  
linarum. ff. de acqui. rerum domi. 5. Gallinarum,  
Instit. de verum dicit. l. 24. tit. 28. p. 3. & sic  
in quocunque fuerit loco, manent Dominio-  
rum, & qui illa cepit animo lucrandi, fur-  
tum committit. Idemque ex tex. nostro nota-  
tum est, quod nomine animalium † gallina  
non veniunt, anseres, seu fassiani, ut per Guil-  
liel. de Cog. & Floria. in l. de quibus ff. de legi-  
bus, quos ad hoc allegat Didac. Per. in l. 1. tit.  
23. lib. 1. Ordin. col. 702. & iterum in presenti,  
sub l. 11. tit. 11. lib. 4. Ordin. col. 1535. glo. O  
capon, inquit, quod qui tenetur dare capones,  
tenetur eos dare vivos, & non mortuos, † ut  
not. Barr. & Doct. in l. quod te mihi ff. de veri-  
per. ubi Sadoleus, dicit hanc esse communem  
opinionem, interest enim creditoribus eos vi-  
vos habere, quia possunt eos facere pinguio-  
res, vel ad tempus servare pro convivio, vel  
ad aliam justam causam, & quia homo, vel  
animal mortuum non dicitur amplius homo, †  
neque animal, ut dicitur Dialectici, & probat  
lex, si homo mortuus, & l. si siticus. ff. de verb.  
oblig. & in l. si desererit, cum similibus, ff. qui  
sunt. cog.

Ibi, Sneldhr, que moneta, † hæc esset, dis-  
serbat Cardin. de Turrec. in c. placuit. 10. q.  
3. & Jason. de solido aureo dicens, l. in enm.  
col. 1. ff. de in jus voc. & Did. Perez. in l. 19. gl.  
2. tit. 11. lib. 4. Ordin. col. 1549. cum seq. &  
Covar. de moneta. c. 5. numero 7. ubi in princio  
illius numeri legem nostram allegat & con-  
siderat, & in proposito plura dicit.

Ibi, Ducenas 3 parenta maravedis, hoc  
quoad penam Del humezillo, immotatum est  
lege Regia, sicut & quoad l. 19. infra eo. est  
etiam immotatum, ut inquit Avend. c. 18.  
præto. numero 5. vers. item ad nunum. lib. 1.

Ibi, Con las companas que fuerit tener cada  
dia, & sic eum commensales familiaribus, & com-  
mensalibus, & non cum aliis infra additis, tuos  
enim intelligi volumus (inquit Pontifex) in c.  
sicut nobis, de verb. signif. in 6. qui per te non  
quærit propterea vel recepti sine fraude &  
fictione qualibet verè tui clerici vel familiares

existunt, & in tuis expensis † continue domes-  
tici commensales, ut & per Guid. Pap. decis.  
321. & Didac. Perez. hic col. 1536. in fine. cum  
Arredo in Recopilationum. Tom. IV.

seq. ubi qui familiares † dicantur, refert late 9  
tractare Gometium, in Reg. de Imper. benef.  
per sibi jam. Card. g. 13.

IN LEGEM DUODECIMAM.

Nullus nobilitas recipere potest Behetria cum fi-  
deiusoribus sub nostri text. pena.

SUMMARIUM.

- 1. Cautio juratoria non sufficit ubi lex fideius-  
sores requirit, & numero 2. & 3. remissive  
examinatur.

Ibi, Con Fiadores, sed an si cum nuda  
cautione recipiat, putat juratoria, incurrit  
nostræ text. penam, & dicendum est quod non,  
quia lex nostra solum prohibet dationem fi-  
deiusorum, & quoties hoc lex requirit, non  
sufficit nuda cautio vel juratoria, † ut per Ro-  
bus. per me relatum in l. 23. numero 11. & 14.  
tit. 7. lib. 3. supra, & per Jal. in l. 1. col. pen.  
numero 23. ff. qui satisf. cog. & Craves. conf. 31.  
n. 4. & Gutierrez, in l. nemo potest. numero 297.  
de legat. 1. & sic cum lex nostra fideiussiones  
requirat, de potentiori, & sic de illa, quæ  
cum fideiusoribus præstatur est intelligenda,  
non verò de juratoria quæ sub fideiusorum †  
præstandorum obligatione non continetur, ut  
dictum est, præsertim cum lex nostra sit penalis  
& prohibitiva, & sic non extendenda, cau-  
tioque juratoria de homagium nobilitatis maxi-  
mè conveniat, non verò fideiusorum datio,  
à qua regulariter excusantur, & de iis quando  
juratoria † cautio sufficit ubi fideiussio requi-  
ritur, vide Didac. Perez. hic sub l. 12. tit. 11.  
lib. 4. Ordin. col. 1537. cum sequentib.


IN LEGEM DECIMAM  
TERTIAM.

Quam penam incurrit dimittens infuccion, o  
Mariniega, & alia declaratur in ea.

SUMMARIUM.

- 1. Rex est protector & defensor oppressorum, &  
ejus est officium facere justitiam & liberare  
vi oppressos, & eos tueri à potentioribus  
opprimantur, & num. 2.
- 2. Regem sicut non potest quis turbare in posses-  
sione castri aut terra, ita neque suos ibi-  
dem habitatores.
- 3. Vassalli an possint se pro tanto liberare à Do-  
mino eos vendentes, & num. 7.
- 4. Dominus potest vassallos alienare aequè ido-  
neo Domino, & num. 6.
- 5. Subditus unus an possit se eximere à liberta-  
te, ab omnibus illius loci vicinis procurata,  
ibi numero 3. quid si esset clericus.
- 6. Subditus & vicinis litigans contra Uni-  
versitatem & populum tenetur pro expensis  
à populo faciendis cum aliis vicinis con-  
tribuire.

Ibi, El Rey haga Tornar la behetria a aquel-  
los que les fue tomada por fuerça. Rex  
enim est Protector, & defensor oppressorum;  
O ij Regum



Regum est enim officium proprium facere iudicium atque iustitiam ꝛ liberare de manu calumniantium vi oppressos. c. Regum. 23. *quod. 5. amo vult text. in c. omnis 7. c. quod. 1. quod si quis negaverit oppressis favorem debitum, quodammodo Christum necare videtur, Regiaque potestas, ex text. in Anben. quomodo oportet. ad hoc inter cetera est instituta, ut sanctorum Patrum Decreta saluberrima executioni demandari faciat, & inviolabiliter observari: iudexque subditos suos defendere tenetur, & ad eas officium spectat providere, ne alicui ꝛ fiat violentia, & ne potentiores minus potentes opprimant, ex l. illicita, in princ. ibi. Bald. ff. de off. pref. faciuntque alia per me adducta in l. 2. tit. 6. lib. 1. supra, notandum item est in proposito horum verborum, quod sicut non possit quis Regem turbare in possessione alienius castri, vel terre, non potest etiam turbare, neque censurare habitatores ipsius loci, ꝛ ut fuit singulare dictum Bald. in cap. licet causam. col. 4. super verbo, Habitatores, de probat. ubi dicit hoc esse notandum, & perpetuo menti tenendum, refert & sequitur Loazes, in Allegatione pro oppido de Amla, in 3. dubit. numero 9. pag. 453. in parisi, & ex text. nostro videtur probari disponente, non posse dimittere alicuius iura debita Domino, neque ille, cuius antea erant illa iura, poterit. Sed est quaestio, quid si Dominus non remittit iura hanc vasallus suis, sed vult vendere, & vendit vasallus suos alio Domino pro certa pecunie quantitate, ut vasalli hanc offerant Domino pecuniam, et eos liberos reddat, utrum Dominus possit compelli ad eam recipiendam, ꝛ & in hoc supponendum est, quod licet Dominus invitos vasallus non possit alienare, ꝛ ex text. in c. 1. §. si quis, quo tempore miles, & in c. 1. §. praeterea Ducatus, & ibi. Doct. de prohibi. feu. ali. per Freder. & in c. dilecti. Doct. communiter, de major. & obed. late Hippolyt. in l. 1. §. de penes, num. 11. & seq. ff. de quest. & Loazes, ubi supra, in 4. fundamento, pro oppido, pag. 23. cum. 3. sequent. tamen ubi, & quod idoneo Domino, vel ex causa necessitatis venduntur bene potest fieri alienatio, ꝛ secundum Covarr. c. quoniam pactum. 2. p. §. 2. numero 4. de pact. in 6. vel quando subditos cum universitate venderet, puta civitatem, vel oppidum vendendo, ut inquit ipsemet Loazes, ubi supra, in responsione ad 4. fundamentum, dub. 1. pag. 251. cum seq. aliquibus. In casibus tamen iis in quibus licet Domino vasallus alienare, poterunt optime vasalli ipsi seiplos pro tanto redimere & liberare, ꝛ secundum Covarr. d. 5. 2. numero 4. & Didac. Per. hic, sub l. 14. tit. 11. lib. 4. Ordin. col. 1542. in fi. cum primo sequent. ex Fabio, in §. Dominus Instit. de nexali. alio. & sic quotidie fieri ac praticari videmus. Sed an in hoc casu poterit aliquis vicinus se exculare à solutione suae partis, ut omnes liberentur, crederem quod non, si vult in populo illo remanere, sicut nec possit se à refectione communis putei aut fontis exculare, ut per Speculat. in tit. de censibus, §. 2. versic. item pone. numero 10. & Cepola, de servit. urba. c. 47. de Puteo num. 4. & Hippolyt. in practi. §. aggrega-*

dior. numero 73. eò quod secundum eundem Hippolyt. ubi numero 63. ratione publicae utilitatis nemo debet excusari, adeo ut nec clericus, nec secularis nobilis ad hoc excusaretur, ꝛ secundum Addit. Abb. in cap. non minus. numero 16. litera. B. de immunit. Ecclesiast. & gloss. Por. l. 1. §. 4. titulo 6. part. 1. itemque si quis litigat contra ꝛ universitatem, tenetur contribuere pro expensis universitatis, secundum Specul. ubi supra, numero 14. versic. quid si Dominum, notat in proposito nostrum Didac. Perez, ubi supra, col. 1543. in fin. cum principio sequentis.

## IN LEGEM VIGESIMAM.

Quomodo sit solvendum pignus aut conductum iniuste captum alicui Concilio.

## SUMMARIUM.

1. Testes an possint esse vicini in causis suis civilibus.

**I**bi, cinco hombres buenos, que los pesquisidores tomaren de la villa, o del lugar, Dic hoc ideo esse, quia commodum ad testes tales principaliter non spectat, sed ad concilium, quo casu homines de tali villa & loco possunt esse testes, ꝛ ut ex text. nostro probatur, & ex l. 18. & ibi gloss. tit. 16. part. 3. & l. 146. styli, & ex cap. tertio loco, de probatis, & Bart. in l. in tantum, §. universitatis, ff. de rerum divisio. & ex aliis allegatis per Didac. Perez hic, sub l. 22. tit. 11. lib. 4. Ordinam. col. 1552. cum seq. de quo latissime & resolutive tractavi, in Tract. de Decurio, vocato Curia Pisana, lib. 2. cap. 19. numero 3. cum sequentibus.

## IN LEGEM VIGESIMAM PRIMAM.

Si aliquis vocatus dividere conductum caperit ultra id quod secundum suum forum capere debeat, quomodo debet illud solvere, dispositio lex nostra.

## SUMMARIUM.

1. Pignora intra quod tempus vendi possint postquam in potestatem creditorum intraverit.

**I**bi, despues de los nueve dias vendiere los peños, Didac Perez, hic sub l. 23. tit. 11. lib. 4. Ordin. col. 1553. verbo, Vendieren. prosequitur materiam venditionis pignorum ꝛ intra quod tempus vendi possint, postquam in potestatem creditoris devenerint, & plura ibi super hoc refert per ipsum videnda, circ. hæc tamen stylus cujlibet tribunalis multum operabitur.

## IN LEGEM VEGESIMAM SECUNDAM.

Forma procedendi per inquisitionem, declarata lex nostra.

## SUMMARIUM.

1. Inquisicio qualiter & quomodo ferenda sit.

**I**bi, desta guisa deven faser pesquisa, qualiter debet inquisicio formari & quomodo ꝛ in ea sit procedendum, ultra relatios per Didac. Perez, hic sub l. 24. tit. 11. lib. 4. Ordin. col. 1555. cum duobus sequentibus, ubi plura dicie in proposito, quæ referte non est necesse, & per Julium Clarum, recept. sent. h. fin. quest. 3. §. 7. 8. 50. & 51. & alii ibidem, ubi plura de Inquisitione prosequitur, & Doct. in c. qualiter & quando, de accusa. & in aliis pluribus locis, quæ quia à pluribus lecta sunt & examinata, & est longa materia & proluxa, missa facio ad alia transcamus, & dixi aliqua, in l. 11. numero 5. & in l. 23. num. 6. tit. 7. lib. 3. supra & in l. 1. tit. 1. lib. 3. infra, dicemus.

## IN LEGEM VIGESIMAM NONAM.

Si aliquis solariegus, vel de Abadengo nupserit, bona Dei Abadengo, non potest portare à lo Realengo, ni Abadengo: mulier vero si nupserit optime hoc poterit, quia tenetur sequi virum, & ejus subdita est, & cum eo tenetur habitare.

## SUMMARIUM.

1. Dispositum in uno ex correlativis censetur & in alio dispositum.  
2. Mulier debet esse subdita viro.  
3. Uxor tenetur sequi virum suum sive in vita, sive in morte, ubi numero 4. ampliatur, etiam si aliud pactum sit.

**I**bi, mas si fuere muger, hic deficit argumentum & consequentia, quod dispositum

in uno ex correlativis censetur & in alio dispositum, ꝛ ex l. 1. C. de indic. vid. tollend. & in l. 1. ff. de acceptilari. & in l. 1. C. de expressis lib. 11. Cessat tamen in presenti, eò quod est diversa ratio, quia vir non tenetur sequi uxorem, sicut uxor virum, & ubi non est eadem ratio cessat dictum argumentum, ut per Everardum, in Censura, in loco à correlativis, ubi tandem refert Joan. Bap. de sancto Blasio, in Tract. correlativorum, tom. 18. Tract. diversorum, ubi annectit quamplures fallentias.

**I**bi, Porque la muger es subdita de su marido, ad Colo. enim. c. 3. dicitur: Mulieres subdita sunt estote viris vestris, sicut oportet in Domino. Et in 3. Timot. cap. 3. dicitur: Mulier in silencio discat cum omni subjectione. Docere autem mulier non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silencio. Adam enim primus formatus est, deinde Eva, & Adam non est seductus, mulier autem seducta in pravicatione fuit. & 1. Petri. 3. dicitur, mulieres subdita sitis viris suis. Et sic inquit Hieronymus, in cap. cum caput 33. quaestione 5. verbum Domini blasphematur, vel contemnitur Dei prima sententia, & pro nihilo ducitur, vel Christi infamatur Evangelium, dum contra legem fideique naturæ, ea quæ Christiana est, & ex lege Dei subjecta est viro, imperare desiderat: cum etiam Gentiles fecerint viris suis serviam communi lege naturæ: est etiam text. in cap. mulierem, 33. quest. 5. & alia refert Didac. Perez, hic lib. 4. Ordinam. col. 1571. cum sequentibus.

**I**bid, Tno puede ni deve murar sino de el murare, Tenetur enim uxor sequi virum suum ꝛ, sive in vita, sive in morte cap. unaqueque. 33. q. 2. adeo ut cum etiam vagabundum, si talis erat tempore, quo cum eo contraxit, sequi tenetur, si ex justa causa & honesta vagari vult. gloss. Hosti. & alii in cap. 1. qui mar. accus. per. quam & alias & plures Docti: eam sequentes refert Didac. Perez, hic sub l. fin. tit. 11. lib. 4. Ordinam. col. 1569. cum sequentibus, ubi ampliatur etiam pactum esset in contrarium tempore matrimonii si ex causa nova alibi migrat, tenetur cum sequi, neque tenebitur ad penam statutam, ꝛ & alia ibidem adducit bona per ipsum videnda.

## TITULUS QUARTUS.

Como los Vassallos de los Reyes, que tienen tierra, o sueldo, han de yr a servir a las guerras, y de sus Capitanes.

## SUMMARIUM.

1. Rex quis dicatur, & ejus propria nomina.  
 2. In regnis Castellæ nusquam feudum visum est, nisi concessiones facta à principe nobilibus oppidorum.  
 3. Vassallus Regis quis proprie dicatur.

## RUBRICA.

**E**T cum de Dominis particularibus terram & solaria possidentibus dictum sit, nunc consequenter sequitur videre de Regibus vassallos habentibus, qui quidem vassalli solidum & terram ab ipsis Regibus habent, ob quæ Bellum adire tenentur.

Et pro hujus rubricæ declaratione aliqua notanda sunt, & primò quis dicitur Vassallus, & an per pactum & stipulationem possit quis effici homo alterius, de quibus cum in rubrica tituli præcedentis dictum sit, ad ibidem dicta te remitto.

1. Ibi, Reyes, quis dicatur Rex, dixi in l. 1. titulo. 2. libr. 2. supra, ubi & qua in Rege luceant declaravi, quæ & iis verbis memoria habendis continentur, ut sciant Reges qualiter & quomodo se habere debeant & exercitari in Regno.

Hæc sunt, quæ faciunt, præclarum nomina Regem,  
 Rex pater esse suis debet, placidusque, benignus,  
 Mitis, & humanus, mansuetus, providus, æquus,  
 Magnanimusque, liber, nec lucri turpis avidus:  
 Non sinet affectus dominari, sed rationis  
 Omnia consilio peraget, nec spurca voluptas  
 Principis egregium pectus vitabit honesti:  
 Præterea justus, prudens, fortisque, modestus,  
 Judicii exacti contemplatorque futuri,  
 Sollicitè populi commissa negotia curet,  
 Vindictam fugiens, & plurima dissimulabit,  
 Qui tenet Imperium, lenis, bellator, & audax,  
 Sed qui bellandi causam non præbeat ulli,  
 Pacis amans, semper pacis defensor & autor,

Defendet

Defendet miseros, castigabitque rebellos,  
 Corrigit & mores populi, vitis que recedet  
 Semina, componens legum monumenta bonarum,  
 Principis hæc refert meminisse vocabula semper,  
 Ut sciat Imperium cum Majestate tueri.

Et de clementia Principis vide Senecam, in tit. de clementia Principis, quem refert Joan. Faber, in Breviario Codicis sub l. civitatis. C. de summa Trinit. numero 26. & 27. Alia plura de Rege referri possunt, de quibus & per Rhedin. in Vassal. de Majest. prin. sed hæc sufficiant, ut sciant Reges quomodo se cum vassallis habere debeant, de quo in part. 2. habemus titulum 10. & 11.

Notandumque itidem est pro hujus tituli introductione, quod licet vassallagium, de quo hic, quasi assimilatur ad feudum, tamen in Regnis Castellæ nusquam visum est, neque auditum aliud genus feudum, nisi concessiones factæ a Principe & nobilibus oppidorum cum dignitate & jurisdictione, propter quæ oppida præfati nobiles tenentur ad certum servitium, veluti ad servendum tempore Belli cum certo numero militum, qui vulgo dicuntur, Lanças, & sic ratione oppidorum, quæ possident Domini ii, dicuntur Regis vassalli: Ideoque quamvis omnes ex generali obligatione sint in regno Castellæ vassalli Regis, & eidem ad fidelitatem adstricti, consuetudine obtentum est, ut proprie non vocetur vassallus & Regis, nisi is, qui ab eo castra & oppida obtinuerit, secundum Molinam, de primogeniis. libr. 1. cap. 13. numero 47. & 48.

## IN LEGEM PRIMAM.

Vassalli Regis tenentur eidem servire cum personis, quos Rex iusserit eos vocari.

## SUMMARIUM.

1. Vassallum quem esse quomodo probabitur, si ipse neget vassallagium.  
 2. Vassalli tenentur, & compelli possunt jurare Domino fidelitatem.  
 3. Vassallus tantum Dominum tenetur servire quantum ab eo feudum tenuit, & non ultra.  
 4. Censualis res, an in dabo præsentatur.  
 5. Castrum simpliciter à Rege concessum, an censatur donatum vel in feudum datum, vel custodia causa, ibid.  
 6. Vassallus cujus expensis debet ire ad Bellum cum Domino.  
 7. Unusquisque quod spondit sui Imperio dari debet.  
 8. Dominus non debet esse nimis acribus vel onerosus, seu contumeliosus exactor, sed moderatus, neque debet vassallus esse nimis declinatus, ibidem.  
 9. Imperator cum vadit Romam ad se coronandum, Barones eum tenentur comitari, vel alia facere.  
 10. Dominus si consensit esse ire ad Bellum in

provinciis remotis, poterit hoc & minus facere & compellere vassallos, ut eum sequantur. & g. ubi declaratur, & num. 10. & 11.

11. Vassalli non tenentur Dominum sequi ad Bellum injustum.  
 12. Feudum solidum est ita personalissimum, quod non transit ad heredes dantis, nec accipientis.  
 13. Vassallus tenetur Domino ad obsequium & servitium præstandum, & sic donationem non validant, ut ibi.  
 14. Officiales & ministri officium suum gratis administrare obligati, præmium nisi turpiter, non debent accipere.  
 15. Gratis aliquid debent facere si pecuniam recipiunt pro eo tenentur eam restituere.  
 16. Jurex Ecclesiasticus si gratis tenetur justitiam ministrare, & ideo si aliquid pro sportulis recipiat, tenetur restituere, ubi quod nec consuetudo contra valet, ut quid pro sententia recipiat.  
 17. Papa si committit causam iudici ordinario, cum de ea gratis cognoscere tenetur, nihil potest à partibus recipere.  
 18. Vassalli ad quæ servitia tenentur, & quæ sint.  
 19. Vassallus non tenetur ad aliud servitium, nisi ad specificatum in concessione feudi.  
 20. Dominus pacificendus cum vassallo videtur recedere à dispositione legis & contentari de eo, quod sui default in pactum.  
 21. Servitia facienda per vassallum, si non sunt expressa, tenentur vassallus ad servitia consuetæ.  
 22. Vassallus ad tria tenetur Dominis, ad personam, ad bona, ad honores.  
 23. Subsidium Domino à vassallo præstandum duplex est.  
 24. Subsidium & collectam imponit Dominus vassallis suis in sex casibus.  
 25. Vassallus tenetur à Domino convento in iudicio sententiam petere.  
 26. Magnates coram Rege sunt cooperæ capite, ceteri vero non.  
 27. Feudum potest esse sine servitio, quod dicitur feudum francum.  
 28. Servitium personale non est de forma substantiali vsus feudi.  
 29. Fidelitas est de natura feudi.  
 30. Vassallus si servitium expressit, ad illud tenetur, si minus ad contentum in l. nostra.  
 31. Illa res, quæ ad feudum dari possunt, & ad certum servitium dari poterunt.  
 32. Dominus an possit mandare vassallo quid servitia illa præstet alteri.  
 33. Vassallus non tenetur se offerre nisi vocetur, iussit

- 35 *Vassallus obicumque senferit Dominum perilitari debet ad evitandas insidias occurrere.*
- 36 *Vassallus licet debeat venire vocatus, debet tamen congrua dari dilatio.*
- 37 *Vassallus tenetur dominum adiuvare cum armis, & exclamare si solus non sufficiat.*
- 38 *Vassallus non tenetur contra seipsum Dominum iurare, vel quodvis diligentia nihil proficiat, & 39. & 40. dum tamen culpa non imputatur, ut ibi.*
- 41 *Vassallus non puniatur si deserit Dominum in bello, sed eius deserit enim in pratio existentem.*
- 42 *Vassallus an teneatur capivum Dominum liberare, ubi & num. 43. declaratur duobus modis.*
- 44 *Vassallus non tenetur Dominum liberare si incidat in perjurium.*
- 45 *Vassallus non tenetur Dominum inopem alere, nisi ut num. 46.*
- 47 *Vassallus non tenetur Domini debita solvere, nec Dominum debitum carceratum liberare, ut ibi, nisi ut num. 48.*
- 49 *Vassallus non tenetur Dominum excommunicatum, vel haereticum, vel captivum pro guerra iniuste adiuvare.*
- 50 *Domini, an possint vassallos cogere, ut accipiant eos in hospitio.*
- 51 *Vassallus non debet secretum Domini revelare.*
- 52 *Vassalli si conveniant cum Domino collectas prestare, tenentur adimplere.*
- 53 *Feudum si concessum est cum servitio equi, debet tanquam miles cum equo servare.*
- 54 *Impedimenta excofantia ad veniendum que sint.*
- 55 *Eccl'esia habens feudum a Rege, vassalla dicitur, & tenetur homagium Regi prestare.*
- 56 *Rez & Imperator debent Episcopis honorem prestare eis assurgendo, & iuxta se eos sedendo ad dexteram.*

Ibi, Vassallus, sed quomodo probabitur aliquem esse vassallum, si ipse neget vassallagium, & Dominus autem affirmet esse suum vassallum; si investitura probari non potest, & dicendum est, quod Domino sufficiat proba e illum sibi prestasse & fecisse retroactis temporibus, que homo vassallus Domino sacre & prestare tenetur, quoniam ex iis probatur esse vassallum, ut *in r. C. de lat. lib. tollen. l. 1. §. sed equi. & §. sed si qui cum sequen. & ff. de offic. pref. l. Barbarini. & l. 2. C. de sentent. & inter. omni. jud. & C. de testi. l. 1. & nisi sic perfunteretur populus deciperetur, quod esse non debet, ut in *dist. 96. talia enim argumenta sunt inducta, que tamen probant, ut ff. de restitu. l. 5. §. que autem. & videtur, quod iis probatis Dominus obtineat prestito iuramento, nisi in contrarium aliud inducatur, ut hoc est expressum in *tit. consuet. Regia. in reb. feud. ut hac & alia sic tenetur Joan. Blan. in Epito. feud. lib. 4. de contenti. feud. ca. 1. nu. 146. fol. 297. part. 2. tom. 10. Tract. diversorum, in notissimis; tenenturque vassalli & compelli possunt jurare Domino fidelitatem & neque possunt***

allegare prescriptionem in contrarium, ut optime per Roland. *consil. 93. per totum volum. & Zephali. de homagii tractans, in consil. 152. n. 7. 32. & 46. & qualiter & quomodo & iurata jurare debent, & quod ad id tenentur vassallus, tradit optime Jacob. de Ardi. in sua summa feudorum, in 2. part. cap. 142. quomodo vassallus fidelitatem jurare debeat per totum, in fol. 255. cum sequentib. dist. tom. 10. 1. part. diversorum tractatum.*

Ibi, Quo de nos tenentur terras, quid differat terra a feudo, vide optimam legem 2. tit. 26. part. 4. & no. quod tamdiu vassallus tenetur Domino servire, quamdiu ab eo feudum tenet, & non ultra, ut habetur in *c. 1. in princip. licet finitur lex deinde consu. Reg. incip. & in cap. 1. §. licet. si de feudo fuer. contro. inter Domi. & vasa. cap. 1. §. si an ille qui interfe. frut. Domi. & cap. 1. de elec. seu. pat. notat Rubens, in repetit. not. solam. §. morte. nu. 423. ff. de notis ope. non. Et an in dubio res censuales per sumatur, & vide Menoch. de presump. lib. 3. presump. 91. & in 97. declarat quid in casu simpliciter per Regem concessio, an intelligatur in feudum vel custodire causam concessum, vel donatum & traditur per Mascarlum, 1. ten. de probat. cancl. 219. nota. Sed cujus expensis talis vassallus debeat ire ad Bellum cum Domino suo, ad huc in hoc Distinctiones diverse, scilicet, quod si innominatum est servitium, vassallus debet ire expensis Domini *argu. l. sed & si quid §. 1. ff. de usura. & l. si in rebus §. postum. ff. vide lib. & l. imponi. & l. per. ibidem. qui enim utitur ministerio alicujus, impendia ei debet prestare, ut *argum. ff. de donat. inter vir. & uxo. l. si id quod l. §. 1. & l. in rebus §. postum. ff. vide modo. & l. si servus §. si. ff. de rebus. si vero nominatum est servitium, debet suis expensis vassallus servire, ut *ff. de oper. liber. l. suo vitu. & l. in fideicommissi. de legat. 3. per argum. a contrario sensu. vel melius est ut dicatur, quod si nominatum sit servitium live non, vassallus debet servare & Dominum terti suis expensis si potest, quia unusquisque quod spondit & suo impendio dare debet, ut *argum. dist. l. suo vitu. in prin. in Authen. ut nulli jud. §. 1. in Authen. de processu. Cappadocia. §. militaris. maxime si modica sint impendia. argum. ff. de impend. in rebus dotali. fac. l. quod dicitur. & l. Omnis, forte usque ad finitus feud. di. argum. C. de bon. que lib. l. §. si. ubi autem. no. C. de bonis mar. l. 1. vel usque ad dimidium fructuum. Si vero non potest servare suis expensis, tunc facit expensis Domini, & si Dominus prestare nolit, privabitur servitio, ut *argum. l. Alimenta. ff. de lib. agna. & l. Divus Claudius. §. 1. ff. de jure patr. vel referat utrum servitium sit corporale, quod corpore sine expensis potest impleri, an non, in primo casu servare tenetur, licet sit pauper, in secundo casu excusatur propter pauperatem *arg. l. cura. §. impes. ff. de mun. & honor. & l. §. in fi. C. de his qui numero liberorum. lib. 10. & l. pauper. ff. de excus. tut. & in §. sed & propter. Insti. de excus. tut. & l. si procurator §. pen. ff. manda. vel dicas quod ubi vassallus est pauper & Dominus ei prestare expensas non vult quod ei tot temporis spatium prestat, ut alimenta & expensas aliunde*******

aliunde recuperet, ut *ff. de oper. liber. l. suo vitu. in fin. & l. §. operarius editionem, unde hujus respectu forte non posset Dominus pacisci ut vassallus serviat suis expensis, ut *ff. de oper. liber. imponi. neque possit adnumerari morae, si iusta ratione & optima differat, argum. l. si quidam. ff. de usur. Secus si Dominum fraudandi causa hoc differat vel alleget: non enim debet esse Dominus acerbus vel acerbus, seu contumeliosus exactor, sed moderatus, cum instantia humanum, & vassallus non debet esse nimis declinatus, *argum. l. si servus in fin. ff. de p. qua. aut. & l. si bene ff. de usur. Ita haec refert Jacob. de Ardione, in *notis feudorum, cap. 5. & 6. mihi tamen in propositionem nostram magis applaudere distinctio Jacobi relata per Bellinum, & in Tract. de re milit. part. 2. tit. 6. scilicet, quod si de hoc sit pacta constituta, eis est standum, alius aut feudum est potens ad sumptus sustinendos, & aut Bellum est in provincia & vassallus serviet de suo, aut feudum est tenue, vel est excundum e provincia, & sic expensis Domini, quod etiam dicit Alvarot. in cap. 1. col. 7. de nova fur. fidelit. Sed cum Imperator vadit Romam ad coronam suscipiendam, & Barones eum concomitantur, tunc est expressum quod vadant vel substitutum Domino & acceptum mittant, vel dimidium annalis redditus persolvant, ita habetur in cap. 1. §. firmiter. ut de prohib. seu. ali. per Frederi. critique in electione Baronis quid ex supradictis, praetere, & faciat, ut in *dist. §. firmior. & quod dicitur de substituto Domino feudi accepto, debet intelligi secundum boni viri Arbitrium, ut ibi declarat Bald. debet igitur & pendentia & comitatu esse par substituenti, prout est regulare in quolibet substituto, ut dicitur in *l. 29. tit. 25. libr. 4. supra. & haec mihi plus placet quam alia supra relata distinctiones, excepto quod in eo, quod Bellinus dicit, quod si extra provinciam est eundem, ibi vassallus expensis Domini non placet, nam est contra nostram text. dum dicit, Sean tenendo de nos servit. consus cueros doade nos lei mandavimos, & sic generaliter hinc nihil excludit, & quia ut ipse Bellinus dicit in *dist. 2. p. tit. 4. in fin. si Dominus est conuersus in consimilibus locis, & sic provinciis remotis & pergere, prout ibi exemplificat in Imperatore, & Rege nostre Hispanie, qui in omnem Europam, & etiam Africam consuevit expeditionem facere, & se ac exercitus suos transferre, omnino tenentur eum sequi dicti vassalli terram & soldatam ab eo habentes, & inquit hoc esse dictum Speculat. in *tit. de feud. §. quoniam super homagium, vers. 25. & tenetur relati per Loazes, in allegatione pro oppido de mula, dubit. 1. §. & si forsan diceretur. n. 11. pag. 166. in parvis, & Joan. de Ligna. Mediol. in Tract. de Bello. c. 38. vol. 16. Tract. diversorum. fol. 376. id tamen intelligi verum secundum eundem Lea- zes, ubi supra. nu. 12. & 13. & iterum in pag. 228. n. 92. & 93. & Roland. Valle, *consil. 1. n. 291. volu. 3. quos feudum & soldata (sic enim loquuntur nostri) non est tenue sed sufficienti ad has sustentandas expensas & iampru, secus vero alias, quoniam tunc non teneren-*********

tur & ire suis sumptibus, neque privabuntur terra & soldata quamvis tunc non prestent auxilium, & fidelitatem adimpleant, & consimilia plura ad hoc allegat Loazes, *dist. pag. 228. num. 92. cum sequentib. pluribus, & tenet etiam Didac. Per. hic sub l. 1. tit. 3. lib. 4. Ord. col. 138. cum sequent. & optime per Guilielmum Hamcia, in *tract. de jure feud. lib. 1. c. 10. part. 2. tom. 10. divers. Tract. & Guernum Pisonis, in *praludis feudorum pag. 106. col. 4. in *dist. 1. part. tom. 10. tract. Cederem tamen cum eodem Guernio Pifone quod licet tunc non tenentur ire, neque servitium integrum prestare, tenentur tamen aliquid solvere pro feudi qualitate, & Menoch. de arbitrar. lib. 3. centuria 2. casu 214. n. 6. qui inquit, iudicis arbitrio relinquit quod dicatur exiguum feudum. Item adverte quod illud quod diximus esse in electione vassalli servare per substitutum, vel dare pecuniam, est contra nostrum text. ibi, *Consus cueros, & ibi, Per si mismo, ut ibi dicemus, neque supradictis obstat, id quod nos diximus in *l. 16. tit. 7. lib. 3. supra, scilicet, quod vassalli Regis non tenentur cum sequi extra regnum ad bellandum, quia illud procedit in vassallis non habentibus feudum, terram &, vel soldatam, nos vero hic loquimur in habentibus hac a Rege, ii enim vassalli inter se differunt, ut licet videre ex *l. 4. tit. 25. part. 4. & ibi sunt vassalli globe adscripi, qui quidem autoritate iudicis fieri debent, ex *l. 1. 89. tit. 18. p. 3. & Avend. e. 4. part. n. 3. post prin. lib. 1. Item intellige quod vassalli de quibus in nostro titulo & a fortiori illi, qui non habent stipendium a Rege, non tenentur Dominum sequi ad Bellum injustum, sed solum ad justum secundum Didac. Per. ubi supra, & probat *l. 5. tit. 26. part. 4. quod declarat ipse Didac. Per. quando notorie constat esse injustum, secus vero si esset in dubio an esset justum necne, tunc enim tenetur Dominum vassillus sequi ad tale bellum, neque in talibus exquirendis curiosus esse debet vassallus, juxta Ciceronis sententiam, ut inquit Didac. Per. ubi supra, & Bellinus in *dist. Tract. de re milit. 2. p. tit. 2. & gl. Derechamente, cum sequentib. in *dist. l. 5. ubi & inquit, quod neque defendentem se Dominum injuste tenetur juvare, ex eadem *l. 5. & tradit Menchaca, Controversiarum illustrium c. 9. n. 19. inquit tamen Bellinus, ubi supra, n. 5. quod si vassallus est subditus Regi & subeat illi ire ad Bellum, est parendum in dubio, sed si non esset subditus, tutus esset in tali dubio abstineret a tali Bello, secundum Bal. in *c. 1. qui. mod. feud. amittit. & Abbas ca. sicut. 3. col. 6. de jure jur. Alias vero miles tenebitur ad damna, partu adverte per ipsum illata, neque haberet actione ad recuperandum sua, ut per Abb. & Bellin. ubi supra. Item & supradicta scilicet, quod vassallus habens terram vel soldatam a Rege tenetur obedire ei & servare in Bello, non procedit, quoniam terra vel soldata & datur libera ab hoc onere expressit, sicut in feudo Franco de jure erat, ut per gloss. *Facer leg. in l. 2. ritual. 26. partit. 4. & ibi, O soldada. de hoc verbo, Soldada meminit text. in *l. 9. tit. 25. part. 4. ubi glo. Re cebido, inquit de soldata. habes text. in *c. 1. p. quis****************

quis dicatur Dux vel Marchio, in vers. *solida-  
ra*, & ibi quod feudum solidate est ita persol-  
nissimum, quod non transit ad heredes dan-  
tis, neque accipientis, & finitur enim cum vita  
illam recipientis, & hoc est quod in Rubrica  
nostra vocatur, *Sueldo*, quod est idem, quod  
solidata, quæ est quadam prælatio annua, &  
gratua, quæ à neutra parte transit ad heredes,  
unde finitur morte dantis & accipientis, ut per  
summam Jacobi de Ard. in *ubi. feud. c. 19. fol.  
230. in 1. part. tom. 10. Tractat. Diversorum*,  
& Joan. Thom. de Martinis, in *cod. tom. 10. c.  
part. 1. tit. 26. de feudis solidate. fol. 167.* & ibi,  
inquit in pane & vino, & similibus solidatam  
constitit esse solitam, & est idem ac si in  
pecunia.

¶ Ibi, *Esten prestos & clerici*, hinc probatur,  
quod ad obsequium & servitium præstandum  
tenetur Domino ¶ vassallus, ut probat *tex. in  
cap. 1. de nova for. fidelit. in ubi. feudo. & in cap.  
licet in 2. responsio. si de feudo desuntli. com. sit  
inter Dom. & vgn. & in cap. Dominus guerram  
licet finitur lex, & sic quamvis vassallus ob hoc  
aliqua servitia Domino fecerit, cum obsequia  
alia sint, nihil talia servitia efficiunt, neque  
validant donationem, ut notant Bal. & com-  
man. DD. in l. si donatione. C. de donatio. Sal. in  
l. filia cuius. C. sum. heres. Corneus, *conf. 289.*  
*circa primum consultationum articulum eolum. pen-  
ulti. vol. 4. Barbat. confil. 18. incip. in Jure. col.  
1. volum. 3. Callan. confil. 7. incip. vixi themate  
& consultatione col. 4. Joan. de Annot. confil.  
31. incipit. ad demonstrandum col. 1. ino pau-  
sationem ipsam turpem reddant, ut in  
simili not. Bart. in l. si quis in gravi. §. verum,  
quem ibi sequuntur DD. ff. ad Syllam Officialis,  
(iniquus) & ministros, qui officium suum  
gratis tenentur administrare, si premium acci-  
piunt, turpiter ¶ illud recipere, l. 1. C. de cond.  
ob tur. causam. l. 1. C. ad l. Jul. repetum. l. 1. ff.  
de iust. §. 1. in Auth. ut judic. sine quo suff.  
Coll. 2. & in Authen. de Coll. §. ad hoc. Callatio.  
9. & notat etiam ipse Bart. in l. ut dum. col. si.  
allegando Butricar. ff. de Just. & iure, notabi-  
liter inquit, quod ubi quis aliquid gratis debet  
facere, si pecuniam recipit pro eo, eam  
tenetur ¶ restituere, cum turpiter illam videat-  
ur recipere: pro quibus faciunt quæ de credi-  
tore debitum malo debitori remittente, tra-  
dunt Doct. præcipue, Alex. & Jas. in l. si. ff. de  
cond. ob tur. causam, & quod tradit Joan. Andr.  
in Clem. statutum. verbo; Ex jurisdictione, de  
electio. ubi concludit optime, quod cum iudex  
ordinarius gratis tenetur subsidium iustitiam mi-  
nistrare, si aliquid etiam pro sportulis receperit,  
illud tenetur restituere, etiamsi consuetudo  
in contrarium ¶ fuerit, nam non potest con-  
suetudine introduci, quod iudex ordinarius  
Ecclesiasticus aliquid pro sententia possit reci-  
pere, cujus doctrinam referunt, & sequuntur,  
Card. Ant. Barr. & Abb. in cap. cum ab omni,  
de vita & honest. Cler. Bonifacius, in dict. Cle-  
ment. statutum, col. penult. Cotlet. singular. spor-  
tula, Roma. hanc dicens communem sing. 180.  
incip. Tu feci quod ius canonicum, quam etiam  
dixit communem licet eam non sequatur Car-  
din. d. Clem. statutum, col. 1. Felin. in cap. ad  
Apostolicam, de simo. Sylvest. in summa, verbo,**

*Judex. el primero q. 8. in fin.* quamvis multi alii  
Doct. quoad iudices seculares contrarium vi-  
deantur affirmare, dicentes, valere talem con-  
suetudinem, ut tenuit glo. l. Fori. verbo, *Ca-  
strensis. C. de adv. diver. judiciorum; & in Au-  
then. offeratur. verbo. prohibitis, in fin. C. de  
litis contest. & in §. si quis autem. vers. ne autem,  
in Authen. de judicibus. coll. 6. Specul. tit. de  
salar. §. 1. versic. si vero ordinarius. Host. Henz.  
& Cardin. in d. c. cum ab homine, Anchar. con-  
sil. 201. incip. premitentium. col. 1. & Jas. hanc  
dicens magis communem in §. tripi. col. pen.  
Instit. de alio. & Ideo dicebat Anchar. dict.  
confil. 201. & Felin. in cap. de hoc. de Simon &  
Joan. Igneus, in dict. l. si quis, in grav. §. arum.  
col. 1. ff. ad Syllam. quod si Papa commisit  
causam iudici ordinario, cum de causa ipsa  
gratis agnoscere tenetur, nec tunc aliquid à  
partibus recipere poterit ¶, quod est optimum 28  
contra iudices Ecclesiasticos ordinarios capien-  
tes assessorias pro detrahendis processibus sibi  
à Papa commissis, vel eas delegato nuntio in  
partibus, & idem contra hos iudices, qui pro  
expediendis dispensationibus matrimonialibus  
aliquid à partibus recipiunt. Et cum ex legibus  
nostris Regii iudices seculares partibus iusti-  
tiam ministrare teneantur nullo modo ultra  
jura taxata à lege possunt percipere, neque  
valeret consuetudo in contrarium, cum à dictis  
legibus Regii id reprobatur sit, & prohibetur.  
Ex quibus concluditur, quod cum vassalli in  
teneantur Domino servitio, id gratis facere de-  
bent, aliis punientur poenis l. 2. & 3. infra ista  
lib. & titulo.*

¶ Ibi, *Papa non servit*, sed quæ servitia erunt  
hæc ad quæ tenentur vassalli ¶, & in feudo di-  
stinguitur quod aut sunt expressa & limitata,  
aut non expressa, sed indistincte promissa. Ex  
prioris generis vocantur servitia conditionata,  
id est qualiter ad certum servitium vel condi-  
tionata quasi pacto nata sumendo conditionem  
pro pacto, ut declarat Joan. Rayner. in cap.  
superioralem. §. firmiter. de probis. feud. alien. per  
Frederic. post Alvarot. in cap. 1. §. fin. de capit.  
qui cur. vend. & per gl. in l. §. tit. 26. part. 4.  
per text. ibi, & exemplificatur si datur feudum  
pro associanda uxore Domini, vel filia miranda.  
c. 1. §. fin. quid sit investit. gl. fi. l. 2. tit. 26.  
par. 4. vel pro serviendo Domino in Mensa. c.  
1. in princ. de novo feudo, vel quod debeat ser-  
vire cum uno, vel duobus equis, ut in l. nostra,  
quæ quidem exempla referuntur per Glo. Iser.  
& Alvarot. in cap. 1. §. fi. de capit. qui cur. ven.  
& hoc casu non tenebitur vassallus ad aliud ser-  
vitiū, nisi ad specificatum ¶ in concessione 20  
feudi, secundum gl. in dict. §. fi. & probatur ex  
d. l. §. in princ. tit. 26. par. 4. quia contractus  
ex conventionem legem accipiunt. l. 1. §. si con-  
veniat. ff. de posi. l. contrarius ff. de regul. jur.  
cum vulgaribus, & Dominus pacifescendo cum  
vassallo videtur voluisse recedere à dispositione  
¶ legis, & contentari de eo, quod fuit redu-  
ctum in pactum. l. fin. C. de pactis, quæ super  
dote. & ita concludunt Jacob. de sancto Georg.  
in sua investitura. versic. & promissuram. num.  
28. & videtur approbari in dict. l. §. ibi, Enten-  
ces lo devon complir en aquella manera que le  
prometieron: nec obitat, quod ubi lex obliga-  
tionem

tionem introducitur, nisi nominatim caveatur,  
ut ea sola utantur, etiam veteres actiones nobis  
competant, ex l. quoriet. ff. de alio. & oblig.  
nam satis dicitur partes id expressisse, ex dinu-  
miratione, & conventionem circa illorum, ad  
quæ quis tenetur & obligatur, nam cetera vi-  
dentur exclusa, ut per Zephal. confil. 151. num.  
33. versic. secundo movere, limitata enim cau-  
sa limitatum producit effectum. Idque clarius  
probatur ex secundo casu dictæ legis, cum in-  
certa servitia promittuntur, tunc enim inquit  
lex illa, quod tenetur vassallus ad illa, quæ ex  
legis dispositione sunt inducta, ergo clare dat  
intelligere lex illa, quod in casu contrario cum  
certa servitia promittuntur ad illa tantum ten-  
entur vassallus, non verò ad alia à lege ex-  
pressa, dum tamen illa expressa in conventio-  
ne apponuntur non gratia exempli, sed obli-  
gationis. prout quando gratia exempli loquan-  
tur contraria adducit per Guer. Pison, in præ-  
lud. feud. tit. servitia certa. quæ dicantur, fol.  
107. p. 1. tom. 10. diversorum tract. in novis,  
quæ videbatur contra tenere, imo quod etiamsi  
certa servitia essent promissa, alia non exclu-  
derentur, & adducit alia fundamenta pro hoc,  
quæ cum tantum procedant, cum gratia exem-  
pli expressantur in conventionem servitia, non  
verò si gratia conventionis & obligationis ex-  
pressa. In secundo verò casu quando servitia  
sunt indistincte promissa, & sic non expressa,  
& tunc tenebitur vassallus ad servitia ¶ consu-  
ta, quæ veniunt ex forma fidelitatis, de qui-  
bus in cap. 1. de forma fidel. cum cap. sequen. &  
licet lex exprimentur, ad reia tantum redigantur  
¶, ad personam scilicet bona & honores, quoad  
personam; quia tenetur vassallus Domino præ-  
stare auxilium in guerra. c. Domino guerram fa-  
ciente. in tit. huc finitur lex. Contrad. ad c. 1. de  
nova for. fidelit. versic. & si contingit. cap. 1. qui  
modi feud. amittantur, cum tamen bellum sit ju-  
stum, ut & probat d. l. §. tit. 26. par. 4. & di-  
ximus supra ista l. num. 21. & iterum repetam-  
us in glo. Confus. ceteros, istiusmet legis: Quo-  
ad bona verò tenetur vassallus servitio Domino,  
quia Dominus potest ei imponere subsidium,  
sive collectam, quæ quidem collecta est im-  
positio numeris, sine oneris, ut per Alberic. in  
dictionaria. verbo. Collecta, quæ & appellatur  
subsidium à subveniendo, idque est duplex vo-  
luntarium & necessarium ¶: voluntarium datur  
gratuito sicut quadam donatio; necessarium  
verò quasi in vite, quia imponitur alicui homi-  
ni, vel populo, ita quod quodammodo coactè  
subitur & hoc appellatur iudicium, vel super-  
inductum, id est superimpositum l. 1. C. de super  
inductum. §. collecta, & collectam hanc imponit Domi-  
ni vassallis suis feuda tenentibus ab eis ¶ in sex  
casibus relatis per Specul. in tit. de feudis. §. quo-  
niam, quasi ad finem, & late per Guer. Pison,  
in prælud. feud. tit. servitia incerta quantum sint,  
fol. 107. in fin. cum seq. 1. p. tom. 10. tract. quæ  
hic referre non curo, nam videtur mihi extra  
materiam, & esse in longum procedere: quoad  
honores verò tenetur vassallus Domino servitium  
26 præstare, scilicet, ut non vocet eum in jus ¶ sine  
venia, ut inquit text. in cap. 1. §. fi. de mili. vass.  
qui cont. est, ibi eum salva reverentia competen-  
ter cogere, quod intelligo, ut pro aliis non sit  
Azcovedo in Recopilacionem. Tom. IV.

in iudicio contra Dominum suum, bene tamen  
pro se, ut inquit glof. in eo. d. c. 1. dicens, quod  
pro se non tenetur vassallus veniam petere à  
Dominio, de quo per Guido. Papæ, decis. 511.  
& hæc verior & crebrior est opinio, secundum  
Zephal. confil. 241. num. 110. contra id quod ibi  
dixit n. 13. & tradit Bald. confil. 410. vol. 5. sed  
quoad reverentiam & honorem præstantia Do-  
minio tenetur quidem vassallus, & sic in His-  
pania & Germania moribus receptum, inquit  
Guer. Pison, ubi supra, quod soli Principes ac  
Duces recto capite cum Rege loquantur, Comi-  
tes autem & Barones ac ceteri, qui pro magna-  
tibus non sunt declarati capite ¶ semper nudo, 27  
Alias autem obligationes vassalli erga Dominum  
videbitur per Afflicti, decis. 263, & vide etiam  
l. 22. titul. 21. part. 2. Potest tamen esse feud-  
um sine servitia, quod dicitur feudum  
Franchum, ut supra diximus, & valet pactum  
de hoc ¶, quia servitium personale non est 28  
de forma substantiali ipsius feudi, ¶ secundum 29  
Isern. in cap. 1. §. fin. in qui. cau. feud. amitt.  
fidelitas tamen est de natura feudi, ¶ ut ibi per 30  
cum, & per Zephalum, dict. confil. 151. n. 29.  
& 30. & sic servitium prout fidelitatis appropria-  
tum dici poterit de natura feudi, ut videtur  
tenere Rom. confil. 368. & Guer. Pison. ubi su-  
pra, fol. 108. & ex dicta l. §. tit. 26. part. 4.  
probari potest: quæ omnia licet in feudo loquan-  
tur, quod est differens à materia nostri tituli, ed  
tamen quod servitium, in quantum ut dixi,  
fidelitati incorporatur, & in nostra procedere  
possunt materia, ut scilicet si vassallus certo fe-  
votio obligatur, illud & non aliud præstare te-  
neatur, ¶ ut dictum est in feudo, & iterum in-  
fra repetemus, si verò nullum servitium sit ex-  
pressum, tenebitur vassallus ad id, quod in  
hac lege expressum reperimus: nam & illa res,  
quæ ad feudum dari possunt, possunt & dari  
ad certum ¶ servitium determinatè, & indeter-  
minatè, ut inquit Jacob. de Ard. in sua summa  
feudorum tit. in casib. servendorum, c. 33. Sed an  
poterit Dominus mandare vassallo si imminer  
necessitas ¶ quod servitia illa personalia præter 33  
alteri, vide Guer. Pison. in prælud. feud. Rubric.  
servitia incerta. 1. p. dicti tom. 10. diversorum tract.  
fol. 107. col. 4. de quo tamen dubito, quia vassallus  
non est servus, & sic ipsemet Author, dubitat an  
verò id sit, licet Bal. in l. 1. in fi. C. de op. l. id teneat.

¶ Ibi, *Que el tiempo que nos los embiaremos*,  
& sic vassallus non tenetur se offerre, nec servitium  
præstare, nisi vocetur, sufficit enim quod  
sit paratus servitio ¶ si sibi denuntietur à Domino  
arg. l. si denuntiaste 1. Resp. §. sed propter ff. 34  
† universa quies & pax regni & regnicolarum, castrumque & civitas non differunt, nisi sicut parva civitas à magna, & castrum est membrum † civitatis, ut in l. qui ex vi. 2. c. ff. ad municip. quam ad hoc allegat Afflicus, in consue. Sicil. lib. 3. Rubr. 29. n. 7. fol. 124. col. 4. ubi quid sit castellum, quid castrum, quid terra plena, & quid turris. & Matien. in l. 6. glo. 5. num. 3. cum sequent. tit. 7. libr. 5. Recopil. Et necessaria esse castra ac munitiones in Regno †, & fortalitia pluribus de causis firmat Sanctus Thomas, libr. 2. de Regimi. Princ. cap. 11. quem ad hoc alleg. glo. Fortalit. in l. 1. tit. 18. part. 2. inferes ex hoc quod si aliquis fecit majoriam de aliquo magno termino, & ibi est quoddam fortalitium de quo nihil disponat in specie, veniet in tali majoria fortalitium †, † sequitur Pelaez, de majora. 1. p. 9. 10. num. 18. & 19. Et an castrum concessum censentur concessa munitiones, ut trabuchi † & similia, dicendum est quod sic, si ibidem sunt appolita pro perpetua castri defensione, secundum Bald. in cap. 1. §. ad hoc. de pac. jur. fir. & in cap. 1. §. si quis, de mansu. col. 3. de cont. iur. sequitur Corpola, de servit. tit. 31. de sum. n. 12. & Tyber. Dec. Respons. 33. n. 30. vol. 2. quod optime declarabis ex Menoch. de presump. libr. 3. presump. 99. per totam maxime n. 6. & ex Pelaez, de major. 4. p. 9. 33. n. 10. cum sequent. ubi num. 7. tractat questionem, an arma posita in rebus majoratus accrescant † majoratus, de qua con- trarium fuisse determinatum, inquit Molina, de primog. lib. 1. c. 26. n. 5. de quo dixi in l. 6. tit. 7. lib. 5. supra. Et an castrum simpliciter † alicui concessum censentur donatum, vel in feudum concedi, vel custodie causa dari, & in hoc Brunus, conf. 87. n. 1. & 2. inquit causa custodia ceteri traditum, eo quod quia ubi ignoratur causa traditionis, id presumitur, cum Dominii translatio non presumatur. l. cum pater §. Pater pluribus. de legat. 3. ubi Bart. licet & clavium traditio presumitur facta causa loci custodiendi †, qui clavibus illis clauditur, ut per Lucam de Pena, in l. 3. presump. 29. C. de Aposch. pub. lib. 10. quod tamen non habet locum, quoties praecessit titulus habilis ad transferendum † dominium, † venditionis vel donationis, vel quando verba traditionis significarent translationem Dominii, nam tunc cessat praesumptio custo-

dia, secundum Menoch. de presump. lib. 3. praesumptione 96.

¶ Ibi, De estos nuestros Reynos, quorum Regnum Castra & fortalitia in eis posita praesumuntur † esse, & Regni Castra talia possidentis jure Domini. ut inquit tex. in l. 1. col. 1. tit. 18. part. 1. ubi optime glo. De derecho, sunt enim haec hereditas propria, secundum Avenda. cap. 4. prat. n. 2. libr. 1. & haec si sunt in civitatibus & villis ad earum defensionem constituta, cedunt civitatibus & villis in quibus sunt, & erant illius, cujus est civitas & villa, & etiam omnes munitiones prout sunt trabuchi, ballistae, & similia, ut diximus in glof. precedente, ex Bald. quem refert & sequitur glo. E los castillos, in dict. l. 1. tit. 18. part. 2. ubi, inquit, quod in illis Rex & Regnum similiter habebunt fundatam suam intentionem, velut in accessoriis & pertinentiis, nam ut inquit Alta de presump. Reg. 2. presump. 20. n. 2. quem refert & sequitur Menochi in dict. lib. 3. presump. 100. n. 10. Castrum praesumitur ejus esse cujus est Regnum †, ubi optime declarat Castro, oppidum †, & civitati praedia adjacentia quando praesumantur esse Princip. & Domini ipsius Castri, oppidi aut civitatis: notandumque itidem esse Castrum probari esse territorii alicujus civitatis, eo ipso quod probetur illud subesse onera † illius civitatis, vel ibi solvisse collectas, ut per Mascar. 1. tom. de proba. concl. 271. castrum.

¶ Ibi, Naturales dellos, similis in l. 2. col. 1. tit. 18. part. 2. & ibi glo. Comedio, aded ut neque per viam alienationis possit Rex, vel Dominus castri vel fortalitii pro custodia Regni edificati, illud in externos Regni alienare †, ex l. 1. col. 2. tit. 18. part. 2. ubi glo. 2. De fuera. legem nostram ad hoc considerat, & allegat, ne secreta Regni pandantur, vel facilius castrum perdat, & per tales externos alii tradatur, & ibi glof. illa examinat questionem illam, an per viam successione & agnationis, mortuo possessore talis castri poterit exteris succedere, & tandem verius † esse concludit ex dict. l. partitatum, quod neque isto modo possit exteris succedere in tali castro, etiam si habeat chartam naturalitatis, refert Pelaez, de major. 1. part. quast. 38. num. 16. navitque Castello equiparatur, ex l. 9. in fin. tit. 24. p. 2. & in exterum non debet navis transferri, neque in ea merceres exterorum portari, sed Regnicolarum, ut dixi in l. 14. tit. 3. lib. 1. supra ubi plura retuli exteris à Regno prohibita. imo & illa l. 1. tit. 18. part. 2. versic. E queriendo, probat unum singulare & alia lege non provisa, scilicet, quod si Dominus fortalitii † & Castri pro custodia civitatis aut ville suae constituti vendat illud Regnicola, potest Rex illud pro tanto retrahere, quod alibi necesse constitutum, inquit ibi glof. E queriendo, quod est optimum ad leges retractum de quibus in lib. 5. supra, penamque lesae Majestatis incurret alienans scienter Regnum in hominem † injuriosum Regi vel Regno, ex dict. l. 1. versic. Perende el que, ubi glof. A quien ad hoc allegat gl. 1. 5. verbo, Castra. ff. ad-

l. Julianam maje. ubi conciliat in hoc quasdam leges partiarum contrarias invicem.

¶ Ibi, Que los Alcaldes sean tales que guarden nuestro servicio y la tierra de dano, similis l. 20. tit. 32. part. 3. & l. 6. tit. 18. part. 3. ubi quinque considerantur ad custodiam Castrorum †. Primum quod sint tales custodes eorum quales huic rei conveniunt, & prima qualitas ibi describitur, scilicet, ut sint nobiles, & sic De buen linaje. & iudem l. 7. ejusdem tit. & partit. ut & in dict. l. 6. inquit glof. 1. imò & substitutus ejus debet esse ejusdem qualitatis ex dict. l. 7. ubi gl. En su lugar, ubi querit glof. Anfi. Castrum perdat substitutus illius, qui illud sibi commisit, excusetur committens vel teneatur sibi commissarium † presentare: non tamen debet talis commissarius secundum illam l. 7. restitueri Castrum illi, qui sibi illud tradidit, si tradens tunc temporis erat apud inimicos, ex quo glof. A el mesmo, inquit ibi quod debitor solvendo creditori capto à latronibus † non liberatur, si solutio fit ad commodum latronum: locus vero si in creditore commodum aut liberaretur à latronibus. sed quid si tenens castrum, vel fortalitium moriatur sine lingua, cui debet † tunc tradi, vide optimam l. 8. tit. 8. p. 2. aliter enim si potest ipse debet tenentem nominare talem ut conveniat, ut ex text. ibi colligitur, & ibi glof. 1. & qualiter castra sint defendenda, vide l. 12. tit. 18. part. 2. & l. 13. & 14. ibidem.

### IN LEGEM SECUNDAM & TERTIAM.

Castra & fortalitia in limitibus constituta expensis regis reparantur, turris autem, & muros civitatum, villarum, & locorum expressi ibidem habitatorum.

### SUMMARIUM.

- 1 Castra limitrophia qua dicantur.
- 2 Reparatio castrorum & fortalitiorum in consimilibus alterius requisitorum ad Regem pertinet. & n. 3. quid si in Regno. & 4.
- 3 Dominus si sit negligens in custodia & reparacione Castrorum, Rex id faciet.
- 4 Tempore necessitatis potest Princeps nulla precedente munitione ipsa vassallo invito illius castrum simul cum vassallo custodire.
- 5 Rex potest Ecclesie turrim fortificare, Ecclesiamque belli tempore in castellare quando aliter defendi non potest.
- 6 Reparationum expensas tempore belli factas Rex non recuperabit.
- 7 Castrorum reparacione quando Reges, quando Dominus, quando subditi teneantur.
- 8 Edificatio, vel reparatio turrium ac murorum civitatis vel ville a quibus faciendae. ubi mon. 11. quia si de nova fiam, & n. 12. & n. 13. quid si expensa debet esse modica.
- 9 Muri principis auctoritate, aut sententia dirupti, nunquam reparandi.
- 10 Murs an possit constri in praedio alicujus privati eo invito.

Reparari castrorum desertorum, vel de novo adificari populum, ubi homines se congregant, habeat jurisdictionem in illo. ibidem.

Ibi, De las Fronteras, que dicuntur castra limitrophia, quae in finibus regni posita sunt ut in l. 1. C. de finibus limitroph. lib. 10, quae quidem in limine imperii non licet privato habere ut per Plateam, ibi, neque edificari sine principis licentia, secundum Bar. & reliquos in ea l. 2. & Brunum conf. 87. n. 18. & Menoch. de praesumpcio, lib. 3. praesumpt. 97. num. 16. & Matien. id limitans. l. 6. glos. 5. num. 9. tit. 7. lib. 1. sup. & sic custodia castrum desertorum non est committenda privato, secundum gloss. in dict. l. 1.

Ibi, Se reparan de nuestras dineros, hic & in l. 1. precedente habet textus probantes, quod reparatio castrorum, & fortaliorum in confinibus alterius regni storum, quae limitropha vocantur, ad regem pertinent & quae iura ad hoc considerat Avendañus. c. 3. praerog. n. 4. vers. in areibus. lib. 2. & gl. De comm. in l. 20. tit. 3. p. 3. eo quod sunt propria Regis, neque per privatam possideri possunt, ut in glos. precedenti diximus: sed si non sunt limitropha, neque possidentur per dominos aliquos temporales, quia civitatis, aut villae in quibus sunt, praesumuntur esse, ut in l. 1. supra ista tit. dictum est, & sunt intra regnum in locis pacificis, ad reparandum, & custodiam tenentur vicini, & non Rex, cura tamen reparandi ea Regi pertinet & ex l. 10. tit. 18. part. 3. & l. 20. tit. 32. part. 3. & huiusmodi reparatio expensis communibus talis populi, quae vulgo dicuntur, Proprios de Concejo, facienda est, quibus deficientibus (& in hoc casu loquitur l. 3. tit. 6. infra lib. 7.) imponitur collecta secundum vires patrimonii uniuscuiusque, ut in d. l. 10. & notat Bar. in l. ad instructionem C. de sacros. Eccles. & Alex. in l. rescripta. §. ff. de mune. & honor. & Avend. ubi supra num. 4. & contribunt etiam vicini illius civitatis, vel villae subiecti, ut in dict. l. 3. tit. 6. infra lib. 7. dicitur, quod si talia castra & fortalitia non sunt limitropha, & à dominis particularibus & inferioribus rege possidentur, licet ex eis habitatores, & vicini locorum ex eis commodum sentiant, ipsi domini tenentur & ad reparandam & custodiam eorum, tam tempore pacis quam belli, ut ut notat Angelus per text. ibi. in l. curres. C. de operi. publ. quem sequitur Jaso, sequuntur & alii relati per Avenda. dict. cap. 3. num. 4. in princ. & Loazes in allegat. de Mula, d. ubi. 1. num. 17. & l. 8. §. & si forsan. pag. 168. & probat text. in l. 1. vers. Vaquellos a quien los dan. tit. 18. part. 2. & text. in l. 15. cod. tit. & part. ibi. Pero si el Señor no labiereza, & tenet glos. in dict. l. 20. tit. 32. part. 3. & sic princeps potest praecipere & mandare, ut castrum, cuius est dominus reficiat, reparat, atque custodiat, & in eius negligentiam & principis illud reparare, reficere, atque custodire valebit, ut resolvit Bald. conf. 158. incipienti, Praepomitur quid quidam loci. col. 1. vol. 3. Imo & tempore necessitatis potest princeps

ps & nulla precedente monitione, ipso vassallo invito, illius castrum simul cum vassallo custodire, ut notat idem Bald. in §. quid ergo. de invest. de reali. fac. in usibus feud. quis interest eius tanquam sui regni dominus, & proprietarius, de sua proprietate, & regni castris se secutum facere. l. pen. ff. de usfructu. l. si ita legamus. §. Dominus. & ibi notat Albericus & in l. si ff. de usu & habitatione. Imo & potest Ecclesiae turrim fortificare, Ecclesiamque belli tempore incastellare & quando aliter suae defensionis non potest providere, & notat Cynus, & Bald. in l. nullus. C. de summa Trinit. & sid. carbo. idem Bald. conf. 358. vol. 1. Bonifacius in sua peregrina verbo, Ecclesiam. Capicinus decisione Neapoli. 17. Lucas de Penna in l. si decima. C. de exco. trib. lib. 10. est tamen verum quod si Rex in tali refectione & reparatione tempore belli facta aliquas expensas fecerit, neque ab ipsis castrorum dominis, neque ab eorum subditis eas recuperare poterit, tales enim expensas & refectiones tempore belli factas, cum de regis, regnorum suorum utilitate, ac defensione agatur, facere tenetur, & ad eas minime eorum subditi, & predictorum castrorum Domini adstringuntur, nisi in casu quo principum redditus, atque mansupia non sufficerent, nam tunc & subditi & dicti Domini pro rata tenebantur, & prout singuli de populo ut notabiliter voluit Bald. in l. si in aliquam. ff. de offi. proconsul. Crenens. singul. 25. incipienti si princeps. Corpola de seroitur. Urban. c. 59. col. ff. Boerius in tract. de custodia clavium, & Thomas Grammat. conf. 13. col. penult. & glos. per text. ibi. in l. 15. tit. 18. p. 2. & de Castrorum reparatione & quando Reges, quando vero Domini, quando subditi teneantur, vide Joann. Socaratis in consuetudinibus Cataloniae fol. 53. in titulo qualiter datur potestas castris, si castrum est destructum col. 3. vers. ac vero si castrum est destructum.

Ibi, Que las reparen y labren los vecinos y moradores, hic colligitur alia conclusio quod reparatio, & edificatio murorum & turrim, ab ipsi vicinis, & habitatoribus earum debet fieri, & ab alijs qui tempore necessitatis, fruuntur murorum refugio. ex text. nostro, quem ad hoc consideravit Avenda. c. 3. praerog. n. 6. vers. si vege agatur lib. 2. Ubi autem sunt de novo edificandi, secundum eum ibi, expensa fit ad universitate, & cui ob id praestanda est tertia pars portagiorum, ut in l. 7. tit. 7. part. 5. & in casu in quo ex redditibus communibus dicta reparatio esset facienda, eis deficientibus ex collecta & sunt muri reparandi ex text. in l. neque splendissime. C. de operi. pu. & in l. omnes co. tit. & notat Avend. ubi supra. nisi secundum eum ibi reparatio esse parva, & modica, nam tunc ad talem modicam reparationem murorum non omnes vicini, sed illi tantum qui sunt proximiores, & habitatores circa muros, nam tales ob proximitatem habent maiorem usum ut per Joan. de Platea in l. per viciniam. C. de excusat. nemi. coarct. Muri tamen principis auctoritate aut sententia disrupti nullo modo

modo sunt reparandi, & ut per Bart. in l. sacra. §. muro. ff. de rerum divisio. Fabet l. si servus. C. de panis, Avendañus d. n. 6. vers. si tamen, potestque iudex loci secundum eum ibi, versiculo item iudex, muros reparatione indigentes reparare ut in ea. sicut excellentiam. 23. q. 4. ubi idem de reparatione ecclesiarum & vide text. & ibi glos. muris l. 20. tit. 32. p. 3. ubi querit glos. an possit murus constructi in praedio alicujus privati eo & invito. An reparans Castrum desertum, vel de novo edificans locum ubi se congregat populus, habeat jurisdictionem in illo populo, vide Bald. c. 1. §. marchio, de iis qui feud. dare sol.

Domini vassallorum possunt compellere vassallos ad custodiam & castri, notandum, & diuturnam, & in hoc tenet cum Jacobo de sancto Georgio, in Tract. de homagio in princ. n. 43. p. 2. tom. 10. Tractatum de reparatione Doct. fol. 176. scilicet, quod si est castrum in periculo tempore guerrae, quod omnes tenentur ire ad custodiam, secus vero alias. Et an possunt cogi hospites recipere, & vi. de Burgos de Pa. consil. 2. num. 6. 7. volum. 1.

Ibi, Ballimentos, quae veniunt in tali occasione ballimentorum appellatione, & vide 6 optimam l. 10. tit. 18. p. 2. ubi singulariter probatur sal etiam venire eorum appellatione, quod ibi glos. La sal. inquit esse notandum, quia non reperitur ita notabilis text. ad hoc sicut dicit l. 10. & in facto inquit vidisse dubitari, an habens privilegium ad portandum victualia undecumque & an possit portare litem & regno Portugaliae.

Ibi, Que se derriben, Potest enim princeps debile castrum in hostium confinibus positum à fundamentis destrui facere, ac penitus demoliri secundum Bald. consil. 232. vol. 4. quem refert & sequitur Capicinus decis. 17. n. 3. & Loazes in allegare de Mula, in responsione ad. 3. fundamentum Oppi. de Mula, in 9. pag. 250. in parvis.

IN LEGEM QUARTAM.

Fortalitia limitropha quo tempore sunt visitanda: & in numquamque fortaliorum quot persone debeant adesse, describuntur in libro regis, & arma, & munitiones necessariae apponuntur ibidem & informantur de intrinsecis fortalitiis, ut diramur.

SUMMARIUM.

- 1. Persona cui ponenda sunt pro custodia castrorum quot convenient.
- 2. Fortalitia debent esse praeparata hominibus & omni alia munitione.
- 3. Maxime tempore guerrae in quo potest Rex castrum vassallo fortificare.
- 4. Domini an possunt compellere vassallos suos ad custodiam castrorum.
- 5. Vassalli an possunt per Dominos cogi hospites recipere.
- 6. Ballimentorum appellatione pro custodia castrorum, quae veniunt.
- 7. Privilegium habens ad portandum saltem, ubicumque esset, an possit portare ad regnum Portugaliae.

IN LEGEM OCTAVAM.

Domus fortes, & fortalitia non sunt in regno facienda, sine speciali Regis licentia, & in contrarium facta demoliantur: licentiaeque regis Henrici pro his constructis concessa revocatur, & virtute earum fortalitia constructa, jubet lex nostra demoliri.

SUMMARIUM.

- 1. Domus fortes prohibentur fieri pluribus de causis.
- 2. Domus fortes ad delictum destruita non debent amplius reedificari sine Principis licentia.
- 3. Munitione perniciosa non debet fieri in aliquo loco.
- 4. Ravones possunt castra in suo territorio adificare, dum tamen non sint ad amulacionem, vel nisi ut ibi, & unum §.
- 6. Privilegium valide concessum, si post appalear merum potest revocari.

Ibi, Personat que cada Alcaide ha de tener en la Fortaleza, qui quidem erunt tot, quot necessarii fuerint pro fortalitiis custodia, nam regulariter custodia & secundum necessitatem ponenda est l. sicut certa. §. custodia. ff. de commod. & probatur ex text. in l. 9. vers. Quamvis intendit que le conviere. tit. 18. part. 2. ubi glos. 1. ita notat, & ex l. nostra itidem decerpitur, ibi. Que fuerint mester.

Ibi, En cada una de las dichas fortalities se ponga la municion, debent enim esse fortalitia praeparata hominibus, & armis, & omni alia munitione necessaria, ita ut non peccentur, cum in eis maxima salus Reipub. consistat, & negligentia custodum, vel culpa eorum, si deficient, tenebantur, ut inquit text. in l. 1. col. 3. in §. tit. 18. part. 2. & ex l. 9. & 11. cod. tit. & l. 1. part. maxime tempore guerrae quo casu potest rex castrum vassalli fortificare & ibi ponere custodes secundum Bald. in Auth. non si haret. C. de litigio. relatum per glos. E lo in d. l. 1. tit. 18. p. 2. Imo & ecclesiae edificia tali tempore potest fortificare, ut in precedenti lege dictum remanet. Et an

Ibi, No sean ofados de hazer castas fuertes, limitis est text. in l. 18. tit. 6. lib. 3. supra ubi aliqua diximus, & ratio decisiva nostrae legis est, tam propter damna regni, ex eis obvencientia, quam ob evitandam emulationem, propter quam fieri solent, quibus & de causis omnino prohibenda, sunt, argum. ff. de operi. novum, & ibi Bart. ff. de operi. pub. Bald. in l. ex hoc jure. col. 4. ff. de just. & jur. notat. gl. En los in l. 1. tit. 18. p. 2. ubi legem nostram ad hoc considerat, & praefertim hae procedunt quoties tale castrum, vel domus sunt destructa propter delictum, nam tunc amplius, absque principis licentia

tia & reedificari non debent, secundum Bart. post Dynum in l. si quis adulterium §. si quis. & ibi Angelus ff. de adul. quos refert & sequitur Benedictus in cap. Rainutius. verbo, Domum. fol. 198. col. 3. vers. Et tales domos, de testamentis. & Afflictis in loco statim allegando. num. 6. ubi ampliat etiam in parte, & non in toto ex regis mandato destruetur, nam sine ejus licentia refici non potest. Et similis constitutio huic nostrae legi in regno Sicilia reperitur, ut patet ex Afflictis in consuet. Sicilia. lib. 3. Rubr. 29. num. 4. sub tit. de novis edificiis. fol. 124. ubi num. 5. ex Bart. in d. l. opus, inquit, quod si aliquis faceret munitionem in aliquo loco, quae posset esse periculosa & alicui civitati, non debet sibi permitti, & idem si esset verocuncta alicui civitati quam ei, cui subiecta est, & haec est una de limitationibus ad regulam illam, quod in solo cuiuslibet est licitum edificare, quas descripsit Cepola de servit. urban. c. 89. Sic etiam limitat, ubi supra, Afflictis regulam illam, scilicet, quod varones possunt castra in regno edificare sine licentia Regis in illorum territorio, nam ibi eam limitat, nisi talia aedificia & fierent ad emulationem, vel injuriam alterius, vel nisi esset in confinis regni, quia praesumitur suspicio futuri scandali, vel nisi ad tribulationem Reipub. vel adversus quietem alterius civitatis fieret, vel nisi fieret in terra de dominio regis, vel nisi fieret in solo privati, & praerberet causam seditionis, & scandali. Nam tunc etiam de licentia & Regis fieri non potest, quia publica utilitas private praefertur, & idem dicit ubi supra, dicit num. 5. Afflictis, si postquam factum est, tempore labente fuit causa tale castrum seditionis, & scandali, quia tunc potest destrui, sicut a principio po-

uit prohiberi ne fieret data materia scandali, & seditionis, quia haec paria sunt ex l. 2. §. & generaliter. ff. de doli except. & pro hoc allegat Afflictis ibi. text. in cap. fuggebum de decimis, ubi privilegium valide concessum, si postea potest scandalum & ex eo oriri, potest ex dicta nova causa revocari, & ibi glol. allegat alia jura, & Baldus in l. fal. C. de div. rescrip. Platea in l. eos. C. de aqua ductu. lib. 11. Imola in l. ex fallo. col. 4. ff. de vulgur. haec tamen licet de jure civili procederet Regula, ex l. tamen nostra, & similibus in nostro regno nullo in casu licet domos fortes, & fortalitia facere absque regia licentia, ut tenet ex nostris legibus Mariengo in l. 6. glol. §. n. 9. tit. 7. lib. 5. supra, ubi & aliqua diximus, & ipse Mariengo per totam illam glol. plura refert, & Villalobos in commun. opin. littera E, & Olanus in concordia Antimo. littera C. num. 4. Ubi ex eo quod in his regnis ex aedificiis dictorum fortalitiorum & domorum fortium materia seditionis, & emulationis praestatur, idem nunc hodie quod de jure communi depositum videtur, cum semper deat emulationis, & discordiae ratio, ob quas neque de jure communi liceat sine principis licentia ea construere.

## IN LEGEM DECIMAM.

Pro ejus exemptione, vide text. ubi gl. in l. 31. tit. 18. part. 2.

Pro leg. verò. 11. vide Tractatus de Homagiis in diversis Doctorum tractatibus insertos, & qualiter, & quomodo sint Castella reddenda Regibus per Castellanos, vide text. in l. 18. tit. 18. part. 2. & haec pro hoc titulo sufficient.

## TITULUS SEXTUS

## De las Armas.

## SUMMARIUM.

- |   |  |
|---|--|
| 1 Arma, secundum aliquos ab arcendo dicta sunt.                                   | 7. quod hae arbitrio iudicis relinquuntur.                                       |
| 2 Arma que dicantur, & qua veniant eorum appellations.                            | 8 Arma non comprehenduntur appellatione suppellectilium, vel massaritarum.       |
| 3 Armati, non solum sunt tela habentes, sed & quid aliud, quo nocere possunt.     | 9 Arma jure Digestorum, non erant prohibita, & quid jure can. & nostro. & n. 10. |
| 4 Armorum appellations, an veniant lapides & fustes.                              | 11 Arma, quis primus prohibuit.  |
| 5 Armorum appellations, an veniant saxa & lapides. & n. 6, an comprehendatur cul- | 12 Armorum quatuorplex usus, & ad quid serviant.                                 |
|   | 13 Armorum primus inventor.  |

## RUBRICA.

ET cum superiori titul. de Castellis, castris & fortalitiis dictum sit, pro quorum defensione, & custodia arma sunt necessaria, ideo post precedentem titulum subsequitur hic noster de armis. Pro cuius Rubrica declaratione sciendum est, quod arma ab arcendo, secundum quosdam dicta sunt \*, quod his hostes arceantur, vel ab armis, id est humeris, quod ab his pendeant: vel a verbo Graeco, quod est convenire, quod maxime corpori convenire debeant, de quo verbo Graeco Jurisconf. ait, arma sunt omnia tela \*, hoc est fustes, & lapides non solum gladii, hasta, & framae, item Romphea in l. 3. §. armis. ff. de vi & vi, arm. optima l. 7. tit. 33. p. 7. in l. armorum, 41. ff. de verb. signifi. ubi Rebuffus plura de armis retulit, a quo & ab aliis necessaria ad hunc titulum & praecipuum colligemus. Et armatos non utique tantum eos accipere debemus, qui tela habuerint, sed etiam eos qui habent aliud \* quod nocere potest. l. armatos. ff. de vi publica, & armatos eos vocat Cicero in oratione pro Aulo Caccinna, qui scutis, telisque parati, ornatique sunt: quod si glebis, saxis, aut fustibus quis deiectus est, perinde valet, quasi armatissimi fuissent si reperirentur ita parati fuisse, ut vim vita, aut corpori potuerint afferre. Aliquando tamen Rhetores utrumque expriment ad uberiorem & certiore elucidationem, ut arma, tela, non tamen volunt ex hoc inferre, quin armorum appellatio sola non significet etiam tela, ut superius dictum est, sicut masculinum concipit femininum, & aliquando utrumque ex Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. R primitur,

tia & reedificari non debent, secundum Bart. post Dynum in l. si quis adulterium §. si quis. & ibi Angelus ff. de adul. quos refert & sequitur Benedictus in cap. Rainutius. verbo, Domum. fol. 198. col. 3. v. Er tales domos, de testamentis. & Afflicti in loco statim allegando. num. 6. ubi ampliat etiam in parte, & non in toto ex regis mandato destruetur, nam sine ejus licentia refici non potest. Et similis constitutio huic nostrae legi in regno Sicilia reperitur, ut patet ex Afflicti in consuet. Sicilia. lib. 3. Rubr. 29. num. 4. sub tit. de novis edificis. fol. 124. ubi num. 5. ex Bart. in d. l. opus, inquit, quod si aliquis faceret munitionem in aliquo loco, quae posset esse periculosa & alicui civitati, non debet sibi permitti, & idem si esset verocuncta alicui civitati quam ei, cui subiecta est, & haec est una de limitationibus ad regulam illam, quod in solo cuiuslibet est licitum edificare, quas descripsit Cepola de servit. urban. c. 89. Sic etiam limitat, ubi supra, Afflicti regulam illam, scilicet, quod varones possunt castra in regno edificare sine licentia Regis in illorum territorio, nam ibi eam limitat, nisi talia aedificia & fierent ad emulationem, vel injuriam alterius, vel nisi esset in confinis regni, quia praesumitur suspicio futuri scandali, vel nisi ad tribulationem Reipub. vel adversus quietem alterius civitatis fieret, vel nisi fieret in terra de dominio regis, vel nisi fieret in solo privati, & praeretur causam seditionis, & scandali. Nam tunc etiam de licentia & Regis fieri non potest, quia publica utilitas private praefertur, & idem dicit ubi supra, dicit num. 5. Afflicti, si postquam factum est, tempore labente fuit causa tale castrum seditionis, & scandali, quia tunc potest destrui, sicut a principio po-

uit prohiberi ne fieret data materia scandali, & seditionis, quia haec paria sunt ex l. 2. §. & generaliter. ff. de doli except. & pro hoc allegat Afflicti ibi. text. in cap. fuggebum de decimis, ubi privilegium valide concessum, si postea potest scandalum & ex eo oriri, potest ex dicta nova causa revocari, & ibi glol. allegat alia jura, & Baldus in l. fal. C. de div. rescrip. Platea in l. eos. C. de aqua ductu. lib. 11. Imola in l. ex fallo. col. 4. ff. de vulgur. haec tamen licet de jure civili procederet Regula, ex l. tamen nostra, & similibus in nostro regno nullo in casu licet domos fortes, & fortalitia facere absque regia licentia, ut tenet ex nostris legibus Mariengo in l. 6. glol. §. n. 9. tit. 7. lib. 5. supra, ubi & aliqua diximus, & ipse Mariengo per totam illam glol. plura refert, & Villalobos in comment. opin. littera E, & Olanus in concordia Antimo. littera C. num. 4. Ubi ex eo quod in his regnis ex aedificis dictorum fortalitiorum & domorum fortium materia seditionis, & emulationis praestatur, idem nunc hodie quod de jure communi depositum videtur, cum semper deat emulationis, & discordiae ratio, ob quas neque de jure communi liceat sine principis licentia ea construere.

## IN LEGEM DECIMAM.

Pro ejus exemptione, vide text. ubi gl. in l. 31. tit. 18. part. 2.

Pro leg. verò. 11. vide Tractatus de Homagiis in diversis Doctorum tractatibus insertos, & qualiter, & quomodo sint Castella reddenda Regibus per Castellanos, vide text. in l. 18. tit. 18. part. 2. & haec pro hoc titulo sufficient.

## TITULUS SEXTUS

## De las Armas.

## SUMMARIUM.

- |   |  |
|---|--|
| 1 Arma, secundum aliquos ab arcendo dicta sunt.                                   | 7. quod licet arbitrio iudicis relinquuntur.                                     |
| 2 Arma que dicantur, & qua veniant eorum appellations.                            | 8 Arma non comprehenduntur appellatione suppellectilium, vel massaritarum.       |
| 3 Armati, non solum sunt tela habentes, sed & quid aliud, quo nocere possunt.     | 9 Arma jure Digestorum, non erant prohibita, & quid jure can. & nostro. & n. 10. |
| 4 Armorum appellations, an veniant lapides & fustes.                              | 11 Arma, quis primus prohibuit.  |
| 5 Armorum appellations, an veniant saxa & lapides. & n. 6, an comprehendatur cul- | 12 Armorum quatuorplex usus, & ad quid serviant.                                 |
|   | 13 Armorum primus inventor.  |

## RUBRICA.

ET cum superiori titul. de Castellis, castris & fortalitiis dictum sit, pro quorum defensione, & custodia arma sunt necessaria, ideo post precedentem titulum subsequitur hic noster de armis. Pro cuius Rubrica declaratione sciendum est, quod arma ab arcendo, secundum quosdam dicta sunt \*, quod his hostes arceantur, vel ab armis, id est humeris, quod ab his pendeant: vel a verbo Graeco, quod est convenire, quod maxime corpori convenire debeant, de quo verbo Graeco Jurisconf. ait, arma sunt omnia tela \*, hoc est fustes, & lapides non solum gladii, hasta, & framae, item Romphea in l. 3. §. armis. ff. de vi & vi, arm. optima l. 7. tit. 33. p. 7. in l. armorum, 41. ff. de verb. signifi. ubi Rebuffus plura de armis retulit, a quo & ab aliis necessaria ad hunc titulum & praecipuum colligemus. Et armatos non utique tantum eos accipere debemus, qui tela habuerint, sed etiam eos qui habent aliud \* quod nocere potest. l. armatos. ff. de vi publica, & armatos eos vocat Cicero in oratione pro Aulo Caccinna, qui scutis, telisque parati, ornatique sunt: quod si glebis, saxis, aut fustibus quis deiectus est, perinde valet, quasi armatissimi fuissent si reperirentur ita parati fuisse, ut vim vita, aut corpori potuerint afferre. Aliquando tamen Rhetores utrumque expriment ad uberiorem & certiore elucidationem, ut arma, tela, non tamen volunt ex hoc inferre, quin armorum appellatio sola non significet etiam tela, ut superius dictum est, sicut masculinum concipit femininum, & aliquando utrumque ex Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. R primitur,

primitur, ut in l. penult. ff. de Sicariis. *Intelligit tamen gl. in Clem. ne in agro. verb. Arma. de statu monachor. tunc lapides & fustes venire appellatione armorum, quoties jam est percussio facta \**, ante enim percussione non dicuntur arma, ut & sequitur, & tenet Hyppolitus in praxi. §. pro complemento. n. 14. ubi n. 13. plura jura, & glossas allegat ad declarandum, qua veniant appellatione armorum: & secundum hac etiam declarabis dicta per Clarum in lib. 3. Recept. sent. §. fi. q. 82. num. 4. ubi dicit quod ex communi usu loquendi \* saxa, & lapides non intelliguntur appellatione armorum, & sic edita prohibentia delationem armorum non comprehendunt saxa deferentes. neque itidem \* comprehenditur cultellus, ad incidendum panem, vel calamos, ut ibi per eum & per Amadeum, in Tract. de syndicato. n. 89. & Rebuf. ubi supra. pag. 312. verb. Gladios. ex gl. in Rubr. C. de fabricensibus. lib. 11. & in Authen. de armis. §. pen. verb. minores. Afflict. in const. Neap. lib. 1. tit. 9. col. 2. nisi aliud esset consuetum haberi lapides, & cultellos pro armis, nam tunc pro armis haberentur, & comprehenderentur appellatione armorum secundum Fyritum in Rubri. ut armorum usus. lib. 11. Felin. in proccatio, Decretal. num. 6. Card. in d. Clemen. ne in agro. §. quia vero. ex quo intelliges. l. qui com meatus. §. arma. ff. de re milit. ubi miles arma alienans graviter delinquit; nam non intelligitur de lapidibus, sed de ceteris contentis in d. l. armorum, & sic etiam intelliges l. 6. tit. 4. supra hoc lib. idem probantem ut miles arma non alienet, & sic pro subjecta materia continebuntur vel non lapides armorum apprehensione ex quo inquit Menochius de arbitr. casu 394. n. 77. hoc iudicis arbitrio relinquit \* & an apprehensione armorum veniant etiam defensibilia in l. 7. infra cod. dicemus Deo volente: Notandumque est quod appellatione suppellectilium, vel massaritarum non comprehenduntur arma \* secundum Bart. in l. supellectili in prin. ff. de supel. lega. quod est summe notandum pro legatis supellectilium, secundum Hippolytum in pract. dict. §. pro complemento. num. 43.

9 Uterius pro hujus Rubr. & iii. \* declaratione sciendum est quod licet jure ff. arma portare non esset vetitum, ut colligitur ex Bart. in l. 1. ff. ad l. Jul. de vi. tamen quia portatio armorum praestat causam ad violentias, & ad homicidia, ut constat ex l. si servus. C. de his qui ad Ecclesias confugerunt. & l. si quis in hoc genus. in fi. C. de Episc. & cler. & semper removenda est occasio ad malum, ut l. unica. §. sed ne. C. de

C. de Latina liber. tol. & in l. 1. in princ. & in glos. fi. ff. naut. cap. & stabul. & 1. q. 1. c. emendari. & 23. q. 15. c. cum homo. & 86. dist. cap. culpam. ideo jure Codicis armorum usus in scio Principe \* interdicitus est, ut in l. unica. C. ut armorum usus, in Auth. de armis. collat. 6. c. quid culpatur. 23. q. 1. c. 2. de vit. & honest. cleric. & in Const. Neapolit. lib. 1. tit. 9. & ibi glos. verb. Deferre. & Afflictis late ibid. & Hippolyt. in Pract. §. pro complemento, per totum, & Didac. Perez. in l. 2. tit. 14. lib. 2. Ordin. col. 539. & Deciso Perusina Josephi Ludovici 31. per totam. Menoch. de arbitra. lib. 2. Centuria 4. casu 394. num. 18. cum plurib. sequent. & Soc. Reg. 30. & Dueñas in suis regulis & fallentiis, regula incipienti, Arma. & Plaça de delictis. c. 8. num. 1. ubi plurima referunt in propositum. & arma ne in urbe essent, Servius Tullius omnium primus statuit \* secundum Menoch. ubi supra. num. 20. ex quo Poeta lib. 1. Elegiarum. 10. Elegia contra inventorem ensis hos versus annexit.

Quis fuit, horrendos primum qui protulit enses?

Quam ferus, & vere ferreus ille fuit:

Tunc caedes hominum generi, tunc praelia nata,

Tunc brevior dirae mortis aperta via est.

Aut nihil ille miser meruit, nos ad mala nostra  
Vertimus, in saevas quod dedit ille feras.

Quis furor est, aliam bellis accrescere mortem?

Imminet, & tacito clam venit illa pede.

Hac tamen licet ita essent jure civili Codicis, prohibita delatio & usus armorum sine Principis licentia, in pluribus tamen casibus licebat eis uti, relatis per Afflictis d. lib. 1. consti. Neapol. Rubr. 9. de illicita portatione armorum. n. 4. cum sequentib. plurib. & Hippolyt. d. §. pro complemento & Rebuffus in l. armorum apprehensione ff. de verborum signific. & Menoch. ubi supra. n. 58. cum sequent. & Joan. Redin. de maj. princ. n. 187. cum seq. aliquibus, & Plaça de delictis. c. 8. n. 27. & Socin. d. Reg. 30. quas tamen limitationes referre non est necesse, cum ex l. 4. infra isto tit. & lib. sit jam permissum, tam intra civitatem quam extra, sive itinerando sive non, portare enses, & pugionem sine poena, & sic est innovatum de jure regio, ut advertit Didac. Perez in l. 2. tit. 14. lib. 2. Ordin. col. 540. in princ. & Villalobos. in Antinomia juris civilis & regii. verb. Arma. & Dueñas Azavedo in Recopilationem. Tom. IV. R ij in



in suis regulis, regula 55. num. fin. Item notandum quod armorum quedam \* ad nocendum, quidam ad tegendum, vel ad utrumque parata esse tradit Cicerone pro Cacinna: Et ad defendendum sunt scutum, clypeus, parma, umbo, Thorax, cilicium, lorica, cassis, Calx, & similia. Ad nocendum vero, sunt balliste, columbrice, & alia machine, alia vero ad utrumque, ut ensis, gladius, spatha, hasta, pugio, & similia, & vocantur offensibilia, de quibus in l. 7. infra isto tit. & lib. & de primo usu armorum \*, & qui prius arma invenerint, tradit Polyd. Vigil. lib. 2. de invento rerum. c. 1. & sequent. & Plin. & alii relati per Redin. ubi supra. n. 206. ubi num. 205. quis primo ea meditavit, & num. 204. plures Doctores materiam armorum tractantes, & hac pro Rubrica.

IN LEGEM PRIMAM.

Arma unusquisque debet habere secundum ordinem, & formam nostram. l. qui cum longa sit, aliter summari non potest. & breviter ab ea nos expediemus aliqua advertenda per Reges, ac Principes significando.

Ibi, Por. quanto. Cum hac lex in manum veniret commentanda in hoc mense Junii presentis anni 1589. successit invasio Regni Portugaliæ per Don. Antonium præsumptem, & ingentem se esse Regem dicti regni & pro recuperatione ejus revertentem, qua imminente invasione, & audacitate compulsi sunt Prælati, Duces, Comites, ac Marchiones consuetas lanceas præstare, & populos arma movere, & cum hæc intentarentur, vix equi, & arma reperta sunt; tanta enim est armorum penuria in Hispania, ut reperirentur, neque archabusis, & quod magis est, quod neque lorice, armata pectora, & id genus alia, non pulvis sulphureus (hoc est polvora) non reperiebatur, & audivi hoc in tempore, sthanchum esse impositum ut nullas alias, quam una & determinata, ac nominata persona sulphureum pulverem facere, neque vendere aucteret. Quæ quidem omnia, vel ex eo procedunt, quod lege cautum habemus quod nullus audeat, archabulio volatilia, apros, cervos & similia occidere, neque in itinere portare archabulium, quia à rebellibus, & justitiæ gubernatoribus vexatur opponendo, Que no es de mara, o le lleva armado. o es de fuera del Reyno, o si es cosa con el, quibus ita homines molestant, ut nullus audeat, neque in domo etiam, archabulisa & similia habere, neque possunt omnes si sthancha sulphurei pulveris facta sunt, cum necessario sit talis pulvis ceteri vendendus pretio, quam venderetur, si omnes facere, vendere, ac tenere illum possent, & sic lege regia esset cavendum omnes tenere posse archabuliam, & similes munitiones, & portare

libere per itinera quolibet modo, dum tamen sit mensura limitata, & occidere quolibet silvestria animalia & volatilia, quolibet tempore, dum tamen non sit in tempore de la cria, nam ultra quoddam effectus causas omnes se exercendi in his ministeriis, & habendi archabusis, & similia arma, credo, equidem carnes alias arietum, bouum, & similia vilisari pretio, & in abundantia reperiri posse ubilibet, nam aprosum, & cervorum, & similia silvestrium animalium & volatiliu carnibus, hominum maxima & major pars sustentari possit, & sic evitari aliarum carniu sumptus, & expense, item omnes hæc arma habebunt, & exercebunt, præsertim si sthancha (si que facta sunt) sulphurei pulveris tollerentur, & ab omnibus hæci, & vendi permitteretur.

IN LEGEM QUARTAM.

Ensem, & pugionem potest unusquisque asferre sine pena.

SUMMARIUM.

- 1. Arma permissa portare, an clericis portare poterit.
2. Arma etiam permissa possunt capi à clericis sacrorum ordinum ea portante per iudicium secularium, sive de die, sive de nocte, pecuniaria tamen pena coram ecclesiastico est petenda. n. 3. & n. 4.
3. Arma permissa poterunt clerici itinera ultra portare.
4. Clerici in minoribus exercentes arma, an perdant fori privilegium.
5. Ensis denominatio, remissive.

Ibi, Mandamos, lex hæc est correctio legum juris antiqui, de quibus diximus in Rubrica hujus tit. prohibens delationem armorum indistincta, vel (ut melius dicam) hæc

hec declaratoria, & limitatoria legum antiquarum, scilicet, quod hæc antique leges prohibentes arma deferri, non procedant, quoad enses, & pugiones, hæc enim deferri possunt sine pena, & ad hoc allegat Joann. Redin, de Majestate principis. n. 203. vol. 16. tractatum diversorum Doct.

Ibi, Que cada uno, sed an clericus poterit hæc etiam arma à lege nostra permissa deferre? & dicendum est quod non, clericis enim omnia arma prohibita sunt ex text. in c. clerici. de vita & honestate cleri. & ibi gl. & Doct. & in Clem. 1. cod. tit. & per totum l. 4. q. 8. Arma enim clericorum lachrymæ sunt, ut in c. convenit. 23. q. 8. & in c. porro. ubi gl. 16. q. 4. gl. in c. ex multa. §. fi. de voto. & cum de jure Can. id clericis sit prohibitum, non censetur alteratum per l. nostram, neque poterat alterari, cum in alienam messem non sit manus regia mittenda, nisi ubi id, ab ipso jure canonico, vel à Vicario Christi summo Pontifice esset concessum, & tradit Plaça de delictis. c. 8. n. 2. & hoc adeo verum est, quod si clericis sacrorum ordinum reperirentur arma portare in civitatibus, & populis, sive de die, sive de nocte, etiam à lege nostra permissa, possent optime jure secularis per illa tunc capere, ut per Didac. Covar. in Præf. q. 33. n. 7. quem (hoc passim observari testando) refert Jul. Clar. lib. 5. sent. 9. fin. q. 36. n. 26. & novissime post hæc scripta producit in lucem opus utile prædicarum q. De Guier. lib. 1. q. 12. n. 6. ita tenentis, & Plaça de delictis. c. 8. n. 26. Pecuniariam tamen penam, si que adesset, vel arma ipsa juris ordine servato, & ita in forma Judici procedendo non possent secularis ab eis exigere, sed coram iudice ecclesiastico esse petenda per ut per Plateam in §. item lex Julia Instit. de publicis iud. & Did. Perez. in l. 2. tit. 14. lib. 2. Ordin. col. 541. & Julium Clar. ubi sup. & Pala. Rub. & alios relatos per D. Salcedo in practica Canonica. Bernar. Diaz in additio. ad c. 53. vers. pro quo etiam mire facit, cum seq. contra Redin. ibi allegatum contraarium male tenentem, & Responder optime ipse Salcedo fundamentis Doctoris Redin, & aliorum, ibi relatorum & Did. Perez ubi supra. & Menoch. infra allegandus, & Doctor Paz. in sua Præf. & hoc apud Gallos secundum Clarum, ubi supra, & Salcedo. ubi supra, veticulo apud Gallos aliud scyvetur, non est Gallosum mos, in hoc attendendum. Sed an iudex ecclesiasticus clericum talem puniat ordinaria pena pecuniaria à lege civilis imposita clerico arma portanti? Clarus, ubi supra, inquit quod sic, & quod tenentur ecclesiasticus eam illi imponere, nam si secularium communitiorum opinionem asserant per Clarum dict. n. 26. in prime. clericus tali lege regia ob communiem, & publicam utilitatem ligatur per communitur iudex suus eam illi imponere, & hoc mihi verius videtur, licet, non ordinariam, sed arbitriam penam in hoc, & similibus casibus iudices ecclesiastici imponere soleant secundum Salcedo, ubi supra. vers. Tertio, minimè pag. 170. in novissima impressione, & hoc conducunt ad l. pen. §. fi. infra isto tit. corporali tamen pena nullo modo plectetur clericus, ut per Clarum &

Salcedo ubi supra, & refert etiam hæc Menochius de arbit. casu 94. n. 31. cum. 3. sequentibus. Itinerando tamen poterunt clerici arma permissa portare pro defensione per huc per l. 6. na, ut per Hippolytum in Practica. §. pro complemento. n. 4. & an clericus in minoribus exercentes arma periant privilegium Fori, ubi de Redin, de Magistr. Princip. in c. non armis. p. 2. n. 174. vol. 16. Tractatum.

Ibi, Pucha tracer una spada, Ensis per denotationem describitur l. 4. tit. 21. p. 2. ubi idem in ensis circa defensores patriæ staturat hæc Partitarum, & penam, alia arma quam hic expressa portantis, vide in l. sequenti, sed converti regni Granate, & sic Adarsifor, non possunt ullo tempore enses, neque pugiones portare, ex legibus novis regis De las Adarsifor.

IN LEGEM QUINTAM.

Arma de veste non portentur, nisi in casibus hic expressis.

SUMMARIUM.

- 1. Inveni scandalo potest interdici delatio armorum.
2. Campana si non tangatur an perdat arma de ferens ultra horam.
3. Verba simpliciter prolata à lege vel statuto debent intelligi simpliciter & proprie.
4. Forma ubi est substantialis non implietur per equipollentem.
5. Plura ubi requiruntur, si unum deficiat, nil fit.
6. Reperitur in veste juvenis aut veneris sancti cum arma permissa non perdet ea, quia non pulsatur campana.
7. Quid si ante horam consuetam tangatur campana & post horam quis ferat enses, an perdat illum & n. 8. quid si stat in parte remota, ita ut exaudire campanam non poterit, & n. 9. quid si est foras.
8. Ensis perditus an consuetur perditus regina.
9. Prohibiti ubi non potest portare sine permissu, perditus prohibito consuetur & perditus permissum.
10. Alguazello vel officiali an credatur quod tempore vocato arma cepit.
11. Clerici, aut sacrista, si post sonum campanæ arma portare capi ab eis possunt.
12. Apprehendo an requiratur illius, qui arma portat.
13. Arma si quis non habet in manu, sed in terra, juxta se, an perdat ea.

Ibi, Rehevoros ruydos, propter quod potest juveni hæc factis interdici delatio armorum, ut per Redin. in l. armorum apprehensio, in §. si de vest. signific. Ibi, Despuer de ruydos la campana de Queda, sed quid si non tangatur, videtur quod & adhuc tunc perdat ille bene arma, quia consuetum debet attendi, hora tamen consueti pulsati campanam est per l. nostram assignata, ergo quantumvis non pulsatur lapsa illa hora, idem erit, ac si pulsata fuisset, argum. traditiorum per

per Everardum in loco ab uhitatis, ubi in versic. hinc etiam est, quod si dicat statum pag. mibi. 440. in antiquis. & Angelus de Maleficiis. in parte de nocte. n. 4. ita videntur tenere; contrarium tamen in proposito nostrae l. tenendum credo, nam lex nostra ut arma permilla portari possint solum considerat sonum campanae, & horae assignatio non est quoad limitationem termini, ulquequo arma portentur, sed tantum per quem terminum & quando debet incipi sonus campanae, & finiri, & sic tanquam forma requisita sonus campanae est attendendus, non vero horae assignatio ad pulsandam campanam, id enim quod principaliter disponit, est attendendum, non vero quod secundario; verba enim simpliciter probata à lege, statuto 3 vel homine debent intelligi principaliter, & proprius, non secundario, ut per Bald. & Paul. in l. 1. §. hinc fundus. ff. de iustitia & iur. & plura per Tiraq. in Tract. res inter alios. d. n. 5. cum pluribus sequentibus. hic autem principaliter disponitur, & proprius, quod post tactum, & sonum campanae non possint arma portari, & licet post assignetur tempus tangendi, id secundario disponitur & in consequentiam, igitur usitata tunc non sunt consideranda: item lex pluries geminat verbum illud, *Tanquam, y se tanquam*, & ibi, *Y se despues de tanquam*, geminatio autem in iure plurimum operatur, ita ut ex geminatione colligatur voluntatem determinatam disponens esse, ut omnino attendatur geminatio ex late didicis per Doct. in l. Ballistias. ff. ad Trebel. & Everardum, in loco à geminatione. Forma quoque data à l. est omnino servanda, neque est ab ea recedendum. Item l. nostra copulative haec duo requirit, scilicet, ut campana sonitus fiat, & hic sonitus sit à tali hora usque ad talem, & haec est nova forma, & dispositio modificativa, & limitativa, ubicumque autem lex aliquid introducit de novo, cum certis modificationibus, censetur omne introductum esse, de forma substantiali, ita ut omnia forma corrumpat actus, adeo ut per acquipollens non impleri non possit, ut dixi in l. 1. n. 26. rir. 4. lib. 4. Recop. & ubi plura requiruntur adesse, si deficiat unum, nihil sit, debent enim omnes qualitates requiritae verificari secundum Clarum. lib. 5. recept. §. si. q. 85. vers. ubi agitur. n. 9. nam copula requirit utrumque copulatum verificari ex text. gl. & Doct. in l. 1. ff. de iust. & iur. & ex argumento à conjunctis, & copulatis, & sic hanc opinionem tenet Bonif. in tract. de Malef. rir. de forma libell. n. 80. ex quo inquit Jul. Clar. in praxi. lib. 5. §. si. q. 82. n. 5. quod si in nocte jovis, aut veneris sancti, quibus non pulsantur campanae, reperitus quis fuerit cum armis, non perdet ea, & Albericum & Doct. ita tenere asserit. Ex quibus etiam infero quod cum lex nostra sonitum campanae requirat, & certa hora tangenda, quod si ante horam illam tangatur, & in hora determinata, non habebit locum poena nostri text. contra portantem arma, ut expresse inquit Bonifacius, ubi supra. n. 81. quia praepo- sitio ordinis vitiat actum, ut per Hypolit. in Prati. §. secundo, per tot. maximo n. 72. Sic etiam inferitur, quod si quis sit in parte remota ut exaudire non possit, quod non incurret nostri text. poenam, ut

per Ang. de Malef. in d. verb. De nocte n. 4. quod ego intellexerim esse verum, nisi ille tatis jam de nocte exiens ad ambulandum per civitatem contulit se in partem remotam, vel in campum, ubi multum se detinuit, vel exiit in conversatione aliorum, & vocibus aliorum non audivit campanam, tunc enim cum non excusarem, imputer enim sibi qui tam longe se contulit, vel in tali loco, ubi exaudire non potuit. Sed si esset homo veniens ex itinere & iitavit civitatem pulsata jam campana: iste talis excusandus est etiam si eam audivit, & multo magis: si non audivit, & ex hoc text. nostro permittere arma portari de nocte, eundem ad labores, & similia: & ex didicis per Gandinum relatum per Caxpol. consil. crim. 13. n. 24. & 25. inferitur etiam quod furdas à natura sine non à natura furdas tenebitur poena nostra l. post pulsam campanam hora conclusa, tenetur enim l. nostram scire, quidquid unum furdum ab alio distinguat Angel. dicit. numero 4. & an perditio esse, censetur perditio vagina? Bald. per text. ibi in l. 10. cum proponat. C. de natur. favore, inquit quod non, quia commodè ab eis separari potest, resque licite portata cum illicitis non consistantur secundum Aviles. c. 52. pratorum. verbo, En la tierra. n. 1. & quia res quae sine corruptione subjecti separari possunt non sunt perditae, ut per Ripam in Tractatu de peste. rir. de remediis ad consr. num. 130. fol. 21. & Mexia in pragmat. Tassa panis, conclus. 1. glof. 1. num. 15. fol. 13. in hoc tamen contrarium est tenendum, & in pract. communi sic receptum videmus, nam & vagina talis ensis perditur sicut ensis perditur, & hoc fundatur ex doctrina Barr. & Paul. in l. cotem. ferra. §. dominus. ff. de public. & veat. dicentium quod ubi prohibuit non potest portari sine permisso, perditio prohibito, censetur, & perditum permittam illud, in quo prohibuit portabatur, & sic perditus mercibus adductis in navi, & ipsa navis, & saccus ubi portantur, perducunt, nisi navis vel saccus esset alterius ignorantis, nam tunc posset suam navim, vel saccum petere, nisi aliud statutum, vel consuetudo disponderet, & tunc ille recuperaret damnnum à conductore navis, vel animalis. Est tamen singularis questio num credetur officiali, vel aliquozello, quod tempore vetito arma capta fuerunt, vel quod erant arma vetita, & prohibita? & videtur quod sic, dictum enim notabilis viri inducit iustissimam credulitatem, secundum Bald. l. iudicia. C. de crim. vind. credendum est enim bono viro, ut per glof. l. Ticio, cui fundus. ff. de cond. & demonst. Bar. in l. de pupilla. §. si quis ipse. ff. de novi oper. num. bene facit text. in c. nobilissimus. 87. Alex. com. 321. vol. 1. In contrarium tamen est veritas in nostra questione, imo quod non sit et credendum, quia officialis quando aliquod delictum committit in sui praesentia, debet primo examinari facere testes de delicto commisso coram se secundum Angel. in l. 2. in ff. de feriis, & allegat aliqua ad hoc, & Bald. in l. illicitas. §. veritas. ff. de officio praef. & Butrius in c. vestra. fin. col. de cobabit. cleric. & mul. &

IN LEGEM SEXTAM.

Ubi Arma simpliciter sunt prohibita, non solum offensiva, sed defensiva prohibita censentur.

SUMMARIUM.

- 1. Differentia inter arma & armaturam, & arma offensiva vel defensiva.
- 2. Arma offensiva & defensiva an veniant prohibita armis.

**I**bi, *Enere tomado*, & sic apprehensio requiritur, ut diximus. l. 5. supra eodem. **I**bi, *Armas offensivas y defensivas*, differentiam inter arma & armaturam, & defensiva & offensiva, vide per legem optimam 4. & 10. rir. 21. & l. 3. rir. 23. p. 2. per & Rebuf. in l. armorum apprehens. pag. 311. ff. de verborum signific.

**I**bi, *Las unas y las otras las ha de perder*, nisi lex nostra id disposuisset, de jure armis prohibitis solum offensiva, non vero defensiva prohibita censentur, secundum Angel. in l. armaturam. ff. ad l. Jul. de vi publ. & Carol. à Grassallis alios allegantem, lib. 2. regal. fran. jure 17. pag. 102. in parvis, & Hypol. in pract. 6. complemento. n. 14. & 19. ubi quid esset de jure Codicis declarat, & Rebuf. ubi supra pag. 314. vers. 2. & Josephum Lodo. decisio. Perus. 32. n. 4. & communem testatur Clarus. lib. 5. sententiarum §. si. q. 82. statuto 6. n. 3. & Villalobos in Antonomia juris litera. d. n. 73. & Avend. in dictionario, verbo, armadura, ex nostra tamen lege communis haec destructa est, ut advertunt Hispani dicti, *Placa de delictis*. c. 8. n. 9. & Joan. Redin. in Tractat. de majest. prin. num. 178. cum. 2. sequentibus, & praecedentibus, vol. 16. tract. diver. Doct. ubi in numero 183. cum 4. sequentibus, inquit hoc esse vetum quoties arma defensiva cum offensivis geruntur, nam tunc omnia perdit sunt, secus si defensiva tantum portentur, nam tunc non sunt perditae, & placent ejus rationes sed in practica male admittuntur à iudicibus.

IN LEGEM NONAM.

Longitudo servanda circa enses portandos à l. nostra describitur.

SUMMARIUM.

- 1. Misi et Doct. portantes eosdem ultra mensuram puniri poterunt.
- 2. In casu nostra legis non requiritur apprehensio ad incurrandam ejus poenam.
- 3. Domi an haberi poterint enses ultra mensuram nostrae legis.
- 4. Forensis an legis nostra poena comprehendatur.
- 5. Arma prohibita portans regulariter ea perdit.
- 6. Officialis inveniens aliquem cum armis prohibitis possit illa frangere.

- 7 Mandatus alicui ut secum eat cum armis, ubi quod arma sunt ei ablata, an tenebitur mandataris pro armis suis.
- 8 Commodatus alicui enses ad se vulnendum cum alio, perditur.
- 9 Alguazcellus permittens enses contra leges deferre ex quo rixa oriatur, qua pena punietur.
- 10 Officiales iustitia si aliquos viderint rixari volentes, prohibere debent. & c.

**I**bi, *Ninguna persona, sed milites & Doct. & officiales iustitia, & alii qui tempore, quo arma prohibita erant, poterant ea portare, de quibus per Doct. in l. 4. & 5. supra eodem, per me allegatos, & per Duenas in Regul. 55. ex lege nostra & ejus pena puniri poterunt, si ultra mensuram nostram enses portaverint, & crederem incepte quod punirentur pena nostre l. nam universalis haec & negativa neminem excludit, tum ob publicae utilitatis causam, tum quia indiffinitiva aequipollet universalis, tum etiam quia si iuterando non licet ulli hunc enses immoderatum portare ultra nostram tex. mensuram, quod tamen licebat in tempore, quo erat prohibita armorum delatio, neque indem licebit per personas illas aliis privilegiatas nostri text. mensuram excedere, & ita videtur mihi tenendum, & ut clarius ex verbis sequentibus, colligitur, ibi. De qualquier calidad y condicion que sea.*

**I**bi, *De rixar ni traya espadas, ex his verbis notandum est in casu ejus non requiri apprehensionem ensis contra mensuram nostram l. portati, sed sufficere probare portasse, quia haec l. non requirit apprehensionem, sed portationem, quo casu non requiritur apprehensio, secundum Joann. Redin. optime in tractat. de majestate prin. numer. 194. volum. 16. tract. diver. Doct. ubi numer. 195. inquit & bene quod si invenitur cum eo, sufficit in actis scribi etiam si non apprehendatur, & alibi dixi, & Cepol. l. si fugitivi. numer. 72. cum sequentibus. C. de ser. fugiti. & Plaza de delictis. c. 8. numer. 19. ubi ita tenet & distinguit in quest. illa an visus cum armis & fugiens in domum suam possit ibi capi a iudice cum insequente, & inquit quod si requiritur apprehensio non, si minus sic, sed an domi haberi poterunt, enses videtur quod non ex l. 1. & ibi glof. ff. ad l. Jul. de vi. & ex auct. de armis, quae jura ad hoc allegat ultra alios Duenas. d. Regul. 55. n. 3. sed contrarium in positum nostrae l. est verius & tenendum, tum quia lex solum portationem ensium ultra mensuram nostrae tex. prohibet, ergo non includuntur domi existentia, tum etiam quia leges ille 1. athen. de armis, loquuntur, quoties in genere arma prohibita sunt, ita ut nullorum sit licitus usus, nos vero loquimur circa ensis portationem longioris mensurae a nostro tex. declaratae, tum etiam quia dicta l. 1. circa hoc non est in usu, secundum Angel. ibidem numer. 4. teste Claro, in d. q. 82. statuto 6. numer. 7. & ita tenen-*

dum est, sed quid erit in homine forensi an legis nostrae dispositione includatur, & in hoc Hypol. in pract. d. 8. pro complemento. n. 23. inquit quod sic, eo quod per totam Italiam sunt statuta prohibentia portare arma, sed melius dixisset, quod, quia jure communi est prohibita armorum delatio, ligentur, & idem voluit Matth. Afflictus in lib. 1. consil. Neapol. Rubric. 9. numer. 24. fol. 50. ex Alex. consil. 86. volum. 4. eo quod exterius teneat se informare de legibus regni, ego tamen dicere quod cum in regno nostro ex l. 4. supra eod. sit permilla ensium & pugionum portatio, licet ensis mensura per l. nostram sit apposta, excusabitur talis forensis panis nostri text. enses longioris portans, nisi dia moram in regno traxerit, ex quo praesumi possit l. nostrae scientia, ut & voluit Afflictus d. numer. 24. ubi tandem allegat plures tractantes an statuta ligent forenses, & late per Tiber. Dec. consil. 71. numer. 34. cum pluribus aliis, volum. 2. quod nostram tamen legem dicta teneant, & faciunt dicta per dictum Afflictus, ubi supra Rubr. 10. n. 1.

**I**bi, *Pierda, hoc enim regulare est, quod portans arma prohibita debeat ea perdere & ita consuetudine servari inquit Hypol. in d. 8. pro complemento numer. 12. & Plaza de delictis. cap. 8. numer. 22. ubi inquit praxim hanc rationem sumpsisse a glof. domi. l. 1. ff. ad l. Jul. de vi publ. cujus meminit Jas. in §. ex maleficiis. n. 81. de ultio. Barba, de prest. Card. 2. par. numer. 28. inquit enim Paris. de studie. quod officialis inveniens aliquem cum armis prohibitis potest illa frangere, ut eos referet & sequitur Clarus. d. q. 82. statuto. 6. numer. 9. & Afflictus in d. Rubr. 9. numer. 26. dubium est an mandans alicui, ut secum eat cum armis, & arma eis per iustitiam sint ablata, tenebitur ne mandataris pro armis suis, glof. notat in l. quoniam. C. ad l. Jul. de vi publ. tener quod non, quia in re turpi non contrahitur obligatio, & illud quoque insi. mand. l. si remittendi §. rei turpis. ff. mand. Abb. in v. bene el. 2. numer. 14. de post. prel. Bar. tamen & Fab. Alber. & Salic. in d. l. quoniam. distinguunt, nam aut erat causa licita, quia accedebat ad indulgentiam & similia, & tunc tenetur ad refarcendum damna, secundum Abb. & Innoc. in r. sicut. de jure jurando, aut vero ad causam illicitam, ut ad se verberandum cum alio & tunc non recuperat, ut per Joann. Fabrum in dill. §. illud. Bald. l. fir. de fidejusso. C. mand. Specul. tit. de judic. §. specialia, in fine, referet & sequitur Rebus. de privil. scholar. privil. 21. vers. item aliam, ubi, in fine inquit, quod commodans alicui enses ad se verberandum cum alio, non recuperat eum ex l. 1. §. certo. §. sed interdum. ff. commodat.*

**I**bi, *Que la tomare, sed quid si alguazellus permittat enses contra l. nostram deferri, ut inde aliquod injuriam reportet, vel rixa oriatur, qua pena punietur, & in his & similibus, inquit textus. in l. si quis barbaris. C. de re milit. lib. 12. quod vivus concremetur, quem ad hoc notat Paris. de Puteo,*

Puteo, in tract. spon. verbo. familiaris. c. 3. scrip. an ex ea quod. n. 8. ubi inquit quod dividentes praxim officiales, comburi debent, vel si aliquem seducant, ut se armet, vel faciant contra veritatem, dicendo quod secure poterit, & post eum capiunt, nam vivus deberet comburi ex dictis, quod si hoc uteretur, quot officiales essent jam combusti, deberent tamen, licet non haec paria, alia tamen gravi poniri, tanquam seductores & seditiosi & causam praebentes rixis, cum deberent eas exulare, siquidem occasionibus obviare tenentur ratione officii, quia

quos viderint ad rixam tendere prohibere debent. & tex. in l. stipulationes non dicuntur. §. placit. ibi non est spectandum ut insula ruat, & sic deinde agi possit ff. de verborum obligatione l. fin. §. ipsam aurem, ubi glof. qui eos. C. de bonis qua liberis. Hippolyti. consil. 21. numer. 23. quare officiales, qui rixantes vident, neque statim ad eos accedant, ut impediunt, tenentur & absque dubio saltem in tribunali Dei omnipotentis, qui tunc videt & judicat, ut inquit in propositum Divac. Perez. l. 18. tit. 4. lib. 2. ordin. col. 564. in fine cum sequente.

## TITULUS SEPTIMUS.

### De las Cortes, y Procuradores del Reyno.

**A**LITER non potest continuari, quam quod per Regni Procuratores & in curiis habendis de convenientibus Regno & munitioni & fortificationi ejus tractatur, & in armis habendis, & in fortalitiis servandis & custodiendis Regni defenso maxime consistit, ideo post precedentes titulos sequitur hic noster.

#### IN LEGEM PRIMAM.

*Tributa moneta & similia in regno non imponantur, nisi convocatis curiis & procuratoribus eorum, & eis annuentibus.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Curia caput regni vocatur & mari assimilatur & n. 2.
- 2 Procuratores curiarum debent esse homines cordati, & c.
- 3 Concilium civitatis an possit collectam imponere.
- 4 Procurator exensator mittendus est ad nominationem procuratoris de cortes.
- 5 Procuratorum de cortes salarium de communis solvi debet.
- 6 Procuratorum bonum assensu etiam requiritur in tributis & collectis noviter regno imponendis.

**I**bi, *Cortes, ubi convocantur procuratores eorum & in curia ubi Rex adest sic congregatio, eo quod curia & caput regni vocatur, ut inquit textus in l. 1. in prin. tit. 4. par. 3. & locus ubi Rex exiit, ut probat text. in l. 27. tit. 2. par. 2. & curia Regis & mari assimilatur, ut per text. in l. 28. eod. tit. 9. p. 2. ubi gl. 1. dicit assimilationem hanc esse bene notandam.*

**I**bi, *Que no se echassen ni repartiessen ningunos pechos, hoc enim tanquam regno damnosum & nocivum maxima cum deliberatione est statendum convocatis civitatibus, Acedo in Recopilacionem. Tom. IV.*

villis, & locis regni & pro eis eorum procuratoribus, qui quidem deberent esse homines graves bene cordati ac sentati & expertes ac intelligentes, & timorate conscientie, ac constantis animi qui possent resistere injuria consiliis & damnosis regno, & insuper deberent esse divites, ne spe alicujus praemii consequendi in malum moveri possent & ex l. 4. supra eod. decerpantur aliqua ex his, neque debet esse civitatis debitor ut in facto respondisse, inquit Joan. Orosc. in l. 1. numer. 36. col. 487. ff. de officio procur. Cesar. sed an consilium civitatis possit & collectam imponere, vide Capell. Tolo. & ejus Addition. in decisum 347. & quid in dominis, vide Did. Perez. l. 7. tit. 11. lib. 2. ord. col. 512.

**I**bi, *Procuradores de todas las ciudades, y villas y lugares de los reynos, qui quidem procuratores curiarum sunt triginta & sex, decem & sex civitatum, & duarum villarum, quantum octo civitates & una villa sunt circa portus, reliqua ultra. Quae sunt, Sevilla, Guadalupe, Madrid, Burgos, Segovia, Leon, Zamora, Toro, Salamanca, Segovia, Avila, Valladolid, prout referet Did. Perez in l. 1. tit. 12. lib. 2. Ordin. col. 505. & nostra civitas Placentina, quae aliquando secundum quosdam de antiquis addidi procuratorem mittebat, nunc autem Salmantina pro nostra Placentina civitate vult procuratorem mittere, & civitas nostra semper requisitioni dicit Salmanticensis civitatis contradicere, & lis magna ut auctori super hoc introducta est, & nondum dissoluta, & hae de causa mittit semper civitas nostra exaltatorem tanquam juste impedita mittere procurato-*

- 7 Mandatus alicui ut secum eat cum armis, ubi quod arma sunt ei ablata, an tenebitur mandataris pro armis suis.
- 8 Commodatus alicui enses ad se vulnendum cum alio, perditur.
- 9 Alguazcellus permittens enses contra leges deferre ex quo rixa oriatur, qua pena punietur.
- 10 Officiales iustitia si aliquos viderint rixari volentes, prohibere debent. & c.

**I**bi, *Ninguna persona, sed milites & Doct. & officiales iustitia, & alii qui tempore, quo arma prohibita erant, poterant ea portare, de quibus per Doct. in l. 4. §. 5. supra eodem, per me allegatis, & per Duenas in Regul. 55. ex lege nostra & ejus pena puniri poterunt, si ultra mensuram nostram enses portaverint, & crederem incepte quod punirentur pena nostre l. nam universalis haec & negativa neminem excludit, tum ob publicae utilitatis causam, tum quia indiffinitiva aequipollet universali, tum etiam quia si iuterando non licet ulli hunc enses immoderatum portare ultra nostram tex. mensuram, quod tamen licebat in tempore, quo erat prohibita armorum delatio, neque indem licebit per personas illas aliis privilegiatas nostri text. mensuram excedere, & ita videtur mihi tenendum, & ut clarius ex verbis sequentibus, colligitur, ibi. De qualquier calidad y condicion que sea.*

**I**bi, *De rixari ni traya espadas, ex his verbis notandum est in casu ejus non requiri apprehensionem ensis contra mensuram nostram l. portati, sed sufficere probare portasse, quia haec l. non requirit apprehensionem, sed portationem, quo casu non requiritur apprehensio, secundum Joann. Redin. optime in tractat. de majestate prin. numer. 194. volum. 16. tract. diver. Doct. ubi numer. 193. inquit & bene quod si invenitur cum eo, sufficit in actis scribi etiam si non apprehendatur, & alibi dixi, & Cepol. l. si fugitivi. numer. 72. cum sequentibus. C. de ser. fugiti. & Plaza de delictis. c. 8. numer. 19. ubi ita tenet & distinguit in quest. illa an visus cum armis & fugiens in domum suam possit ibi capi a iudice cum insequente, & inquit quod si requiritur apprehensio non, si minus sic, sed an domi haberi poterunt, enses videtur quod non per ex l. 1. & ibi glof. ff. ad l. Jul. de vi. & ex auct. de armis, quae jura ad hoc allegat ultra alios Duenas. d. Regul. 55. n. 3. sed contrarium in populum nostrae l. est verius & tenendum, tum quia lex solum portationem ensium ultra mensuram nostrae tex. prohibet, ergo non includuntur domi existentia, tum etiam quia leges ille 1. athen. de armis, loquuntur, quoties in genere arma prohibita sunt, ita ut nullorum sit licitus usus, nos vero loquimur circa ensis portationem longioris mensurae a nostro tex. declaratae, tum etiam quia dicta l. 1. circa hoc non est in usu, secundum Angel. ibidem numer. 4. teste Claro, in d. g. 82. statuto 6. numer. 7. & ita tenen-*

dum est, sed quid erit in homine forensi an legis nostrae dispositione includatur, & in hoc Hypol. in pract. d. §. pro complemento. n. 23. inquit quod sic, eo quod per totam Italiam sunt statuta prohibentia portare arma, sed melius dixerit, quod, quia jure communi est prohibita armorum delatio, ligentur, & idem voluit Matth. Afflict. in lib. 1. consil. Neapol. Rubric. 9. numer. 24. fol. 50. ex Alex. consil. 86. volum. 4. eo quod exterius teneat se informare de legibus regni, ego tamen dicere quod cum in regno nostro ex l. 4. supra eod. sit permissa ensium & pugionum portatio, licet ensis mensura per l. nostram sit apposta, excusabitur talis forensis penes nostri text. enses longioris portans, nisi dia moram in regno traxerit, ex quo praesumi possit l. nostrae scientia, ut & voluit Afflictus d. numer. 24. ubi tandem allegat plures tractantes an statuta ligent forenses, & late per Tiber. Dec. consil. 71. numer. 34. cum pluribus aliis, volum. 2. quod nostram tamen legem dicta teneant, & faciunt dicta per dictum Afflictis, ubi supra Rubr. 10. n. 1.

**I**bi, *Pierda, hoc enim regulare est, quod portans arma prohibita debeat ea perdere & ita consuetudine servari inquit Hypol. in d. §. pro complemento numer. 12. & Plaza de delictis. cap. 8. numer. 22. ubi inquit praxim hanc rationem sumpsisse a glof. domi. l. 1. ff. ad l. Jul. de vi publ. cujus meminit Jas. in §. ex maleficiis. n. 81. de ultio. Barba, de pract. Card. 2. par. numer. 28. inquit enim Paris. de studie. quod officialis inveniens aliquem cum armis prohibitis potest illa frangere, ut eos referet & sequitur Clarus. d. g. 82. statuto. 6. numer. 9. & Afflictus in d. Rubr. 9. numer. 26. dubium est an mandans alicui, ut secum eat cum armis, & arma eis per iustitiam sint ablata, tenebitur ne mandataris pro armis suis, glof. notat in l. quoniam. C. ad l. Jul. de vi publ. tener quod non, quia in re turpi non contrahitur obligatio, & illud quoque insi. mand. l. si remittendi §. rei turpis. ff. mand. Abb. in v. bone el. 2. numer. 14. de post. pract. Bar. tamen & Fab. Alber. & Salic. in d. l. quoniam. distinguunt, nam aut erat causa licita, quia accedebat ad indulgentiam & similia, & tunc tenetur ad restitendum damna, secundum Abb. & Innoc. in r. sicut. de jure jurando, aut vero ad causam illicitam, ut ad se verberandum cum alio & tunc non recuperat, ut per Joann. Fabrum in d. l. illud. Bald. l. fir. de fidejusso. C. mand. Specul. tit. de judic. §. specialia, in fine, referet & sequitur Rebus. de privil. scholar. privil. 21. vers. item aliam, ubi, in fine inquit, quod commodans alicui enses ad se verberandum cum alio, non recuperat eum per ex l. 1. §. certo. §. sed interdum. ff. commodat.*

**I**bi, *Que la tomare, sed quid si alguazellus permittat enses contra l. nostram deferri, ut inde aliquod injuriam reportet, vel rixa oriatur, qua pena punietur, & in his & similibus, inquit textus. in l. si quis barbaris. C. de re milit. lib. 12. quod vivus concremetur, quem ad hoc notat Paris. de Puteo,*

Puteo, in tract. spon. verbo. familiaris. c. 3. scrip. an ex ea quod. n. 8. ubi inquit quod dividentes praxim officiales, comburi debent, vel si aliquem seducant, ut se armet, vel faciant contra veritatem, dicendo quod secure poterit, & post eum capiunt, nam vivus deberet comburi ex dictis, quod si hoc uteretur, quot officiales essent jam combusti, deberent tamen, licet non hac pena, alia tamen gravi puniri, tanquam seductores & seditiosi & causam praebentes rixis, cum deberent eas exulare, siquidem occasionibus obviare tenentur ratione officii, quia

quos viderint ad rixam tendere prohibere debent. per tex. in l. stipulationes non dicuntur. §. placit. ibi non est spectandum ut insula ruat, & sic deinde agi possit ff. de verborum obligatione l. fin. §. ipsam aurem, ubi glof. qui eos. C. de bonis qua liberis. Hippolyti. consil. 21. numer. 23. quare officiales, qui rixantes vident, neque statim ad eos accedant, ut impediatur, tenentur per abque dubio saltem in tribunali Dei omnipotentis, qui tunc videt & judicat, ut inquit in propositum Divac. Perez. l. 18. tit. 4. lib. 2. ordin. col. 564. in fine cum sequente.

## TITULUS SEPTIMUS.

### De las Cortes, y Procuradores del Reyno.

**A**LITER non potest continuari, quam quod per Regni Procuratores & in curiis habendis de convenientibus Regno & munitioni & fortificationi ejus tractatur, & in armis habendis, & in fortalitiis servandis & custodiendis Regni defenso maxime consistit, ideo post precedentes titulos sequitur hic noster.

#### IN LEGEM PRIMAM.

*Tributa moneta & similia in regno non imponantur, nisi convocatis curiis & procuratoribus eorum, & eis annuentibus.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Curia caput regni vocatur & mari assimilatur & n. 2.
- 2 Procuratores curiarum debent esse homines cordati, & c.
- 3 Concilium civitatis an possit collectionem imponere.
- 4 Procurator exensator mittendus est ad nominationem procuratoris de cortes.
- 5 Procuratorum de cortes salarium de communis solvi debet.
- 6 Procuratorum bonum assensu etiam requiritur in tributis & collectis noviter regno imponendis.

**I**bi, *Cortes, ubi convocantur procuratores eorum & in curia ubi Rex adest sic congregatio, eo quod curia per caput regni vocatur, ut inquit textus in l. 1. in prin. tit. 4. par. 3. & locum ubi Rex exiit, ut probat text. in l. 27. tit. 2. par. 2. & curia Regis per mari assimilatur, ut per text. in l. 28. eod. tit. 9. p. 2. ubi gl. 1. dicit assimilationem hanc esse bene notandam.*

**I**bi, *Que no se echassen ni repartiessen ningunos pechos, hoc enim tanquam regno damnosum & nocivum maxima cum deliberatione est statendum convocatis civitatibus, Acedo in Recopilacionem. Tom. I. V.*

villis, & locis regni & pro eis eorum procuratoribus, qui quidem deberent esse homines graves bene cordati ac sentati & expertes ac intelligentes, & timorate conscientie, ac constantis animi qui possent resistere injuriis consiliis & damnosis regno, & insuper deberent esse divites, ne spe alicujus praemii consequendi in malum moveri possent & ex l. 4. supra eod. decernuntur aliqua ex his, neque debet esse civitatis debitor ut in facto respondisse, inquit Joan. Orosc. in l. 1. numer. 36. col. 487. ff. de officio procur. Cesar. sed an concilium civitatis possit collectionem imponere, vide Capell. Tolo. & ejus Addition. in decisione 347. & quid in dominis, vide Did. Perez. l. 7. tit. 11. lib. 2. ord. col. 512.

**I**bi, *Procuradores de todas las ciudades, y villas y lugares de los reynos, qui quidem procuratores curiarum sunt triginta & sex, decem & sex civitatum, & duarum villarum, quantum octo civitates & una villa sunt circa portus, reliqua ultra. Quae sunt, Sevilla, Guadalajara, Madrid, Burgos, Segovia, Leon, Zamora, Toro, Salamanca, Segovia, Avila, Valladolid, prout referet Did. Perez in l. 1. tit. 12. lib. 2. Ordin. col. 505. & nostra civitas Placentina, quae aliquando secundum quosdam de antiquis addit procuratorem mittebat, nunc autem Salmantina pro nostra Placentina civitate vult procuratorem mittere, & civitas nostra semper requisitioni dicit Salmanticensis civitatis contradicere, & lis magna ut auctori super hoc introducta est, & nondum dissoluta, & huc de causa mittit semper civitas nostra exaltatorem tanquam juste impedita mittere procurato-*

rem: nam licet, ubi adest iusta impeditenti causa, neque procurator excusator mittendus sit, ex text. in l. si quis iudicio, ff. si quis cantio, ubi Docto. tamen in nominatione procuratores ad conventus peragendos (hoc est a cortes) procurator excusator mittendus est prout semel & iterum in auditorio iudicatum esse testatur, Orosius in d. l. si quis iudicio, col. 690. num. 3. & salarium istorum procuratorum de cortes de communi solvi debet, secundum Avend. cap. 10. prorum. num. 7. in fin. lib. 2.

Ibi, Sean otorgados por los diebos procuradores, nam cum praedictate possit civitatibus, villis, & populis, pro quibus mittuntur, necessarium requiritur approbatio, vel improbatio talium procuratorum, & in hoc licet in aliis arduis Rex consilium procuratorum huiusmodi requirere vel saltem sequi non tenetur, in iis tamen tribuitur & collectis noviter regio imponendis assensus etiam istorum procuratorum requiritur, ex text. nostro pro forma & substantia actus, & ideo procuratores si plurimum debent in praestando assensu esse sensati & maturo consilio sese deliberare, & non aliter sese prorumpere, nam ubi majus periculum vertitur, ibi cautius agendum.

## IN LEGEM SECUNDAM.

Ardua regni cum subditorum consilio, & conventibus ad id congregatis Rex expedit.

## SUMMARIUM.

1 Rex debet requirere consilium suorum procuratorum & subditorum in arduis faciendis.

Ibi, consejo de nuestros subditos, in arduis enim exercendis atque efficiendis consilium suorum procuratorum, & subditorum requirere debet, ut de Imperatore & Regibus probat text. in l. placet. C. de sacrosancti. Eccles. & in l. humanum. C. de legibus, & in l. fin. tit. 1. lib. 2. supra, ubi aliqua retuli, & in summo Pontifice, idem probantur Archid. & alii relati per Loazes, in allegatione pro marchione de los Velez. 1. dubitatione. in 7. pro parte oppidi fundamento. n. 3. & 4. verum ut dixi in d. l. fin. & iterum in meo tract. de Decret. vocato, Curia Pisana alio nomine lib. 2. c. 3. num. 1. & latissime plura inferens profectus est Loazes, ubi supra in responsione ad dictum 7. fund. pag. 392. cum sequentibus aliquibus in parvis, hanc summus Pontifex, Imperator, vel Rex, ex voluntate non vero ex necessitate compelli observant, possunt enim si volunt ardua quaeque sine procerum & Magnatum consilio efficere, licet non soleant, ut pote quia, & ipsorum Principum res vertitur si male quid contigerit ex praetermissa consilii dicti requisitione, & praesertim circa nova tributa imponenda, ubi Principem ipsam potius necessarium credo perquirendi consilia procerum & procuratorum regni, quam voluntarium, ex l. precedente, ut pote quia ex iis potius, quam ex aliis occasio-

nes scandalis praebentur multoties, ideo cautius agenda, & in iis & in arduis aliis consilium nostri text. requirendum, iuxta illud Ecclesiast. 32. Fili sine consilio nihil facias, & post factum non poenitebis.

## IN LEGEM TERTIAM.

Terminus conventus est assignandus cum ad conventus peragendos procuratores eorum vocantur: Quibus procuratoribus hospitia sunt danda & constituenda, & convenienter tractandi.

## SUMMARIUM.

1 Morosus non potest quis dici, cui terminus conventus ad veniendum non est assignatus.  
2 Curiam Regiam alevantes bene tractandi sunt.

Ibi, termino conveniente, aliter enim in mora non veniendi nec in culpa constitui possent, & cuilibet enim citationi ac vocationi terminus conveniens est assignandus, ne inutilis citatio ac vocatio reddatur; ut probat text. ubi dixi in l. 1. tit. 3. supra. lib. 4. n. 1. & 4.

Ibi, Bien tratados, y aposentados, si enim quibus cura regni incumbit, & pro regno curiam & adeunt benigne tractandi sunt, & hospitia eis praestanda, nam qui in uno oneratur, in alio debet relevari, licet hodie procuratores curiarum non onerari in aliquo, sed honorari, & praemiari asseritur, & communiter sic ab omnibus concipitur, qui quidem licet revera in maximo honore constituentur, per maximum onus suscipiunt si attente considerassent, cum ex eorum votis plerumque universa Regni salus & quies pendet, & e contrario maxima inquietudo & maximum incommodum a suis malis consiliis, si quae mala praebuerint, oriantur, ideo attente ac sensatim & mature sese in iis gerere debent, ne inde nascantur injuriae, unde, ut tritum est Brocardicum, jura nasci debent.

## IN LEGEM QUINTAM.

Nullus precibus eligendus est in procuratorem curiarum, Rex tamen motu proprio potest illum eligere.

## SUMMARIUM.

1 Rex potest cuilibet civitati tollere facultatem eligendi procuratorem de cortes.

Ibi, ganar curias de ruego, officia enim & honores peti non debent, sed offerri, aliter enim notaretur quis de ambitu, ut dixi in l. 2. tit. 3. lib. 3. supra.

Ibi, Mas de nuestro proprio nomo, sic limitatis supra proxima verba, & legem praecedentem, ubi electio libera comparatur populo cuilibet eligendi talem procuratorem, ut non procedat quoad Regem qui ex motu proprio

prio potest eligere, & tollere electionem tali civitati & Populo, nam cum sit supra jus, potest illud interpretari & tollere, e. propositi, de concess. prob. & e. inter alia de sententia excom. ubi gloss. verbo, interpretatio, notat ad eum pertinere juris interpretationem, ad quem constitutionem. l. fin. C. de legi. c. clericum 6. ex iis omnibus. 11. quest. 1. tex. in l. 3. tit. 1. supra. lib. 2. ubi dixi in num. 16. sed contra nostrum text. in hoc facere videtur l. 2. & 3. tit. 14. supra. lib. 4. ubi nulle literae regie etiam motu proprio concessa in praedictum aliquorum sunt exequenda, neque Rex potest juri alicujus terti praedictate, ut in illis legibus 2. & 3. latissime dixi, & alibi pluries, in nostra tamen materia & lege dicitur Regem eligere posse hunc procuratorem motu proprio, cum lex nostra & praecedens dicant civitati & Populo competere jus eum eligendi, ergo contra legem illas videtur hic hoc dispositum, cui quidem objectioni responderi potest, ut non obstat, vel quia princeps & legislator sic voluit disponere, & leges interpretari, vel quia potest Princeps si vult praedictate cui voluerit, vel quia nullam, vel leve praedictum est hoc, cum & ipsum Regem, credendum est hoc, eligere velle hominem convenientem & utilem tali ministerio, ut colligitur ex verbis final. nostri text. & sic collat difficultas supra dicta.

## IN LEGEM SEPTIMAM.

Procuraciones curiarum cui lex nostra prohibet sub ejus pena.

Ibi, de comprar quod justum, sanctum ac rationi consentaneum est, quid enim spectari potest a tali emptore, aut quam non communicationem tribuatur & onus non consentiat, ut aliquid ipse lucratur, & ideo iustitiam, sicut & officia iustitiae vendi non posse statuit per l. 7. tit. 3. lib. 7. infra & per nostram in iis procuratoribus statuitur, & nostram ad hoc considerat legem Matien. in Anal. relaus. 4. parte. c. 11. num. 4. & an alia officia decurionatus tabellionatusve vendi possint, dixi in e. libri 4. mei tractat. decurionum, vel Curia Pisana.

## IN LEGEM DECIMAM &amp; UNDECIMAM.

Procuratores curiarum non sunt durante legationis tempore compellendi libere & accusationibus, neque fidejussores prestare nisi pro tributo Regni, neque iterum secundum legem 11. possunt capi pro debitis sua civitatis, vel de, vel populi, nisi sine debitum proprium ejus, & pro eo fuerit detentus, vel pignorat.

## SUMMARIUM.

1 Missus causa legationis ad curiam, ibi conveniri non debet, sed habet jus revocandi domum. & 2. quod neque fidejussores dare tenentur de redeundo ad primam. in n. Azevedo in Recopilationem. Tom. IV.

3. hac etiam sequuntur.  
4. Declarantur supra dicta & leges nostrae.

IN lege 10. ibi, las nuestras justicias de la nuestra corte, hic limitatur & restringitur potestas iudicium curiae, qui sine distinctione solent procedere contra in curia existentes, eo quod sit caput & communis patria, ut alibi diximus latius de Roma. Fallit hoc tamen in casu nostrae. l. & id regulare est, ut nullus causa legationis, vel ex alia necessaria causa, & prout congregatio ad curias ex mandato regis facienda, conveniri non possit in curia, sed habeat jus revocandi domum, prout dixi in meis additionibus ad tract. de decret. vocatum Curia Pisana, in lib. 1. c. 11. n. 7. habent tamen hic ex l. nostra, procuratores curiarum privilegium scilicet, quod neque sub iussione tenentur prestare de redeundo & ad patriam pro suscipienda lite, & quod regulariter est in aliis, ut diximus in d. n. 7. & hoc credo potest esse ex eo quod procuratores si sunt quasi quidam legati missi a civitate sua vel populo ad Regis mandatum ad curias peragendas, & de jure legatus non potest conveniri & in loco legationis pro debitis ante contractis. l. 2. §. legatus, & ibi Doct. ff. de judi. nec pro possessione ante accepta, nisi tempore legationis accepta sit. l. non aliam. §. 1. & ibi Bar. ff. de judi. vel nisi ad hoc legatio procurata sit, ex dictis per Bar. in l. universi. C. de legationibus lib. 11.

In l. 11. ibi, No sean prendados por deuda del tal concejo, de nihil videbatur hoc verba servire, cum de jure dispositum reperimus, quod nullus civis pro debito suo civitatis, vel populi posset detineri, capi vel exequi, ut dixi late in l. 16. tit. 21. lib. 4. supra & sic nihil erat necesse per l. nostram procuratores hos privilegiari, verum tamen facilitate diluitur isthac obiectio, si dixeris hos procuratores curiarum esse civitatum ac villarum rectores, prout sunt, qui quidem tanquam tales rectores conveniri possunt pro debitis suarum civitatum. ut dixi in d. l. 16. num. 5. ideo lex nostra eos etiam ab hoc onere eximit, & privilegiat, etiam si Dida. Perez hic sub l. 4. tit. 11. lib. 2. Ordin. col. 509. cum sequentibus velit dicere eos non privilegiare legem nostram.

Ibi, Salvo si la deuda, videtur hoc esse contra dispositionem legis praecedentis, ubi procuratores hos curiarum eximit ab omni petitione civili, quomodo ergo hic dicitur, quod pro debito proprio possit detineri, & certe est magna contrarietas harum legum, nisi legem 10. praecedentem intellexeris & ut procedat, quoties tales procuratores vocantur a cortes lege nostra quoties non vocantur ad hoc, sed adeunt curiam pro negotiis civitatis & populi sui, vel ex vocatione Regis ad aliam causam quam ad curiarum congregationem, & hunc credo verum & literalem harum legum intellectum, aliter enim plurimum sibi contrariarentur, neque scito aliter pro nunc concordari posse.

## TITULUS OCTAVUS.

## De los Embaxadores.

**C**um in superiori titulo dictum sit de procuratoribus curiarum, quia tanquam legati & ambasiatores suarum civitatum, villarum, & populorum curiam adeunt, nunc sequitur immediate tit. generalis, de ambasiatoribus.

## SUMMARIUM.

- 1 Embaxador quis Latine dicatur.
- 2 Triplex est legatus missus a Papa ad Regem, vel provinciam reformandam.
- 3 Ambasiatoribus iis an credendum sit sine literis legationis.
- 4 Ambasiatoribus donatum cedat lucro eos mittentium. & n. 5. & 6.
- 7 Ambasiator si infirmetur in itinere, expensis debent ei solvi a mittente.
- 8 Ambasiatores si decedant in itinere, quomodo solvendum salarium.
- 9 Ambasiatorum unus si decedat, an possit alter explere officium.

**E**t quia lex unica habet parum condimentum in materia sua, ideo pro declaratione ejus & Rubricae aliqua notabilia in hac Rubrica declarabo, & primo quis dicatur Latine embaxador, & dicendum, est quod Latine vocatur Ambasiator, & sive legatus, & is est, qui a Rege mittitur, vel ab alio principe ad negotia, vel ad voluntatem suam alteri Regi, vel principi per ipsum ambasiatorem exprimenda & tractanda, ut colligitur ex l. 21. tit. 9. par. 2. quae est singularis in hoc, & horum ambasiatorum officia magna maximi honoris reputat, & qualitates requisitas in eis commemorat, quibus ad hanc l. nostram scilicet quod debent etiam esse naturales hujus regni, & de jure canonico triplex est legatus & missus a Papa ad regem, vel ad aliquam provinciam reformandam, ex capit. 2. de officio leg. in 6. primus est Cardinalis, & hic, si mittitur a Papa dicitur legatus de latere. c. 1. & Doct. ibi. de officio legat. in 6. & hic est dignior cum sit Cardinalis de latere Papae, & assiluit negotiis arduis & secretis. cap. volentes. & c. placet. & ibi glos. de officio leg. in 6. alius vero est legatus ratione dignitatis, qui legationem habet eo ipso quod dignitatem adeptus est, ut Archiepiscopus Remensis, & Cantuariensis, adhaerent enim dignitati legatio ut patet in d. cap. 1. de officio leg. in 6. alius vero est legatus quia missus a Rege, & isti sunt, los embaxadores, ita eos distinguit ultra alios, Fran. Mar. in decisione Delphin. 135. num.

1. & Rebuffus in l. Sylva cadua. 30. in ordine. §. si supra. pag. 248. ad fin. ff. de verb. signific. Sed est quaestio an ambasiatoribus iis credetur & sine literis ambasiariae sive legationis, & dicendum est non credi, nisi literas exhibeant, secundum Bar. in l. Palatinos. C. de collat. fundo. lib. 21. nisi esse vir nobilissimus & praeclens & notus principi, de quo videndus est Mascardus, de probatio. tom. 1. conclusioe 84. per totam. Praesumitur tamen pro sufficientia talium legatorum a principe missorum, secundum eundem Mascard. in 2. tom. de probat. conclusioe 192. n. 5. sed an id quod est donatum ambasiatoribus cedat eorum lucro, & an vero mittentium sint, & in hoc fuerunt opiniones Docto. diverse, una pro ambasiatoribus, alia vero pro mittentibus, ut videbis ex Doct. in cap. fin. in fine. 94. distin. & in l. socium qui. §. 1. ff. pro socio, & in l. qui proprio §. procurator. ff. de procurato. & in hac diffensione placet concordia Abb. in cap. postulasti. num. 4. & 5. de concess. prob. ut scilicet consideremus an ambasiatores fuerint prius noti, & familiares ei ad quem missi sunt, & tunc cedunt eis, aut erant ignoti, & tunc inspicenda est qualitas donorum, nam quaedam praesumptive magis conveniunt mittenti, ut puta si daretur unus leo, quaedam conveniunt ipsis ambasiatoribus, puta si darentur eis congruentes vestes, & secundum hanc qualitatem facienda est interpretatio sicut & in donatis a consanguineis viri uxori ejus, distinguunt multi, ut licet videre ex Mascard. de probat. tom. 1. fol. 362. conclusioe numero 7. iltitae tamen procedere possent jure antiquo attempto, quo quidem permillum erat ambasiatoribus & donari, & recipere, ut in l. divus. versio. Barbaros. ff. de bonis damnato. & l. unica. C. publi. liti. lib. 11. sed cum ex d. l. 21. tit. 9. par. 2. ubi adnotante glos. aliqua cosa, nihil recipi liceat ab eis, & cessabant iltitae, nisi de facto aliquid recepissent, quia tunc & huic quaestioni locus esset. Item nota quod si ambasiator infirmetur in itinere expensis debent ei solvi a principe vel civitate mittente eum, secundum text. in l. si cui. §. 1. ff. ex quibus causis mayo. de quo per Bar. in l. 21. tit. 9. par. 2. ff. eod. tit. & Anania in c. quam sit. de Judais, ambasiatoresque si debebant in itinere

## De las Imposiciones &amp;c. Ley. I. 133

inirere salarium pro rata temporis, qui non servierunt: debet restitui per haeredes civitatis & mittenti, & si unus ex ambasiatoribus decedat, & alter solus potest explere officium ambasiariae & valebit ab eo gestum secundum Angelum in l. 1. C. de legat. lib. 10. & Bar. in l. 2. eod. tit. & lib. ubi ex addition. ibi optime hoc declarat quoties ad idem officium duo deputati sunt, ut uno decedente alter gereret utriusque officium, & de mandato superioris, secus si diversa, nam tunc cum officia sint distincta, & distincta habeant salaria, iste non poterit illud diver-

sum officium explere, quod si ex jussu superioris adimpleat, duplex habebit salarium ut per additio. Bar. ubi supra alia de ambasiatoribus videre poteris per Berrach. in reperiitorio, verbo ambasiator, & per Mart. Landent. in tract. de leg. maxime principum, in tom. 16. tract. diversorum Doct. nam iltitae sufficient pro nunc.

¶ Ad l. 1. solum unum verbum addo scilicet, quod casus specialis ejus pro naturalibus regni addendus est pluribus aliis regnicolis permittis & a me relatis, in l. 14. tit. 5. lib. 2. supra in n. 50.

## TITULUS UNDECIMUS.

## De las imposiciones, tributos, y portazgos, y estancos.

## IN LEGEM PRIMAM.

Portagia imponi non possunt per alium quam per regem vel per alium ad hoc habentem Regis privilegium, vel ex consuetudine immemoriali acquisitum jus habentem, sub nostri rex. papa.

## SUMMARIUM.

- 1 Rex est qui potest portagia imponere. & sine ejus licentia civitates non solent id imponere. & n. 2. imo & tunc Rex cu causa id concedit. & n. 3. aliter peccaret & tyranniam exerceret ibidem, imo & exalior ut. n. 4.
- 5 Qualitates justificantes portagia, remissioe.
- 6 Jus portagia imponendi potest tempore, vel privilegio acquiri.
- 7 Aliis modis etiam acquiri potest jus hoc imponendi portagia.
- 8 Immemoriale tempus requiritur ad acquirendum jus hoc. & n. 9.
- 10 Privilegium debet, ut valeat, facere mentionem de aliis portagiis loci illius.
- 11 In praescriptione contra Regem scientia & patientia requiritur.
- 12 Quibus rebus debet probari praescriptio hac portandi portagia.
- 13 Alia praescriptionis debet esse uniformis & invite factus ut jus hoc portagiorum praescribatur, alia neque immemorialis sufficeret.

**I**bi, de los reyes de donde nos venimos, ni de nos, Rex enim est qui potest portagia imponere, ut in cap. super quibusdum §. 1. de verb. signific. Bart. & communis Scholar. Doct. in c. 1. que sunt regalia, maxime Afflicis versio. veltigalia. l. veltigalia. in princ. ff. de publi. l. 1. & 2. C. nov. vet. tempo. num. 105. l. 2. & 3. infra eod. in aut. de mand. Princes. §. sed neque collatione §. l. 9. tit. 7. p. 5. Ferrata in forma lib. pro sol. pedag. glos. 1. n. 3. & ibi Addit. Rolan. Valle, cons. 34. vol. 3. n.

26. & ex nostris Avend. c. 4. prat. num. 3. lib. 2. & A. iles. cap. 24. prat. glos. 1. & Lafarte in tract. de decima vend. lib. 1. in scholio ad l. 1. tit. 17. lib. 9. recap. n. 1. ubi ampliat, & in exaltibus Doct. de veltigalibus, & collectis, & ideo si civitas ex magna causa velit quocquam imponere, impetrat literas a Rege, ut sibi permittatur, & solet visa causa concedere, & ut quotidie videmus & testatur Guido Papae decis. 197. relatus per Rebuf. l. nummum. 214. ff. de verb. sign. pag. 933. in fin. imo & ipse Rex non debet alia portagia imponere nisi ex justa causa propter publicas & necessitates, & videlicet pro stipendiis, pontibus, defensionibus strate publice, vel pro defensione fidei vel patrie contra paganos, ut & inquit glos. seguros. l. 5. tit. 7. part. 5. & novissime Humada. d. l. 49. tit. 6. par. 1. glos. 3. num. 11. cum sequenti, aliter tyrannica portagia & iniqua dici possunt, & mortaliter Rex ea imponens peccaret, ut per Roland. ubi supra. n. 26. & 27. & ubi supra Avend. n. 2. Nau in manna. c. 25. n. 6. versio. 16. ubi ad restituendum eum obligat, & Greg. Lop. in d. l. 9. glos. semejame, ubi inquit quod etiam ipsemet exador peccaret, si sciret sine causa impositum esse portagium & dicta etiam tenuit Decianus Tyberius, in cons. 41. n. 66. volum 2. cuius distinctionem ibidem ab eo propositam, n. 68. scilicet, quod de potestate ordinaria non possunt Reges sine causa imponere portagia hae, de absoluta vero sic, rejiciendam patet, nam in principibus Christianis non datur absoluta potestas, ut late fundavi, in l. 1. tit. 1. lib. 4. supra, & sic sine causa non vult juri alicujus tertii praedjudicare, & consequenter Reges etiam non possunt sine causa portagia hae imponere, & qualitates & justificandi hae portagia vid. per Castro de lege ponali. c. 10. & an credatur Regi volenti portagia & collectam imponere ex causa & utilitate publica, vide Mascard. in 3. tom. de probat. consel. 1228. n. 13.

**I**bi, No teniendo cartas o privilegios, & ibi, *per uso de tanto tiempo*, ex iis duobus titulis, vel quolibet eorum, scilicet, ex privilegio Regis, vel temporis ubi potest acquiri per inferiores dominos jus imponendi portagia in locis suis, prout & erat de iure, ex e. super quibusdam. §. 1. de verb. signific. & Bart. & Doct. in l. si publicanus. §. fin. ff. de publ. & vect. & in l. 2. C. vest. nov. ubi signanter per Sal. debetque secundum eos, & ex dictis iuribus prescriptio hanc vel consuetudo esse immemorialis, ut & optime per Zephalum consil. 129. n. 3. cum sequentibus, ubi quanto tempore quis liberetur, alii vero quatuor modis dicunt acquiri posse jus imponendi collectas, pedagia, & onera, & angarias, scilicet conventionem facta inter Regem & subditos, de qua loquitur tex. in l. fin. §. praeveat. ff. mun. & hon. & per totum tit. C. de ann. & trib. lib. 10. numerata conventa. secundo privilegio, ut notant omnes in rubr. C. nova veti. gloss. 4. forma. §. si quis vero agrum, ver. levare, in fine. ff. de censibus, & tradit Alberic. in l. fin. c. de iurisd. omni. iud. & in Rubrica de mun. & hon. vers. sed pone quod, Alexan. consil. 145. volum. 2. & est text. in l. placet. C. de excus. num. & l. 1. C. de super. indult. Tertio consuetudine, ut per Albert. & Cynum, in Rubrica. C. qua fit longa consuetudo, & in d. l. fin. n. 8. C. de iurif. om. iud. & per Alexan. consil. 124. n. 3. ad finem vol. 4. & de utroque, scilicet privilegio & consuetudine, est text. in c. servitum. 18. q. 2. juncto c. contra mercem. 100. distin. quarto videlicet prescriptio, ut est text. notabilis ubi notat Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de usur. & in l. litem. C. de agris. & cens. lib. 11. notant omnes in l. si certis annis. C. de pall. Bald. in l. solent. §. fin. ff. de offi. procons. & Tiber. Dec. respon. 4. n. 3. vol. 2. & optime per Navarrum, in consil. 1. tit. de censur. ubi & per quod tempus liberatio consequatur. Ii tamen quatuor modi acquirendi jus hoc, pedagia imponendi, ad duos, de quibus in nostro text. referri possunt, scilicet, ad privilegium & concessionem Regis, sub quibus comprehenditur conventio, nam quamvis per viam privilegii & conventionis id fiat, necessario per viam concessionis fit, & sic idem esse iudicandum erit, item & tertius & quartus modus, scilicet de consuetudine & prescriptio, ad unum etiam deducitur modum scilicet, per usum tanti temporis de quo non est memoria in contrarium, sive id per consuetudinem vel prescriptionem acquiratur, & sic iure optimo noster text. & Doct. alii inquirunt duobus iis modis, scilicet privilegio, & usu immemoriali acquiri posse hoc jus, ut inquit Fran. Becius in consil. 69. n. 5. & latum consilium in supra dictorum propositum fecit novissime Tiber. Dec. d. consil. 41. per totum, vol. 2.

**I**bi, De tanto tiempo que se pueda ganar segun derecho, in antiquis textualibus assignabatur hic per l. veteris ordinamenti, tempus quinquaginta annorum, nunc autem videmus tempus tantum per l. assignari, quantum de iure sufficiens sit & cum imponere collectas sit de regalibus, merito quod immemorabile tempus requiratur, ex dictis per nos, in l. 1. tit. 13.

lib. 4. supra. n. 41. cum seq. pluribus, per text. ibi, & in portagio immemorabile tempus requirit, sic habemus decisum per l. 19. tit. 6. lib. 3. supra ut apparet ex subscriptionibus recopilatoris nostrae recopilationis ad finem hujus nostri tit. 11. & per l. 8. tit. 15. lib. 4. supra. & notat Aviles. c. 14. pratorum gloss. & prescriptio. n. 1. cum seq. Avend. c. 4. prat. n. 7. & 9. in prin. lib. 2. ubi inquit quod tunc non sufficit longeva subditorum praestatio, & quamvis subditi instrumenta facerent in praesidium suae libertatis non valebunt, secundum Bald. relatam per Aviles ubi supra gloss. 1. num. 4. & tradit etiam gloss. fin. mandata. l. fin. tit. 7. p. 5. ubi & inquit quod quando conceditur per Regem privilegium vectigali in aliquo loco imponendi, requiritur ne privilegium & rescriptum sit subreptitium, quod in eo fiat mentio de aliis vectigalibus seu pedagiis, quibus oneratus est talis locus, & alia nihil valet tanquam subreptitium ut & per Avend. c. 4. pratorum. n. 6. in fine lib. 2. & de iis etiam tractabat Villalobos, in arario com. opin. littera P. num. 297. & 299. ubi inquit quod tunc non est necessaria in tali prescriptio immemoriali scientia principis & patientia, secundum magis com. opin. ut & per Aviles. c. 13. pratorum verbo, al. cavalat, & dixi in l. 1. n. 5. & 53. tit. 15. lib. 4. supra & tenet novissime Gutierrez, in quast. pract. lib. 1. q. 85. n. 1. & seq. pag. 159. in prescriptio tamen 40. annorum contra Regem scientia ejus & patientia requiritur, ut per ipsos maxime Gutier. 11. ibidem. n. 2. & 3. & in nostro casu haec 40. sufficeret annorum prescriptio cum scientia & patientia Regis inducta, secundum Aviles, ubi supra quod crederem si aliquis adesset titulus apparet verus, licet non esset verus, vel quoad possessionem sufficeret haec quadragenaria prescriptio, ut per Avend. ubi supra. num. 13. & in casibus in quibus scientia & patientia requiritur, sufficit officiales ac procuratores Regis id scire, ut ei praesudicatur, ut per Gutierrez ubi supra & ego ante eum in d. l. 1. n. 15. tit. 15. lib. 4. supra. de quibus & per Menel. in l. si aquam. n. 37. cum 5. seq. C. de servit. & aqua, debet tamen haec conclusio & aut prescriptio amplius quam duobus testibus probati, ut per Avend. ubi supra n. 11. imo & tunc actus praestationis debet esse uniformis, & invite factus a vassallis ut domini ab eis has collectas exigere possint, & alia neque immemorialis ex actio sufficeret, secundum Avend. ubi sup. n. 17.

IN LEGEM SECUNDAM.

- 1. Omnes exactiones de jure civili prohibita sunt & damnatae.
- 2. Pedagia antiqua non licet augere, sicut neque de novo imponere.

**I**bi, Impositiones novas, ut in l. precedente dictum est, prohibitae enim sunt & damnatae omnes exactiones de jure canonico & civili, ex e. quamquam de censibus in 6. & non possunt imponi nisi ab habente potestatem, ut in l. 5. proximè diximus, & per Julium Clarum lib. 4. sententia-

IN LEGEM SEXTAM.

Privilegia eximientia loca aliqua & civitates a solutione portagiarum servanda sunt.

**I**bi, En aquello que de derecho devieser guardadas, & sic in terris ubi Rex ipse privilegium tale concedens eximens a solutione portagiarum percipit portagia, non vero in villis & populis ubi perceptio portagiarum ex privilegio, vel immemoriali consuetudine alicui particulari Domino vel personae competit, nam cum iis non loquitur neque procedit similis portagiarum exemptio, & prout dixi in l. 14. n. 39. tit. 3. lib. 1. supra & factum dicta per Velalcum in eum. 1. suorum consiliorum. c. 11. num. 2. cum 2. sequentibus.

seventiarum. §. fraudum. q. 19. & per Grammat. consil. 98. n. 12. cum sequen. pluribus & latius in consil. 147. & id adeo verum est, quod antiqua augeri non possunt, ut ex l. nostra probatur & in gloss. sequente dicemus, & quod nova pedagia imponi non possunt, vide etiam Zephalum consil. 129. n. 1. & sequent.

**I**bi, Ni stan ojadno de arecentor, nam sicut non licet nova pedagia imponere, sic neque antiqua augere per l. 1. & 1. C. nova vectig. imponi non possunt, pedagium enim auctum novum dicitur, ex l. vectigalia in prin. ff. de publ. Sal. in l. vectigali in prin. C. nova vecti. Rolan. Valle, consil. 42. num. 12. vol. 3.

**I**bi, Con diez tanto, augetur in hoc pena duplici per l. 9. tit. 7. p. 5. imposita, ut ibi advertit gloss. verbo, doblada.

IN LEGEM TERTIAM.

Domini vel eorum heredes non possunt nova tributa aut jura imponere in domibus aut hereditariis quibusvisque ab eis possessis in villis aut locis horum regnum, nisi illa tantum tributa ipsi dominibus aut hereditariis affixa.

SUMMARIUM.

- 1. Persona Ecclesiastica an dispositione legis ligari possit.
- 2. Tributaria res in quem transit cum onere suo.

**I**bi, Personas Ecclesiasticas, sed an & personae Ecclesiasticae legis nostrae dispositione ligari possunt, & dicendum est, quod sic ex eo quod in commodum & favorem publicae utilitatis, id est statutum per l. nostram, quo casu & Ecclesiastici comprehenduntur, prout alibi diximus & intelligenda tamen est lex nostra de clericis & personis ecclesiasticis mercatoribus, seu negotiatoribus, non vero de aliis secundum gloss. clerigo, in l. 5. tit. 7. p. 5. & ibi inquit quod tunc stabitur juramento clerici quod non portat causa mercantia.

**I**bi, En las casas, y heredamientos, ita quod non possunt tales domini temporales in terris suis statere quod omnia praedia, & solvat tot tributa omni anno tali personae, vel ad supplementam talem necessitatem, vel opus implendum, imo neque ipse Rex id posse facere si intelligeretur, quod id fieri jubebat, dolo vel fraude in detrimentum Ecclesiasticae libertatis, ut dixi in l. 11. tit. 3. lib. 1. supra.

**I**bi, En las aforadas, id est tributarii & tributarii affisi, id enim ut in posterum observetur, jubere poterunt domini temporales in terris suis, nihil enim novi tunc jubent, sed vetera renovant, & talis res tributaria in quemcumque & transeat, transire cum onere illo solvendi tale tributum, ut dixi in d. l. 11. n. 8. cum seq. tit. 3. lib. 1. supra.

SUMMARIUM.

- 1. Portagium non debetur de rebus, quas pro usu proprio quis deserit.
- 2. An si deseruntur res pro usu proprio, juramenta deserentis statim ubi n. 3. qua tales res dicantur.
- 3. Casus ubi de jure communi portagium non solvitur.
- 4. Portagium & pedagium regulariter de rebus que negotiationis causa deseruntur, debentur.
- 5. Privilegiati non obligeati solvere portagium vel gabellas, debent saltem dona publicano ostendere.
- 6. Res de quibus datum non debetur non est necesse consignare.
- 7. Mercatorem non portare res vitatas, sufficit per eum jurari.
- 8. Malitiose occultans bona vel deserens per loca insulsa panitur.
- 9. Deserens res an debeat expectare quod officialis pedagii ipsum interroget.
- 10. Perditus rebus ex quibus datum debetur an & perditur illa ex quibus non debetur.
- 11. Alia pro portagio consuetudo vel pro habenda pena quanto tempore durabit.
- 12. Publicanus an possit propria auctoritate mittere manum in rem pro qua datum solvatur non est.
- 13. Dominium rei confiscatae transit in fiscum, vel habentem causam ab eo, non tamen possessio.
- 14. Publicanus inquam panem incurret si plus debito petat.
- 15. Mercator transiens per loca non consuetata est in culpa.
- 16. Mercator transiens non solvit portagio, quia ibi non erat, eas solvens, excusatur a pena, sicut si causa fraudandi. Et num. 18.

**I**bi, *Que no se lleve portazgo de cavallos*, adde quoad neque de quibuscunque rebus debetur, quas quis defert pro usu proprio, ut habetur in l. universi. C. de vect. eo. & in l. censoria in prin. ff. de verb. signific. tradunt Becius conf. 96. n. 9. & Rolan. conf. 34. n. 16. cum sequent. lib. 3. Ferrara in pract. in for. lib. pro solv. pedag. in glo. panni. n. 1. ubi inquit ex glos. in clement. fin. extra de censib. quod super hoc stabitur juramento deferentis, & n. 2. inquit quod illa res dicuntur pro usu proprio, que pro cultu atque pro quotidiano usu ipsius persone, & familia suae deferuntur, ut in d. l. censoria. Et an d. l. 5. comb. 3. in prin. tit. 7. par. 5. & ibi glos. verbo, para si. cum seq. alios etiam casus ubi de jure communi, portagium non solvebatur, referret glos. in l. si publicanus. §. 1. ff. de publicis, & text. in d. l. 5. tit. 7. p. 5. & ibi glos. ad limitationem regule que habet, quod regulariter pedagium & portagium de omnibus rebus, que causa negotiationis deferuntur, debetur de quibus exprimitur & habetur per text. in l. interduum. §. species ff. de publica. verum tamen est quod privilegiati, qui non tenenturolvere vectigalia vel gabellas, debent saltem dona & publicano ostendere, alias confiscarentur, secundum Rolan. conf. 79. n. 90. cum duobus sequentibus lib. 3. & Addit. Ferrar. ubi supra in glos. panni. adubi. prima. licet in aliquibus civitatibus, consuetudo dicat quod deferens non tenetur consignare & officiali res de quibus datium non debetur, secundum Ferrar. ubi supra in glos. exciderunt. n. 2. & habemus nos optimam l. 8. tit. 7. p. 5. hoc approbantem & disponentem sufficere & mercatorem jurare non portare res ex quibus portagium debeatur, & tunc si talis privilegiatus secundum Additio. Ferrar. ibidem, portaret res alienas, & diceret esse suas, diceret fraudare pedagia & gabellas, & perderet omnia hanc, ut probatur ex d. l. 5. ad. fin.

**I**bi, *Sin pagar el portazgo de se deve anan de pena el quarantimo del portazgo*, & no perdimento de las mercaderias, de jure civili mercis ipse perdebantur, in hoc casu, cum pedagium non solvebatur, ut apparet ex l. si publicanus. §. ff. in fi. ff. de publi. in l. censoria in prin. ff. de verbo. signific. & ad hoc facit l. universi. C. de vectig. sed an si malitiose quis occultaverit bona fraudandi causa, vel per loca devia transierit, punietur amissione rerum, quas voluit occultare, & dicendum est quod sic, & ex l. 5. in fine. & l. 6. tit. 7. par. 5. quia secundum glos. 1. in ca. l. 6. casus illi speciales non contringunt per l. nostram, que solum loquitur cum deficit malitia & intentio fraudandi, sed tantum cum quis transit per loca usitata, ubi adsunt publicani & collectores portagii, & transit sine solutione ejus, tunc enim quadruplum solvit, non vero amittit res, si publicanus existit in loco solito, secus si ibidem non adesset, nam tunc excusaretur mercator, ex l. nostra in fine. Sed est in proposito singularis questio, an deferens res debeat expectare, quod officialis pedagii ipsi interrogent & an deferat res, de quibus solveere debeat pedagium, & dicendum est quod non, imo ipse deferens debet se of-

ferre, & profiteri officiali quod tales res defert, ut ex text. in l. interduum. §. de publi. quem ad hoc sic tenendo allegat Ferrar. ubi supra in gl. exciderunt. n. 2. ubi n. 3. tractat, an ignorantia in aliquo tunc excusetur, & an minor aetas, vide dicit. l. 6. tit. 7. par. 5. sed an in casu in quo perditionis pena locum habet perdetur res etiam ex quibus datium non debetur, vel res aliena, vide per Ferr. ubi supra. n. 5. cum seq. ubi inquit quod non perdetur, sed quanto tempore durabit hac actio pro portagio consequendo, vel pro habenda pena, die quod quinquennium & non ultra per text. in l. 2. C. de vect. & com. & text. in d. l. 6. in fi. tit. 7. p. 5. sed an propria auctoritate possit publicanus mittere manum in rem commissam, pro qua datium solutum non est, & Ferrar. ubi supra, glos. ejus, inquit, quod de jure communi, non possit, sed de consuetudine obtenta optime possit, quia rei, in qua datur commissum statim perditur dominium, & transit in fiscum, vel habentem causam ab eo, & non tamen transierit possessio nisi sequuto facto hominis, ut ibi inquit Additio. Ferrar. ex Rolan. conf. 42. n. 5. verb. 3. ubi tractat de ista transacione, ubi tamen id non esset de consuetudine, iudicem adiri consulo.

**I**bi, *Donde no se acostumbra ni pueden llevar*, que quatinne publicanus penam incurrit, si plus debita ac justa mercede & portagio perceperit, & in hoc distinguendum est, scilicet, quod aut exigit novum vectigal nunquam hactenus impositum, & tunc de jure communi punietur pena legis Corneliae de vi publica, ut l. si. C. ad l. Jul. de vi pub. de jure vero nostro Regio punietur pena l. 2. supra isto tit. & lib. aut exigit amplius quam consuetum est exigi ab antiquo, & tunc aliquando puniebatur in duplum, aliquando in triplum, aliquando etiam extraordinarie corporaliter, prout iudici videbatur diligenter delinquentis circumstantiis ponderatis, ut hac probantur in l. 2. in prin. & l. 1. & l. licitatio. §. quod illiciti. ff. de publica. ubi non solum ipse publicanus de his tenetur, sed etiam familia ejus, ut & l. quant. audacia in prin. & in §. 1. cum similibus. ff. de publican. referret Ferrar. in pract. in for. lib. pro solv. pedag. glos. si. n. 9. & ibi addit. fin. & Menoch. de Arbitrar. jud. lib. 2. centuria 4. casu. 397. n. pen. & fin. & in hoc ultimo casu quando percipit publicanus plusquam consuetum est jure regio, punietur pena l. 8. tit. 7. par. 5. eol. fin.

**I**bi, *Y que se cojan las que se pueden llevar en los lugares y partes donde se acostumbra cojer, y no en otra parte*, & hoc quia mercatores tenentur ire & transire per loca consuetra, ubi solet solvi portagium, & quibus si deviant, & sic a recto itinere essent in culpa, & ut colligitur ex text. & ibi glos. lugares in l. 5. titulo 7. par. 5. & ideo ut de his convinci possint mercatores jure lex nostra disposuit portagio esse petenda in locis & partibus consuetis, & non alibi, & debent ibidem adesse persona ad petendum portagio deputata, aliter non tenebuntur transire si non solverint, ut in glossa sequente.

**I**bi, *No incurran en pena de descominado ni en otra*, nam cum superiocius verbis dictum sit debere publicanos existere per se, vel per alios in

in locis consuetis, ubi portagio solvi solet, si ibidem non exiretur, minimum quod mercator manens & non solvens, cum non aditu qui illa recipiat, non teneatur ad penam, sed tantum ad solvendum portagium, & ut in his verbis usualibus probat lex nostra, & erat antea de jure communi, ubi enim mercator non reperit, cui solvat, non transire animo fraudandi, & sic in nullam incidit penam, ut per Bestach. de Gabel. parte fi. 9. §. 15. in prin. referret Rolan. conf. 42. n. 9. & 10. vel. 3. locus vero esset si animo fraudandi portagium transiret per loca insolita & non consuetra, nam tunc pena amissionis & locum haberet imposita similibus fraudulentibus per l. 6. in prin. tit. 7. p. 5. ut ibi optime advertit glos. Tada. sic declarando legem nostram, que in antiquis conventuris penam quadrupli imponebat, & nunc diluitur, & solummodo portagium jubet solvendum per transiencem per loca consuetra absque eo quod ab ipso peteretur portagium.

stra quilibet potest edificare pontes, & fortius reparare, nam cui licet quod est plus, licet utique quod est minus, ita legem nostram ad hoc allegat Avend. cap. 3. par. 1. n. 8. in princip. lib. 2. & idem Avend. cap. 12. n. 15. in medio lib. 1. ubi & querit, an possint fieri pontes supra flumina, & quid ex utraque parte solo alieno imponantur, quod utique licebit, cum & ipse Avend. in dicit. tam. 8. asseruerit, ad pontium edificacionem tantam ad opus pium & publicum possit fundos privatorum capi, & ad hoc allegat legend. 31. titulo 13. par. 3. quare licetque nondum repertus, & dato quod id possit fieri, esse unque faciendum respecto damno & dano bono cambio Dominis talium fundorum, ex dictis per nos in l. 1. tit. 1. lib. 4. supra.

IN LEGEM OCTAVAM.

*Concessiones & gratia a Regibus concessa portagiorum, vel aliorum tributorum, intelligenda sunt secundum quod ab antiquo consuetum erat eas solvi & percipi, etiam si aliud in eis dicitur.*

**I**bi, *A qualquier Persona*, allegat licet corrupte legem nostram Joan. Garcia de nobilit. glos. 2. num. fin.

**I**bi, *Acostumbra pagar a los dichos Reyes* nostras progenitores, ex l. 5. tit. 7. par. 5. signabatur & consignabatur pars danda & solvenda Regi, ubi glos. Ochoa. hanc declarat, & Avend. cap. 4. par. n. 7. in prin. lib. 2.

IN LEGEM NONAM.

*Pontes in fluminibus fieri possunt, dum tamen sint absque impositione & tributo, neque impediendi sunt pontes facientes sub nostris text. pena.*

SUMMARIUM.

- 1 Pontes quilibet edificare potest & fortius reparare.
- 1 Pontes an possint fieri supra flumina.

**I**bi, *Qualquier persona* pueden hacer, & edificar puentes, en los rios a su costa, ita quod licet antea ex l. 1. tit. 11. par. 2. & l. 20. tit. 32. par. 3. absque licentia Regis non poterat fons privatus edificari, secundum Bald. in Rubr. ff. de rerum divisio. verso. quarto, an in aquis, & pontium edificatio, aut reparatio proprium erat Regis, ex lege tamen no-

IN LEGEM UNDECIMAM

*Portagia, vel alia tributa non petantur nec possentur per civitates & villas regni Christiana contra legis nostre disposicionem.*

SUMMARIUM.

- 1 Almozarifazgo, idem est quod portagium.

**I**bi, *Ordenamos, y mandamos*, vide in proposito l. 1. §. 2. tit. 27. infra lib. 9. de his dispositionem.

**I**bi, *No almozarifazgo*, item in effectu Almozarifazgo, est sicut portagium, & sic Hispani vocant, nos vero Portazgo vocamus, ut advertit glos. per text. ibi, in l. 5. titulo 7. par. 5. verbo. El achava.

IN LEGEM DUODECIMAM

*Stanca in regno imponi prohibet lex nostra.*

SUMMARIUM.

- 1 Stanca maxime odiosa sunt & in jure reprobanda.

**I**bi, *Ninguna, ni algunas Personas*, subtribus decimo, & utilis bono publico, sunt enim hanc stanca maxime odiosa & in jure reprobanda, ut per Avend. cap. 12. par. n. 12. lib. 1. & idem disponitur in l. 19. tit. 6. lib. 3. supra, & proxime Dominus in terris suis, qui neque prohibere debent vassallis ire ad coquendum panem ad alios furnos, quam ad suos, de quibus impositionibus, & ultra alios per eum relatos tradit Roland. & Valle, consil. 22. numero 1. cum sequentibus, ubi num. 32. inquit quod vassalli se opponant ne consentire videantur, & aliqui per Guid. Pape, consil. 1. & diximus aliqua in l. 8. tit. 15. lib. 4. supra, & hic titulus iste finitur.



TITULUS DECIMUS TERTIUS.

De los Teforos, y mineros de oro, o plata, o otro qualquier metal: y pozos de fal, y bienes mostrencos, y hallados.

Et cum superioribus titulis inceptum sit tractari de his, qua Regibus pertinent, nunc autem sequitur de thesauris, & metallis, & salinis, & bonis mostrencis, qua Regia corona sunt incorporata & ei pertinent.

IN LEGEM PRIMAM.

Partem dandam inventi thesaurorum, & diligentiam super hoc a iudicibus faciendam declarat lex nostra.

SUMMARIUM.

- 1. Theaurus quid sit & n. 2.
2. Aveniendus reprehenditur.
3. Fodere terram ad inveniendum thesauros non potest quis in loco ubi non moratur.
4. Lex hac an sit correctoria l. 45. tit. 28. par. 3.
5. Thesauros ad fiscum pertinere in toto orbe, sic est receptum cum amplius.

PRO- cius legis introductione sciendum est, quod thesaurus est pecunia ab ignotis Dominis supra hominum memoriam reposita...

Quibusque que supere, o opere dezir, notanda est illa disjunctiva, o, que disjungit verba & disjungit sensum, ita ut in scientia, vel in auditu idem dicendum sit legem nostram disposuisse, & consequenter est maxime considerandum, quod in illo verbo, Supere. & sic in scientia comprehenditur casus inventi thesauri, & jam apprehensi per inventorem, vel si nondum apprehensi, discooperiti tamen, & in verbo illo, O opere dezir, comprehenditur casus

thesauri, neque nondum apprehensi, neque discooperiti, sed tantum audicum esse existere in tali parte, ut ex his colligas perperam dixisse Aveniendum, in cap. 12. prator. num. 33. concl. 7. in princ. lib. 1. dicendo, quartam partem a nostro text. inventori assignatam, esse illi dandam, quoties tantum denunciavit iudicibus alicuius loci vel territorii in quo ipse demoratur, quod in loco vel fundo Regis sit aliquis thesaurus & ad Regem pertineat, secus vero si jam invenit thesaurum & apprehendit in dicto fundo Regio, quia tunc dimidiam partem habebit dicti thesauri, secundum formam l. 45. tit. 28. par. 3. fallitur enim Aveni. nam lex nostra non sine mysterio apposuit disjunctive dicta verba, Supere, o opere dezir, ut in primis verbis illis, Supere de certa scientia & intelligentia procedente, sive ex inventione tantum, vel ex inventione & apprehensione, que est certior scientia, lex nostra loquatur, & verba sequentia, o opere, tantum de auditu intelligantur, & consequenter quod doctrina illa Aveniendi, tenenda non sit, nam id seire proprius dicimus, quod vidimus & manu tenuimus vel tenemus, vel vidimus tantum, & consequenter, sive apprehensus sit thesaurus, sive non, lex nostra procedit, idque deducitur clare ex summario nostre legis a Compilatore politico & iussu Regis approbato, dum designare legem nostram partem thesauri inventori dandam, dicit, correctoriaque est lex nostra iuriam, aliam partem inventori thesauri assignantium.

Ibi, Danda morare, o en su termino oviere tesoro, notanda sunt hae verba, ut optime advertit Aveni. ubi supra, in dict. 7. concl. hunc. versio. item dicta lex. nam ex his deducitur verbis legem nostram non loqui, nec procedere posse, quando quis denunciavit esse thesaurum extra terminos loci ubi ipse demoratur, vel illius territorii, quis in locis & termino ubi non moratur, non potest quis fodere terram ad inveniendos thesauros, ex dict. l. 45. tit. 28. par. 3. l. 1. & 4. 2. nostri tituli permissit, ubique licere fodere terram, loquuntur non quoad inveniendos thesauros, sed mineras auri vel

vel alterius metalli, ut & inquit Castineur, in consuet. Burgund. Rubric. 1. 3. 1. verbo, Esparos. num. 3. fol. 22. & sic optima est advertentia Aveniendi super his verbis & veram esse credo. Ibi, Que era por galardon la quarta parte, in Codicibus antiquis manu scriptis, inquit Covar. in cap. peccatum. 6. 2. num. 4. in princip. par. 3. quod quinta pars dabitur, sed iura nostri text. est tenenda, & sic quartam partem dandam inventori, vel denunciatori, ut diximus contra Aveni. in gloss. 1. nostre legis. Sed est dubium, an lex nostra sit correctoria & legis 45. titulo vijesimo octavo, par. 3. alias partes tali inventori assignantis, & Gregor. Lopez, ibidem, in gloss. pend. inquit non esse correctoriam, sed quod lex nostra esset intelligenda quoties thesaurus invenitur in loco Regis, & sic in eo, quod Regis est, locus vero, alias, quia tunc procederet dict. l. 45. & idem voluit Aveni. ubi supra, in dict. versio. item dicta lex. Ego tamen salva eorum pace crederem legem nostram esse correctoriam dicta l. 45. & similitum ex eo quod lex nostra generalis est, & generaliter est intelligenda, & processit ad assignandam partem inventori thesauri, & sic generaliter est servanda, item quia sepe totius orbis consuetudine & inducitur esse testantur Pal. & alii relati per Covar. in dict. n. 4. contra Silvest. quod thesaurus ad Reges & fiscum pertinet, & cum hoc sit de consuetudine, leges omnes antea partes applicantes inventoribus cessantur, & lex nostra novissime partem assignans inventoribus est & non alia servanda quocumque in loco thesaurus invenitur, sive proprio, sive alieno, sive publico, sive Regis, vel Ecclesie, vel religionis, sive casa, sive data opera, & hoc quoad partem dandam tali inventori, quoad partes vero dandas Domino fundi & Regi iura antiqua, & praesertim dict. l. 45. partem, in suo remanente robore, & hanc credo verum nostri text. intellectum, & est consentaneum summario eius per compilatorem super eo apposito, & tunc quoad alias partes Domino fundi & Regi dandas servabitur dict. l. 45. & id quod de iure civili non est illi contrarium, quod succincte sub unica conclusione resumpsit Covar. in dict. 6. 2. num. 2. & latius Aveni. dict. cap. 12. pratorum. num. 33. per totum, & per ant. Gomez. l. 45. Tem. num. 51. cum sequentibus, quibus quidem lex nostra remanet declarata & intellecta.

IN LEGEM SECUNDAM.

Omnes Mine Auri, Argentis, & Plumbi & aliteri: cujuscumque forma, cujuslibet rei sit, Regi pertinent, & idem in aquis & Puteis salis, nisi Rex ea alicui concesserit, vel per tempus immemorabile ea prescripserit.

SUMMARIUM.

- 1. Mina & argenti fodina, vel vena ad Regem pertinent.
2. Mina & vena semper videntur excepta in concessione castri.
3. Argentaria & metalla inventa in pradio alieno, an sint Regis.
4. Azevedo in Recopilationem. Tom. IV.

Ibi, Todas las mineras de plata, oro, y plomo, junctis verbis, pertenecen a nos, hic colligitur conclusio, etiam de iure antea habita & approbata, scilicet, quod mine & argenti fodinae, & vel vena ad Regem pertinent, ut est text. in cap. 1. que sunt Regal. in off. feud. text. in l. 11. tit. 28. par. 3. Adeo quod etiam Rex concederet castrum, vel villam, semper videntur exceptae dicte mine & vena, secundum text. in l. 5. tit. 13. par. 2. & ibi gloss. E mineras, & idem in Francia esse asserit Carol. a Grassal. lib. 1. Regalium Franc. cap. fin. pag. 103. in parvis, & Matth. Afflicus, decis. 322. ubi circa haec movet questionem, num scilicet, argentariae & metalla inventa in pradio alieno sint Regis, vel an ea tantum, quae reperiantur in pradiis Regis, & in hoc describit tres opinioniones, & in effectu, gloss. E mineras in d. l. 5. sequitur opinionem, scilicet, quod mine illae sunt Regis, quae sunt in pradiis ejus, secus si essent in locis privatorum, quia tunc non erunt Regis, nisi talia privatorum loca essent donata ab ipso Rege reservando sibi has minas, prout in dubio intelliguntur reservata, redditus tamen metallorum sunt Regis, ut l. inter publica ff. de verborum significatio. de iure tamen nostro ex lege nostra, & praesertim ex l. 4. 5. 1. infra, ipse tit. indistincte ubicumque inventantur sunt Regis, eo quod per illum 6. 1. sunt reducta & incorporata omnia metalla & minere in patrimonium Regis & in eorum Regiam, sive in publico, sive in privato locis existant, ita quod jam non est locus dubitandi, & ad hoc in ca. l. 4. 5. 2. permittit subditis perquirere minas & metalla fodiendo fundo & loca etiam privata satisfactis Dominis de damno in pradiis suis ex hoc secuto, ut apparet ex dict. 6. 2.

Ibi, Pozos salados, in parte alterutra hae nostre lex in hoc per l. 19. tit. 8. lib. 19. tit. 9. infra, ut licet videre ex subscriptione marginali ibidem descripta, & vide l. 11. tit. 28. par. 3. & ibi gloss. De las salinas, & vide dicenda in l. 31. tit. 18. infra hoc libro & quae diximus in l. 1. num. 70. cum 3. sequentibus. tit. 17. lib. 4. supra. Ibi, O nos los ovissimos dado, Vide quae succincte dixi in l. 3. tit. 10. gloss. 1. lib. 5. supra. Ibi, Por tiempo immemorial. Vide quae diximus in l. 1. glo. f. tit. 15. lib. 4. supra.

IN LEGEM TERTIAM.

Licet michique perquirere Mineras, & Metalla in quibuslibet locis etiam privatis cum Dominorum licentia, & part inventori danda hic assignatur.

SUMMARIUM.

- 1. Corrigitur lex hac per legem sequentem in 6. 2. in quantum ibi permittitur perquirere mineras & metalla, etiam in fundo alieno, & n. 2. alia correctio juris communis circa hoc.

Ibi, Con licencia de su Ducho. Corrigitur per legem sequentem in 6. 2. ubi etiam contra voluntatem Dominorum fundi permittitur perquirere has mineras & metalla etiam fodiendo terram, satisfactis tamen de damno Domino terrae.

terre, ut ibidem dicitur, aliter enim esset lex injustissima & diabolica, ut apparet ex Afflictiis in dist. decis. 321. & ex dictis per nos in l. 1. tit. 1. lib. 4. supra, & in l. sequente.

¶ Ibi, *Se pars en esta materia*, Alteratur per legem 4. sequentem in §. 3. juncta l. 5. in §. 1. cum 4. sequentibus, ubi novissime disponitur, que pars sit danda inventori & Regi.

¶ Ibi, *En ceteris*. Ex hac lege & præsertim ex 2. l. sequente §. 2. corrigitur id, quod de jure f. dispositum erat, ex l. emili. C. de metal. libro 11. ad hoc allegato, per Cerepolam, de serv. rurs. præd. cap. 22. n. 4. & Jacob. de sancto Georgio, in Tract. de sentis. §. cum argenti fodimus. 1. parte, tom. 10. Tract. diversorum fol. 194. in novis, scilicet quod fodiens sub terra in agro alieno, non poterat impediri per Dominum terre, sed fodiens supra terram impediri poterat, ex lege tamen nostra indistincte sive sub terra, sive supra eam licet fodere etiam in agro alieno ad perquirenda metalla hæc & mineras: thesauri tamen inveniendi causa id non licet, ut dixi in l. 1. glo. Dande morare. supra isto tit. & lib.

## IN LEGEM QUARTAM.

1. Damnum est restitendum Domino fundi in quo Mina queruntur.

Summati non possunt, quia multas continent diversas dispositiones, tamantur ta-

men dicendo, quod hic ponitur nova forma & dispositio minarum tam circa partem inventori- bus & Regi dandam, & perquirendi ea in locis publicis vel privatis, & alia huic minarum materie concernentia locè disponuntur.

In §. 2. legis 4. ibi, *Como en heredades*, simili est lex 3. præcedens, ubi dixi.

In eod. §. ibi, *Satisfaciendi se el daño a los dueños*. Aliter enim & hæc licet & præcedens injustissima esset ex dictis per Afflicti, decis. 321. neque valeret consuetudo in contrarium f. secundum Roland. Valle consil. 69. n. 48. volum. 2. debet tamen tale damnum appreciari per duas personas à iudice nominatas, ut apparet ex l. 3. §. 1. secundum quod ibi disponitur & declaratur.

## IN LEGEM SEXTAM &amp; SEPTIMAM.

Novus ordo, f. novaque forma datur in hæc lege in perquirendis argenti & auri, & aliorum metallorum minis, & in eorum labore & beneficio, quæ cum longe procedatur in horum expeditione, artificibus & magistris harum artium relinquenda est harum legum expositio, & casus contingens.

Pro declaratione harum legum circa molestia bona disponuntur, vide quæ diximus in l. 6. tit. 15. lib. 4. supra, & Callis. in consuet. Burg. Rubric. 1. §. 1. verb. Elparaf.



## TITULUS DECIMUS QUARTUS.

De los Pechos, y servicios, y exemptos, y escusados dellos.

Umque in precedenti titulo dictum sit de thesauris & minis, quæ Regibus reservata sunt, nunc immediate sequitur de aliis Regibus ipsis debitis, ut sunt munera ac tributa, & de exemptis ab eis.

## SUMMARIUM.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Pechos y servicios latine munera appellantur.  | 16. Munera personalia, an sui quibuslibet personis indicentur.   |
| 2. Munus tribus modis dicitur. & n. 3. quando hic capitur.  | 17. In universitate seculari vocandi sunt majores, sive masculi, sive feminæ.  |
| 4. Munus, prout est aurum, quid sit. & n. 5. quatuorplex est.   | 18. Illi qui non sunt uxorati non debeant ad Concilium, ubi n. 19. quid in minoribus. n. 25. annorum.  |
| 6. Munus personale quid sit. & n. 7. quatuorplex sit.   | 20. Minores 25. annorum, an excusantur à muneribus personalibus.   |
| 8. Magistratum quem esse est honor.   | 21. Aliquos casus in quibus quis excusatur à muneribus.  |
| 9. Munerum vacationem impetrari non censetur impetrasse vacationem muneris, cui est honor annexus.                                    | 22. Munera personalia, an possunt induci in duobus locis, ubi n. 23. quæ loca tunc præferunt, ubi n. 24. an habeat quis justam se excusandi causam si in loco originis idonei reperiantur. |
| 10. Numerus liberorum vel atas 70. annorum licet excusent à muneribus, non tamen ab honoribus.  | 25. Munera patrimonialia si principaliter rebus indicuntur, attenditur locus, ubi rez adest.   |
| 21. Excusatus ab aliquo munere ob numerum liberorum, non potest compelli post illud acceptare etiam si filii moriantur.               | 26. Munus patrimoniale quid sit.   |
| 12. Munus cui honor est annexus, nihil aliud est quam officium publicum.  | 27. Munus mixtum quid sit.   |
| 13. Munus personale hereditarium quod sit & quid iudici non possit, quando injungitur persona aliquod officium exercendum sumptu suo. | 28. Nemo excusatur à muneribus patrimonialibus.  |
| 15. Munus personale est etiam aliud, quod neque est hereditarium, neque honoribus annexum.  | 29. Munerum patrimonialium quedam ordinaria, quedam extraordinaria.  |
|   | 30. Capitatio, quæ pro singulo capite imponitur, an sit realis.  |
|   | 31. Extraordinarium munus est.   |

## RUBRICA.

ET pro Rubrica & totius tituli materia introductione & declaratione, ac intelligentia sciendum est verbum hoc, Pechos, y servicios, latine Munera \* appellari, quod verbum, Munus, ut inquit legislator in l. munus, la primera, & in ordine 18. ff. de verb. signific. tribus modis dicitur \*, Primo donum, & inde munera dici, Dari, mittive, Altero, Onus, quod cum remittitur, vacationem militia, munerisque præstat, inde immunitatem appellari. Tertio, Officium, unde

T iij munera

munera militaria, & quosdam milites munifices vocari. Igitur & municipes dici, quod munera civilia capiant. Hæc Jurisconsultus dicit; In nostro verò titulo capitur hoc verbum munus \* pro onere, & cum hoc modo capiatur ab eodem Jurisconsulto, in l. munus, la 2. quæ est 214. ff. de verb. signif. diffinitur dicendo, quod munus est proprie, quod necessario subimus lege \*, more, Imperiove ejus qui jubendi habet potestatem, ubi Rebus. pag. 933. plura de his annectit, de quo in presenti tractandum est. Et hujus muneris quoddam est personale \*, quoddam patrimoniale, quoddam vero mixtum, prout de unoquoque late prosequitur Bart. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco lib. 11. & Doctores, in Tractatibus de mune. & hono. in 12. volum. Tract. diversorum, & per Summistas, in verbo, Munus, tallia, & collecta. Et ut nihil intactum relinquamus eorum, quæ pro intelligentia dicendorum sunt necessaria, necessarium esse judicavi, munera hæc diffinire & declarare, ut recursus hic habeatur. Et quoad primum Munus, scilicet personale, dico, quod munus personale \* mere est administratio Reipub. vel privati hominis, in ejus creatione auctoritatem habentis sine ulla patrimonii erogatione, ut diffinit Petr. Antiboli, in Tract. de mune. & hono. 2. p. in princ. n. 2. in d. 12. volum. ubi diffinitionem hanc tenet & prosequitur & defendit ab aliquibus objectionibus. Et hujus muneris personalis, quoddam est honoribus annexum \*, quoddam sordidum, quoddam vero nec sordidum nec honoribus annexum & illud, quod est honoribus annexum est veluti, quod aliquis sit judex, vel magistratus, vel quod habeat Imperium, vel potestatem, nam illud est munus publicum, & habet honorem annexum \*, quia honor eis datur, ut l. 2. ff. de in jus vocand. & l. part. ff. de judi. & prodest hoc, quia si quis impetret vocationem munerum, non censetur impetrasse vocationem illius muneris, cui est \* honor annexus ut in l. 2. ff. de vaca. mun. patri. & l. cui munus. ff. de mun. & honor. & l. 18. §. muneris. ff. de vaca. & excus. mun. gl. l. unica. C. de vaca. mun. pub. lib. 10. & sic numerus liberorum, vel atas 70. annorum \*, licet excusent à muneribus, ut patet ex tit. C. de iis qui mun. lib. & tit. qui æta. vel professi. lib. 10. text. in l. 2. & ibi glos. tit. 17. part. 6. Arvend. cap. 29. præf. lib. 1. tamen si munera hæc sint honori annexa, non excusant, ex dictis iuribus, & ex l. 2. §. numerus, & in l. in honoribus. ff. de vaca. mun. & late per Ferdin. Pæz, in Tract. de muneribus,

in 12. vol. Tract. diversorum Doct. & semel excusato aliquo, ob liberorum numerum non potest compelli redire ad excusationem illius \* etiam si filii post moriantur, secundum Ti-11  
 raq. de cessante causa, limit. 4. n. 10. & in l. si unquam. verbo, susceperit. n. 192. Peralta, in l. Mævius. §. duorum. n. 21. de legat. 2. Istud autem munus, cui honor est annexus nihil aliud est, quam officium \* publicum, ut dicitur, ali-12  
 bi, in l. pupillus. §. munus. ff. de verborum signific. Aliud est verò munus etiam personale, quod sordidum appellatur quod tamen indici non potest, quando alicui persona injungitur \* 13  
 aliquod officium exercendum sumptu suo, & istud non est proprie munus personale ut in l. munerum. §. 1. ff. de mun. & 14  
 honorib. sed sordidum munus est, quando persona indicitur aliquod munus explicandum, quia dicitur vel reputatur esse vile & abjectum, ut sunt omnia officia in quibus quis habet ex suo corpore laborare, ut sit coquus vel barbitonsor vel similia, de quibus habes. ff. de mun. & hon. l. fin. §. 2. & hoc dicit quilibet text. loquens in mercagariis, pascuorum ut l. ne quis ex ultimis. C. de Dignit. lib. 12. & in Autenti. de testibus. §. sancimus, & habes de istis factam mentionem in l. maximarum. §. sordidorum. C. de excus. mun. lib. 10. Aliud vero & tertio reperies esse munus personale, quod neque est sordidum, nec honoribus annexum, ut quando imponitur alicui actus, quem facit, \* sicut sumptum, ut in tutela vel cura, qua sunt personalia, & sunt publica auctoritate, sed utilitate privata, & ideo non est sordidum, nec honori annexum: idem posset dici in iudice delegato si est in administratione, vel aliter quando habet territorium, ut Codice, ut & apud quem cogni. res agi pos. l. si circa medium, & de isto loquitur text. in l. final. §. judicandi. ff. de mun. & honorib. licet possit dici quod sit aliquis honor adjectus, ut aliqui volunt. Sed est dubium nunquid ista munera personalia sint quibuslibet personis indicenda & injungenda, & dicendum est quod non omnibus injungentur, nam pupillis \* non inducun-16  
 tur ex l. 2. ff. de vaca. mun. secundum Guilielm. de Cugno, in l. neminem. C. de sacrosan. Eccles. & sic inquit glos. a pregon, in l. 5. titulo 15. part. 2. quod in universitate seculari vocandi sunt majores 24. annorum \* sive sint maris, si-17  
 ve femina, virgines uxorate, vel vidua, & tandem concludit quod illi, qui non sunt uxorati non vocantur ad concilium, \* & in minoribus 25. annorum quod non habeant vo-18  
 cem \* in concilio, neque in electione, tenet Jaf. dicens hanc 19  
 commu-

communem, in l. de Pupillo. n. 4. ff. de novi oper. nunt. quem relatum reperi in lib. 11. commu. opin. pag. 237. columna 1. Sed an majores 14. annorum, minores tamen  
 20 25. excusentur à muneribus personalibus \* aliqui distinguunt, quòd aut sunt talia munera in quibus indicitur periculum, & tunc non indicentur eis nisi in subsidium, quando alii non inveniuntur, ut in l. ad Rempub. ff. de mun. & honor. si autem sunt talia munera in quibus non vertitur promptum periculum, tunc ipsis minoribus sicut, & alii indici possunt, ut in portatione armorum & similibus: Alii vero distinguunt & meo videri idem est in effectu, scilicet, quòd quadam sunt munera personalia in quibus requiritur consilium & discretio, ut esse de consilio & habere Regimen aliquod, & tunc non sunt indicenda minoribus, nisi in defectum aliorum, ex dict. l. ad Remp. & ex l. 3. de Decurion. Quadam vero sunt munera personalia, in quibus non vertitur periculum hoc, ut facere custodiam ad portas vel muros, & ad ista possunt vocari minores liberantur tamen ab eis propter studium, ut l. 1. C. qui de etate. lib. 10. & in aliis pluribus juribus relatis per Petr. de Vualdis, in de duobus fratribus. tit. de collectis. num. 46 & 50. sic distinguentem, & per Guilielm. de Cug. in Tract. de muner. in princ. num. 8. & 9. in 12. volum. Tractat. diversorum Doctorum. Alios casus ubi quis excusatur à muneribus personalibus & cogi non potest \* illa acceptare, vide per Avem. cap. 19. prat. num. 24. cum duobus sequentibus. lib. 1. Sed an in duobus locis possint hæc munera personalia induci, dic quod sic \*, scilicet in loco domicilii, & originis. l. 1. C. de municipibus & origin. Sed an si quis ad talia munera vocetur eodem tempore in iis duobus locis, quis locus preferetur? & dicendum est locum originis preferendum \*, quia potior est, ut l. assumptio. ff. ad municip. l. 1. C. de municip. & origi. & ibi glos. & Bart. & intellige de origine paterna, vel materna. l. filios. & l. originem. C. de municip. & origi. secundum Guilielm. de Cug. ubi supra, num. 10. & Petr. de Vual. ubi supra, num. 53. Habebit tamen talis justam causam se excusandi à loco originis si ibidem adsint, \* quæligi possint, secundum Plat. in l. exemplo. C. de Decurio. lib. 10. & in l. cives, C. de incolis. cod. lib. aliter enim excusari non possent, sed omnino teneretur adire locum originis, & sic intelliges dicta per Avem. cap. 19. prat. num. 24. versic. sextus casus. lib. 1. & voluit Petr. de Vualdis, ubi supra, num. 54. & hæc de muneribus

ribus personalibus. In patrimonialibus vero est dicendum, quòd aut munera patrimonialia principaliter rebus indicuntur & tunc attenditur locus \* ubi res adest, & ibi potest collectari, licet ibi non fuerit domicilium, sed ubi persona principaliter pro rebus indicuntur munera hæc Patrimonialia, tunc attendimus locum Domicilii, & personam tanquam principalem, & ubi est persona & habet domicilium, ibi collectatur, quia ibi præsumitur esse res l. cives, & l. cum neque. C. de Incolis, ita Petr. de Vuald. ubi supra, num. 56. quòd est singulare: Et hæc quoad patrimonialia personalia. Quoad patrimonialia vero & sic realia, Dico, quòd munus patrimoniale verè & merè est illud, \* quòd singulis, annis vel necessitatibus tempore ipsis rebus vel possessionibus indicitur lege vel Principe statuente, prout definit & declarat Petr. Antiboli, in Tractat. de munerib. & honor. 2. part. n. 12. cum 2. sequentibus. in 12. Vol. tract. divers. Doct. Aliud verò munus & sic tertium, quòd dicitur & vocatur mixtum \*, eo quòd persona pro rebus imponitur, quia partim capit à persona, partim à re, prosequitur Guilielm. de Cug. ubi supra, n. 13. cum sequentibus aliquibus, & Petr. Antiboli, dict. 2. parte, num. 8. & Bellonus consil. 12. num. 8. cum sequentibus, hoc patrimonium cum mero inculcavit & male. Et à muneribus patrimonialibus \* nemo excusatur. l. 2. §. 1. ff. de vac. mun. & excus. & alibi pluries, qua quidem omnia munera prosequitur Bart. in l. 1. C. de mulierib. & in quo loco, ubi & declarat quibus possint imponi & quibus non, & horum munerum patrimonialium \* quadam sunt ordinaria, quadam extra-ordinaria, que tributa appellantur indictiones & indicta, juxta text. ubi Bart. & omnes. l. 1. C. de indicti. lib. 10. & dicitur, quando à principe vel à lege generali super certa forma & Regula perpetua, & uniformi indictum est, & tale tributum dicitur reale, sive pro patrimonio tantum indicatur, sive pro capitibus singulis, quòd capitatio nuncupatur, sive pro possessionum & jugerum numero, quòd jugatio appellabatur, ut de iis duobus est text. in l. immunitates. C. de agrico. & cens. lib. 11. licet enim capitatio videatur potius personale, cum pro singulo capite imponeretur, tamen proprie \* est reale, cum personale sit, non pro singulis capitibus, sed pro industria, operibus & lucro quòd consequuntur homines ex operibus suis, ut est text. l. fin. in principio. ff. de mun. & honor. & de capitatione est titul. de cap. civ. consil. lib. 11. glos. in Rubric. C. de anno. & trib. Arcevedo in Recopilationem. Tom. IV. V eod.

cod. lib. & in l. cum antea, Verbo, capitis. C. de Agric. & cens. Extraordinarium vero munus est, quod imponitur non singulis annis, sed aliquando secundum temporum exigentiam, & hoc communi vocabulo collecta appellatur, ut est gloss. in l. rescripto, §. fin. ff. de muner. & honorib. tradit Barr. in l. placet. C. de sacrosanct. eccles. Socin. & alii relati per Tyberium Decian. Respon. 55. num. 4. volum. 1. ubi a num. 1. hac describit munera: & in nostro titul. in presenti de muneribus patrimonialibus principaliter tractatur, & itidem de personalibus in aliquibus legibus.

IN LEGEM PRIMAM

Monachi & Sorores tertii ordinis sancti Francisci existentes in domibus & bonis suis non excusantur a contributionibus & tributis.

SUMMARIUM.

- 1 Sanctus ac Seraphicus Franciscus tres ordines instituit.
2 Sorores & fratres tertii ordinis possidentes bona in communi excusantur a Collectis.
3 Secus in possidentibus bona in particulari.
4 Sorores & fratres huius tertii ordinis, non dicuntur habere Regulam.
5 Milites Alcantara Calatrave, & Sancti Jacobi, laici assimilantur.
6 Oblati qui non sunt religioni, non dicuntur persone Ecclesiastica.
7 Offerentes se & sua monasterio plene licet habitum non mutent, ecclesiastica persona reputantur.
8 Oblati, qui dicuntur, remissive, & quid conuersi, num. 10.
9 Oblati & confratres sancti Joannis de Rodas in seculo remanentes, non gaudent privilegio Fori, neque a decimis excusantur.

Ibi, de tertia regla de senior sunt Francisco. Sanctus enim ac Seraphicus Franciscus tres ordines constituit. Primus fuit fratrum minorum, qui est archissimus, & caret proprio in communi & in particulari, ut in Clem. exivi de paradiso, de verb. signif. Secundus est ordo sancte Clarae, qui distat a primo, quia possunt habere bona in communi, non vero in particulari secundum gloss. in Clem. cum adeo, de senten. excommunic. Tertius vero ordo est de penitentia, qui fuit inventus pro maribus & feminis etiam viventibus in conjugio, & isti habent proprium in particulari, & dicuntur fratres & sorores tertii ordinis, & eorum propriè non est ordo, sed quidam vendi modus approbatus a Papa Nicolao, & hos tres ordines ita declarat Joan. Andr. in Clementina 1. de Relig. Dem. & Barr. Socin. consil. 245. volum. 2. & Corneus, consil. 220.

volum. 3. Francisc. Marcus, Deciso. Delphin. 965. Capic. deciso. 115. num. 9. & 10. Felin. in Tract. quando Lat. Apst. voce. par. colum. 8. versio. limitatur quarto, & de hac ultima Regula tertii ordinis loquitur nostra lex, ut in gloss. sequente.

Ibi, se est an sus casus, & en sus bienes, multum ponderanda sunt verba hæc, ut intelligas quod lex nostra non vult comprehendere fratres & sorores tertii ordinis qui vivunt in communi & in communi possident bona, & non in particulari, illos enim non comprehendit text. noster neque dicit possunt laici, cum a domo ubi in communi habitant extra regulariter non possunt, & habeant ministrum, cui obediunt, ut in effectu concludunt Lopus, & Cardin. Relati per Socin. dicit. consil. 245. num. 1. & Corneus, dicit. consil. 220. Et sic si non collectantur nisi in casu, in quo id fieret in fraudem collectarum, secundum Bal. in l. semper ff. de iure immuni. & Abb. in cap. plantare, extra, de privileg. & Petr. de Wald. in tract. de collectis, num. 63. pagin. 158. in parvis, ubi Adidition. alios allegat, sed loquitur lex nostra in illis, qui propriè dicuntur de dicto tertio ordine, qui habitant in domibus suis & possident bona in particulari, & si ut laici reputantur, & controuertunt in tributis & collectis Regis, prout de consuetudine esse testatur Barr. in dist. l. semper ff. de iure imm. quem ad hoc allegat gloss. magna, in colum. 2. in l. 1. titulo 7. partia 1. nam licet dicantur fratres & sorores, non sunt propriè ac strictè religiosi, sed fratres de penitentia, neque propriè dicuntur habere regulam, sed potius quædam viventiu modum, ut est gloss. notabilis in elem. 1. de relig. apst. & in elem. cum ex eo, de senten. excomm. & ita hanc opinionem tenent Anchar. in cap. 1. de immuni. eccles. in 6. relatus per Duennas reg. 100. fall. 8. & Aveni. in cap. 14. pres. num. 28. lib. 2. & Didac. Per. in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordin. col. 95. & hanc veterem testatur Nicolaus Feltatus, in tract. de oblatio & collectis 4. par. cap. 1. num. 10. usque ad 15. vol. 12. tract. diverforum, fol. 183. & Aufredian. in reper. elem. 1. de offi. or. tit. de presb. sicul. supra eccles. reg. 2. in 4. & 6. ampli. fol. 30. licet contrariam ibidem dicat equitorem, & sic possunt reduci ad concordiam opinionem contrarie Doct. circa hoc, de quibus per Did. Perez. 1. tit. 4. lib. 4. Ordinamenti.

Et ibi,

In l. 8. ibi, Vender, trocar, ni dar en pago, ex iis verbis Tellus, in l. 26. Taur. numero 9. cum sequentibus asserbat hic esse legem probantem quod officia haec jam vendi non possent per Regem & nec per alium, sed ut inquit Cordova, in summa quest. 187. & 134. communis est in contrarium & opinio Tellii non est attendenda, prout non attenditur, de quibus dixi hie in Curia Pisana, de Decurio. libr. 4. cap. 7. per totum, quae hic repetere non est necesse, & novissime tetigit Gutierrez, in lib. 2. practice. quest. 9. 64. & Hamada, in l. 1. tit. 13. par. 1. glo. 3. per totum, ubi num. 3. dubitavit an lex nostra 8. hodie procedere possit cum praxi communi habeatur horum officiorum venditio, & inquit, legem nostram esse antiquatam & in nostro foro obligare, qui quidem Hamada, si perpendisset legem nostram esse consummatoriam legis praecedentis, non utique hoc asseruisset, nam cum lex praecedens, loquatur, quoties officia haec

per alios, quam per Regem providenda sunt, ex privilegio aut consuetudine a talibus habitorem, & obtentorum, quibus quidem personis non licet pretio, dono, pactione aut promissione vota sua praestare, & electionem facere personarum ad haec officia; lex nostra 8. praecedens confirmatoria & augmentativa poenarum in eadem materia est intelligenda & intelligitur, prout ex verbis ejus clare patet, & itidem ex familiaris earum, & per consequens leges nostrae 7. & 8. hodie in usu sunt, & in foro forei, & Poli obligant & debent servari, & in hoc nulli dubium; non enim loquuntur quando per Regem haec officia dantur, venduntur aut donantur, nam circa provisiones a Rege faciendas horum officiorum etiam virtute renuntiationum a particularibus personis ea possidentibus factarum, practica communis & doctorum opinio in suo esse remanent; ut haec fieri possint per Regem, neque circa hoc leges nostrae hic loquantur, sed ut dixi circa illa officia per vota particularium personarum, civitatum aut villarum providenda ex vi privilegii, aut antiquae consuetudinis, in iis enim leges nostrae 7. & 8. admisso servanda sunt in utroque foro absque ullo dubio, & licet principium nostrae legis 8. generale videretur, restringendum tamen est ex sequentibus verbis, & ex lege praedente, ut tota lex 8. in officii iis per vota providendis per alios quam per Regem ex vi privilegii aut consuetudinis antiquae intelligatur, ne demum legem confirmatoriam & poenarum augmentativam excedere terminos legis consummate, cum id non sit in dubio censendum. Ex quibus omnibus idem Hamada, ubi supra, num. 8. inquit, debet gabellam ex venditione didicorum officiorum Decurionatus & scilicet 7. tabellionatus & similia, licet tandem non videatur remanere cum hac opinione, sed cum contraria, scilicet, quod ex eorum venditione nulla debeatur gabella, prout praxi communi videmus non peti nec deberi, & novissime, quasi haec sint jura quaedam incorporata, tenet Lafaste, de decim. vendit. cap. 9. num. 43. & addo ego aliam urgentem rationem ad hoc, scilicet, quod quamvis Rex vel particularis persona possidens aliquod horum officiorum, illud alteri vendat, nunquam sit venditionis mentio, sed per viam simplicis renuntiationis conceditur a Rege, & ad applicationem renuntiantis Rex gratiam concedit & beneficium sicut impartitur, ut renuntiatio effectum habeat, & cum ex gratia concedatur, nimirum si gabella non debeatur, neque peti possit, prout quotidie videmus non deberi, neque percipi.

Ibi, Ni despues de avidor, Intellige ex vi promissionis ante ademptionem factae, hoc enim reprobatur, ut ex verbis iis & praecedentibus clarissime colligitur, & dixi de iis promissionibus plura in l. 1. num. 23. tit. 6. lib. 3. supra, & Menoch. de Arbitr. jud. casu 342. num. 28.

Ibi, Ni por virtud della, y provision que sobre ella se diere no se pueda tener ni ganar derecho alguno a los tales officios, Idem in renuntiationibus

& electionibus, collationibus beneficiorum Ecclesiasticorum institutum est, & simonia cum ꝑ reputatur, *cap. quam pio. 1. quest. 2. cap. cum pridem. & cap. si. de pact. cap. unico. ut ecclesiast. bene. sine dimi. conf. text. cum glos. in cap. 2. de electio. in sexto. glo. in cap. ex parte. de offic. delegat. Rebut. in concordata. tit. de collatio. & in practic. benefic. tit. de perm. num. 52. Aymon consil. 122. col. 1. l. 6. tit. 10. part. 1.* intellige tamen hæc & legem nostram in iis verbis, quoties partes id inter se machinarentur nulla habita superioris ratione, secus vero si hæc partes fecerint, & convenerint quatenus principi placuerit & non alias, nec alio modo; nam tunc si Princeps concesserit, & confirmaverit valebit provisio & confirmatio ejus, Princeps enim omnia poterit ꝑ in derogationem nostre legis & juris positivi concedere *cap. propositum de concess. preb. notat Didac. Perez. l. 22. tit. 2. lib. 7. Ordinarum. pag. 411. col. 1. vers. item quod,* ubi inquit hæc verba, imò hodie officium tabelhonatus & alia hujusmodi officia Princeps concedit ex renuntiatione, dato renuntianti certo pretio, & ideo consentitur bona patrimonialia, & compellitur quis vendere officium publicum, ut scilicet creditoribus ejus, & si pater emit tale officium imputatur filio in legitimam, & conferuntur, & æstimantur in bonis propriis possessoris pro bonis firmis, & sic inquit Hispanie prædicari apud supremos causarum iudices, ut & nos diximus in *Caria Psuna libro 4. cap. fin.* hæc tamen dicta Didaci Perez intelligo vera ex lege nostra, quoties talia officia habuit quis à Rege, hæc enim venduntur per possessores, & ea in emptores renuntiant renuntiatione ordinaria nulla facta in ea mentione de pretio convento, & Rex admittit hæc renuntiationes & ad supplicationem renuntiantium ea providet illi, in cujus favorem renuntiatio fuit facta, bene tamen scit Rex & intelligit esse vendita & pretio habita: & valide sunt similes provisiones etiam si legi nostre non derogentur, & consentur per Regem confirmata, quia per ipsum quotidie venduntur. In illis tamen officiis, quæ ex votis civitatum & villarum ac locorum & particularium personarum ex privilegio vel consuetudine providendis alicui, si pretio fiant renuntiationes & electiones, nisi Regi manifestetur, pretio, scilicet pacto & promissione aliqua esse factum, nulla est Regis provisio & confirmatio, & sic sunt verba nostri text. intelligenda & dicta per Didac. Perez, ubi supra.

¶ Ibi, *¶ la persona que lo comprare,* Nihil distinguit lex nostra an sit persona hæc habilis ad officium illud nec nò, sed indistinctè excludit omnes personas ementes pretio, supplicatione, rogatu, vel dono officia, de quibus in nostro text. & sic lex nostra emptiones, dona, rogatus ac permissiones repellit & reprobatur, ita ut (jam in hæc diximus lege) quantumvis emptor ille, vel impetrator impotens sit habilis & idoneus ad illud officium, habeat locum dispositio nostri text. sicut si inhabilis esset, & hoc clarius deducitur ex verbis præcedentibus annullantibus provisionem & receptionem tanquam falsis precibus impetratam, & quod licet obediantur provisiones Regiæ, non tamen exequantur, etiam si ad rogatum aliorum id fiat, quod in iis officiis secularibus in nostra lege designatis amplius quàm in beneficiis Ecclesiasticis dispositum reperimus, in quibus preces pro digno quantumvis sint ꝑ prohibentur in electionibus, & inducunt simoniam, non tamen nocent electo, nec simoniacam electionem faciunt, secundum glos. in *capit. Moyses, verbo, Rogaverunt. octavam, questione prima, capite, illud, juncta prima glos. octava, questione secunda. & ibi Archidiacon. capit. quibusdam, juncta glos. aliam prima, questione prima,* quæ quidem considerabat Didac. Perez, in dicta lege vigesima secunda, titulo secundo, libro septimo Ordinarum. pagina 410. in fine, pro sua opinione, quam hic in terminis nostre legis refutamus, ut habilem ab inhabili pretio ementem & habentem officia hæc dono, promissione, rogatu suo vel aliorum non distinguamus, quin provisio sit nulla, ut dictum est.

¶ Ibi, *¶ Aya perdido y pierda los tales maravallas,* idem in notariis Ecclesiasticis venditis per possessores earum, dispositum fuit in concilio Provinciali Compostellano Salmanticæ celebrato, Anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Act. tertia, Decreto vigesimo quarto, statutum est.

¶ Ibi, *¶ Jure que no dio ni prometio,* idem in renuntiatione Beneficiorum Ecclesiasticorum ꝑ jurari solet & jurandum est quod libere sine ullo pretio & absque labe simoniae talis renuntiatio fit, ex *Regula 8. cancella. Apost. Innocen. III.* quarum ad hoc considerat Didac. Perez, ubi supra, pag. 415. col. 1. in fine, cum sequent. & sic quotidie practicatur in renuntiationibus beneficiorum Ecclesiasticorum, & hæc pro hoc titulo.

## TITULUS TERTIUS.

De los Regimientos, juradorias, y los otros officios publicos de los Concejos.

**C**UM superioribus titulis dictum sit de conciliis, & servanda consuetudine civitatum, villarum ac populorum & privilegio providendi officia conciliorum, nunc immediate sequitur videre in hoc titulo de officiis ipsis rectorum & juratorum ac aliorum publicorum concilii officiorum.

## IN LEGEM PRIMAM.

Officia perpetua civitatum, & villarum civibus & habitatoribus earum, vel saltem naturalibus, qui ibidem venerint ad habitandum, & non aliter conferenda sunt, & hoc dicit secundum verum & literalem intellectum.

## SUMMARIUM.

1. Naturales civitatum & villarum preferendi sunt in officiis publicis.
2. Vicinus quis dicatur, remissive & quis naturalis.
3. In testibus testamentorum non requiritur vicinitas eorum stricte proprie sumpta, sed sufficit quod sic habeatur.
4. Vicinus non reputabitur alienus loci ille qui est originarius, si ibidem non habitet.
5. Officia rebellionatus, an possint dari recepto in civem, qui naturalis non erat.
6. Civis dicitur quis illius loci in quo domicilium habet.
7. Alienigena regni per decennium in regno morans possunt esse proxeneta in eo.
8. Qualitates à lege nostra requisitas debet habere recipiendus ad officium publicum tempore quo recipitur.

¶ Ibi, *¶ Salvo a los naturales della que sean en ellas vecinos y moradores,* allegat eam in hoc Avend. cap. 19. præ. num. 17. in prim. lib. 1. naturalisque ipsarum ꝑ civitatum & villarum preferendi sunt, ut & in lib. 1. tituli sequentis disponitur, tanquam melius scientes idioma, consuetudines, & statuta ipsarum civitatum & villarum, &

quos amor patriæ, & descendencium suorum impellet ad rectè officium gerendum, prout in multis aliis, quæ retuli in l. 14. num. 50. tit. 3. lib. 1. supra, idem in favorem naturalium regni statutum est, & originarium particularium locorum. Est tamen advertendum, quod non sufficit in casu nostre presentis legis esse naturales, sed & insuper vicinos & habitatores, ut ex verbis sequentibus patet, *Que sean ellos vecinos y moradores,* & probatur clarius ex l. 5. tituli præcedentis. Et quis dicatur vicinus, præter ꝑ Bartol. & alios relatores per Burgos de Paz, in l. Tau. num. 363. ubi allegat Signorol. de Homodis, cons. 52. id late tractantem in num. 364. inquit ipse Burgos, vicinum illum dici, secundum loci consuetudinem, qui de eadem est contracta, ex l. cum de lanis §. Astiam. ff. de fundo instr. & sic, qui majori parte anni ibidem domicilium habuerit, ut ex dicta l. cum de lanis. §. Sabinas. notat Avend. cap. 3. prætorum num. 5. versic. dicitur autem vicinus, lib. 1. ubi & in versic. sequente declarat quis dicatur naturalis, & allegat de iis Boer. decis. 13. per totam, neque requiritur ita stricta & vera vicinitas, ut omnino constare debeat, receptum fuisse in vicinum à concilio populi illius & fidejussionem dedisse de stando ibidem per decennium & solvendi onera & tributa vicinis imposita, sed sufficere quod in loco illo ut vicinus habitaverit & habitet, & communi estimatione reputetur, prout in testibus testamentorum ꝑ nuncupatorum inquit optime Burgos de Paz, ubi supra, num. 367. ita quod sit civis prout ex consuetudine vulgi assumitur, ex dict. §. Astiam. & ex l. librorum. §. quod tamen Cassius, de legat. 3. quod & suadet secundum Burgos, ibidem.

& electionibus, collationibus beneficiorum Ecclesiasticorum institutum est, & simonia cum ꝑ reputatur, *cap. quam pio. 1. quest. 2. cap. cum pridem. & cap. si. de pact. cap. unico. ut ecclesiast. bene. sine dimi. conf. text. cum glos. in cap. 2. de electio. in sexto. glo. in cap. ex parte. de offic. delegat. Rebut. in concordata. tit. de collatio. & in practic. benef. tit. de perm. num. 52. Aymon consil. 122. col. 1. l. 6. tit. 10. part. 1.* intellige tamen hæc & legem nostram in iis verbis, quoties partes id inter se machinarentur nulla habita superioris ratione, secus vero si hæc partes fecerint, & conuenerint quatenus principi placuerit & non alias, nec alio modo; nam tunc si Princeps concesserit, & confirmaverit valebit provisio & confirmatio ejus, Princeps enim omnia poterit ꝑ in derogationem nostre legis & juris positivi concedere *cap. propositum de concess. preb. notat Didac. Perez. l. 22. tit. 2. lib. 7. Ordinarum. pag. 411. col. 1. vers. item quod,* ubi inquit hæc verba, imò hodie officium tabelhonatus & alia hujusmodi officia Princeps concedit ex renuntiatione, dato renuntianti certo pretio, & ideo censentur bona patrimonialia, & compellitur quis vendere officium publicum, ut scilicet creditoribus ejus, & si pater emit tale officium imputatur filio in legitimam, & conferuntur, & æstiman- tur in bonis propriis possessoris pro bonis firmis, & sic inquit Hispanie prædicari apud supremos causarum iudices, ut & nos diximus in *Caria Psuna libro 4. cap. fin.* hæc tamen dicta Didaci Perez intelligo vera ex lege nostra, quoties talia officia habuit quis à Rege, hæc enim venduntur per possessores, & ea in emptores renuntiant renuntiatione ordinaria nulla facta in ea mentione de pretio convento, & Rex admittit hæc renuntiationes & ad supplicationem renuntiantium ea providet illi, in cujus favorem renuntiatio fuit facta, bene tamen scit Rex & intelligit esse vendita & pretio habita: & valide sunt similes provisiones etiam si legi nostre non derogentur, & censentur per Regem confirmata, quia per ipsum quotidie venduntur. In illis tamen officiis, quæ ex votis civitatum & villarum ac locorum & particularium personarum ex privilegio vel consuetudine providendis alicui, si pretio fiant renuntiationes & electiones, nisi Regi manifestetur, pretio, scilicet pacto & promissione aliqua esse factum, nulla est Regis provisio & confirmatio, & sic sunt verba nostri text. intelligenda & dicta per Didac. Perez, ubi supra.

¶ Ibi, *¶ La persona que lo comprare,* Nihil distinguit lex nostra an sit persona hæc habilis ad officium illud nec nò, sed indistinctè excludit omnes personas ementes pretio, supplicatione, rogatu, vel dono officia, de quibus in nostro text. & sic lex nostra emptiones, dona, rogatus ac permissiones repellit & reprobatur, ita ut (jam in hac diximus lege) quantumvis emptor ille, vel impetrator impotens sit habilis & idoneus ad illud officium, habeat locum dispositio nostri text. sicut si inhabilis esset, & hoc clarius deducitur ex verbis præcedentibus annullantibus provisionem & receptionem tanquam falsis precibus impetratam, & quod licet obediantur provisiones Regiæ, non tamen exequantur, etiam si ad rogatum aliorum id fiat, quod in iis officiis secularibus in nostra lege designatis amplius quàm in beneficiis Ecclesiasticis dispositum reperimus, in quibus preces pro digno quantumvis sint ꝑ prohibentur in electionibus, & inducunt simoniam, non tamen nocent electo, nec simoniacam electionem faciunt, secundum glos. in *capit. Moyses, verbo, Rogaverunt. octavam, questione prima, capite, illud, juncta prima glos. octava, questione secunda. & ibi Archidiaconus. capit. quibusdam, juncta glos. aliam prima, questione prima,* quæ quidem considerabat Didac. Perez, in dicta lege vigesima secunda, titulo secundo, libro septimo Ordinarum. pagina 410. in fine, pro sua opinione, quam hic in terminis nostre legis refutamus, ut habilem ab inhabili pretio ementem & habentem officia hæc dono, promissione, rogatu suo vel aliorum non distinguamus, quin provisio sit nulla, ut dictum est.

¶ Ibi, *¶ Aya perdido y pierda los tales maravallas,* idem in notariis Ecclesiasticis venditis per possessores earum, dispositum fuit in concilio Provinciali Compostellano Salmantice celebrato, Anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Act. tertia, Decreto vigesimo quarto, statutum est.

¶ Ibi, *¶ Jure que no dio ni prometio,* idem in renuntiatione Beneficiorum Ecclesiasticorum ꝑ jurari solet & jurandum est quod libere sine ullo pretio & absque labe simoniae talis renuntiatio fit, ex *Regula 8. cancella. Apost. Innocen. III. quarta ad hoc considerat Didac. Perez, ubi supra, pag. 415. col. 1. in fine, cum sequent.* & sic quotidie practicatur in renuntiationibus beneficiorum Ecclesiasticorum, & hæc pro hoc titulo.

## TITULUS TERTIUS.

De los Regimientos, juradorias, y los otros officios publicos de los Concejos.

**C**UM superioribus titulis dictum sit de conciliis, & servanda consuetudine civitatum, villarum ac populorum & privilegio providendi officia conciliorum, nunc immediate sequitur videre in hoc titulo de officiis ipsis rectorum & juratorum ac aliorum publicorum concilii officiorum.

## IN LEGEM PRIMAM.

Officia perpetua civitatum, & villarum civibus & habitatoribus earum, vel saltem naturalibus, qui ibidem venerint ad habitandum, & non aliter conferenda sunt, & hoc dicit secundum verum & literalem intellectum.

## SUMMARIUM.

1. Naturales civitatum & villarum preferendi sunt in officiis publicis.
2. Vicinus quis dicatur, remissive & quis naturalis.
3. In testibus testamentorum non requiritur vicinitas eorum stricte proprie sumpta, sed sufficit quod sic habeatur.
4. Vicinus non reputabitur alienus loci ille qui est originarius, si ibidem non habitet.
5. Officia rebellionatus, an possint dari recepto in civem, qui naturalis non erat.
6. Civis dicitur quis illius loci in quo domicilium habet.
7. Alienigena regni per decennium in regno morans possunt esse proxeneta in eo.
8. Qualitates à lege nostra requisitas debet habere recipiendus ad officium publicum tempore quo recipitur.

¶ Ibi, *¶ Salvo a los naturales della que sean en ellas vecinos y moradores,* allegat eam in hoc Avend. cap. 19. pres. num. 17. in prin. lib. 1. naturalisque ipsarum ꝑ civitatum & villarum preferendi sunt, ut & in lib. 1. tituli sequentis disponitur, tanquam melius scientes idioma, consuetudines, & statuta ipsarum civitatum & villarum, &

quos amor patriæ, & descendencium suorum impellet ad rectè officium gerendum, prout in multis aliis, quæ retuli in l. 14. num. 50. tit. 3. lib. 1. supra, idem in favorem naturalium regni statutum est, & originarium particularium locorum. Est tamen advertendum, quod non sufficit in casu nostre presentis legis esse naturales, sed & insuper vicinos & habitatores, ut ex verbis sequentibus patet, *Que sean ellos vecinos y moradores,* & probatur clarius ex l. 5. tituli precedentis. Et quis dicatur vicinus, præter ꝑ Bartol. & alios relatores per Burgos de Paz, in l. Tau. num. 363. ubi allegat Signorol. de Homodis, cons. 52. id late tractantem in num. 364. inquit ipse Burgos, vicinum illum dici, secundum loci consuetudinem, qui de eadem est contracta, ex l. cum de lanis §. Astiam. ff. de fundo instr. & sic, qui majori parte anni ibidem domicilium habuerit, ut ex dicta l. cum de lanis. §. Sabinas. notat Avend. cap. 3. pratorum num. 5. versic. dicitur autem vicinus, lib. 1. ubi & in versic. sequente declarat quis dicatur naturalis, & allegat de iis Boer. decis. 13. per totam, neque requiritur ita stricta & vera vicinitas, ut omnino constare debeat, receptum fuisse in vicinum à concilio populi illius & fidejussionem dedisse de stando ibidem per decennium & solvendi onera & tributa vicinis imposita, sed sufficere quod in loco illo ut vicinus habitaverit & habitet, & communi estimatione reputetur, prout in testibus testamentorum ꝑ nuncupatorum inquit optime Burgos de Paz, ubi supra, num. 367. ita quod sit civis prout ex consuetudine vulgi assumitur, ex dict. §. Astiam. & ex l. librorum. §. quod tamen Cassius, de legat. 3. quod & suadet secundum Burgos, ibidem.

ibidem num 368. quia hoc verbum vicinus, jure cavetur esse explicandum communi usu loquendi, ut fat constat ex l. sed si accepto. ff. de jure fisci, & melius in l. ut Alphius ff. de verb. signif. ubi Rebus. & sic tenet Bart. in l. si vicinus. col. 1. ff. de aqua plu. arcend. & consequenter Adoptatus manumissus, seu originarius propria aut paterna & origine non judicabitur vicinus in hoc casu, neque poterit dici vicinus, prout in propositum nostrae legis eam allegando inquit idem Burgos, ubi supra num. 369. cum sequentibus. & probatur ex l. noltra, dum in fine disjunctive loquendo, inquit originarium venientem ad habitandum in populo. posse eligi in officialem publicum perpetuum dicti populi, in quo distinguit illam a vicinis, prout eam in iis verbis optime considerat Burgos, ibidem num. 371. Item & ex iis verbis habes notare, quod cum text. noster requirat esse vicinos & naturales, non poterunt dari officia haec recepto in civem nisi naturalis sit & secundum Pelaez, de maior. 2. par. quest. 51. num. 18. & sic recipiendus in officio aliquo publico & perpetuo alicujus loci debet probari quod est vicinus & naturalis illius loci & habitator ejus, vel saltem naturalis ex origine paterna veniens ad ibi habitandum, & insuper quod est idoneus ad officium illud, & ipse vel ejus antecessores nunquam fuerunt puniti ab officio sanctae inquisitionis, neque infamis est aut vilis mercator vel aliud vile officium exercens tunc temporis, licet hoc de naturali non ita exacte requiritur in practica.

¶ Ibi, O seyendo naturales, ex hac disjunctiva, O, Latine, aut, colligitur clare hic esse text. probantem naturalem alicujus loci & originarium ejus non esse ejusdem loci civem, prout in glos. precedente dictum est.

¶ Ibi, Afazer morada en ellas, idem dicerem de illo, qui naturalis neque civis est, in loco tamen illo per decennium habitavit, cuius virtute civitas acquiritur, ut ex text. in l. 5. in fin. tit. precedentis clarissime colligitur: Nam civis dicitur & quis illius loci in quo domicilium habet, ut per Zephalum, consilio 424. num. 51. volum. 3. & notat in propositum nostrae legis Avend. cap. 19. prator. num. 17. lib. 1. & Burgos de Paz, ubi supra, num. 372. ex text. in l. 2. in fin. tit. 24. par. 4. & in l. 32. tit. 2. p. 1. & Socin. Jun. consil. 7. num. 6. lib. 2. Imo & ex his legibus idem judicarem in eo, qui matrimonium in loco contraxit animo ibidem permanendi, cum ex dictis juribus per matrimonium contractum civitas acquiritur. Ex quibus inquit Burgos de Paz in dict. l. 3. Tanti, num. 373. auditu se percepisse, quod licet nullus in regno proxeneta esse possit, nisi sit regni naturalis, tamen alienigenae per decennium & in regno commorantes sunt admittendi ad dictum officium, & sic iis attentis cessat doctrina Baldi relata per glos. Vicinos, in l. 2. titul. 19. part. 3. Insuper notandum est quod qualitates has a nostro text. requisitas debet habere recipiendus ille ad officia haec perpetua,

tempore quo assumitur ad illud officium & secundum Bartol. in l. Insuperem. ff. de falsis. & Suarez, alleg. 12. fol. 147. pagina. 1. in medio in antiquis, imo & non sufficeret qualitates illam supervenire officio durante, quandoquidem statim exercendum est officium hoc, ex doctrina Bart. in l. excusatur, in princ. num. 10. ff. de excus. iur. & ex dictis per Gutierrez consil. 1. & alibi nos distulic laus meminimus.

## IN LEGEM SECUNDAM.

Exteri a Regno non possunt in eo obtinere officia justitia neque Reitorie curiarum & villarum, neque gubernationis earum, neque vacaria, piscaria, nec frumentaria & similia.

## SUMMARIUM.

- 1 Expediit Regi & Regno non per exteros, sed per Regnicolas regi & num. 2. ad officia publica ampliatur & num. 3. idem in Francia dispositum est.
- 2 Exteri a regno qui dicantur.

Ibi, Que sean estrangeros desos nuestros Reynos, Expediit enim Regi & Regno non per exteros, sed per Regnicolas Regni civitates & villas gubernari, tum ne arcana Regni publicentur per exteros tales, tum etiam ob amorem Regnicolarum Regno & suis adhibendum, & ipsorum cum eis, nam ut alibi dixi, facilius quis convertatur cum cane suo, quam cum homine extero, & facit illud Ecclesiasticus, cum extero non facies consilium, necis enim quid pariet, diximus l. 24. tit. 3. lib. 1. supra, num. 19. 20. & 26. cum sequentibus & num. 31. ubi in num. 50. nostram legem allegavi, & Avendandum eam allegantem & considerantem, & in l. 1. tit. sequentis, hoc ad omnia officia publica & ampliatur, & in dict. num. 50. alia accumulavi exteri a regno prohibita. Et idem quod in nostra lege est etiam Franciae & lege dispositum, secundum Rebus. in 2. tome consil. Francia tit. de liter. natur. glos. 2. per totam, ubi inquit & declarat, qui sunt exteri & diximus late quoad beneficia ecclesiastica in l. 19. tit. 3. lib. 1. supra, & in Caucabria idem dicitur in l. 6. tit. 1. sui fori.

## IN LEGEM TERTIAM.

Speclativa ad officia publica secularia danda vel concedenda non sunt nisi tantum de parte ad filium: Et regia provisiones in contrarium datae & concessa revocantur & annullantur, etiamsi interveniat secunda justitia.

## SUMMARIUM.

- 1 Speclativa officiorum revocantur, ne detur eorum captanda mortis nisi de parte ad filium, ibi, & num. 2. quid & curia.
- 2 Dispositum in uno ex correlativis censetur & in alio.

Ibi,

Ibi, De dar para ello spectativas de officios Alcaydas in regimientos, & hoc ne detur votum captandae mortis, nam spectativae istae dabantur officiorum nondum vacantium, quod quia periculum erat vitis ea possidentibus officia, in presenti jure optimo & revocantur, sicut in beneficiis Ecclesiasticis erat dispositum & probatum, ex c. ne captanda, de concess. prob. & ex aliis pluribus juribus per me relatis in l. 13. tit. 10. lib. 5. supra & ex Socino, notabat glos. fi. l. 3. tit. 5. p. 5.

¶ Ibi, Salvo de padre a hijo, in quibus nulla dari potest similia suspicio, quia meliorem amicum nemo habet quam patrem, & conjunctio hac patris & filii nihil mali suspicari permittit: Sed an idem erit de contra de filio ad patrem, & credendum quod sic, quia eadem datur ratio, cum sint una caro & carnem suam nemo odio habuit, & pater & filius pro uno capite computantur secundum glos. l. 2. c. qui atate, lib. 10. notab. secundum Bal. in l. etiam col. pen. c. de execra. rei jud. Alex. consil. 48. num. 2. vol. 1. & ibi additio, & dispositum in uno ex correlativis censetur, & in alio dispositum, & ut per Everard. in centuria in c. a natura correlativorum, & faciunt etiam quae diximus in l. 1. tit. lib. 2. supra. n. 2. & hanc credo veritatem licet a nemine viderim consideratum in propositum nostrae legis.

## IN LEGEM QUARTAM.

Reitor vel quilibet concilii officialis non potest habere in concilio ultra unum officium: neque duas reitorias in diversis locis, neque alia in lege nostra prohibita obtinere sub eius pena.

## SUMMARIUM.

- 1 Duo simul honores quis capere non potest. & n. 2. declaratur.
- 2 Voces plurimum obtinere non potest quis in jurisdictione contentiosa, sicut in voluntaria. & n. 5. & n. 6. opinio anterioris.
- 3 Advocatus & assessor non potest quis esse.
- 4 Pluralitas etiam in officiis & beneficiis Ecclesiasticis reprobata est.
- 5 Unumquodque opus melius perficitur dum circa unum intenditur quam circa plura.
- 6 Intelligitur versiculus, & si tomaren otro, non sibi text.
- 7 Possessor duorum officiorum poterit renuntiare unum, etiamsi sit lapsus terminus nostri text. & evitabit penam.
- 8 Dillio, usque, in presenti exclusivae ponitur.
- 9 Dillio, despaes, Latine postquam, excludit precedentia.
- 10 Mensis quot dies habeat.
- 11 Judex & tabellionarius possit quis esse.
- 12 Pena etiam ubi ipso jure incurritur, declaratio requiritur.
- 13 Provisiones dantur in regio senatu ne quis duo officia incompatibilia obtinere possit.

Azevedo in Recopilacionem. Tom. IV.

Ibi, Mas de un officio, duos enim simul honores quis capere non potest, ut l. i. l. i. b. r. s. p. r. e. s. c. r. i. p. t. i. o. ff. de mu. & honor. & l. fi. c. de assessor. l. quisquis. C. de postulat. l. hac parte. C. de proxi. sacro. Scrin. lib. 12. l. 1. c. de mun. non contr. lib. 10. quae jura ad hoc allegat glos. in prag. sancti. tom. 1. tit. de collatio. 6. cui rei, glos. pluralitatis. col. 2. fol. 170. in parois, ubi id praeterim procedere ait, quoties per actum & unius impeditur exercitium alterius, facit quod notatur in l. a Decurionatu. ff. de vacati. mu. & hoc est quod dicit glos. Dos officios. in l. 60. tit. 5. p. 1. quod si duo officia habent administrationem, ambo obtineri non possunt, cum lo. de Plaea, in l. 1. c. de dignita. lib. 12. & regulariter verum est, quem non possit duo officia gerere nisi ex causa, secundum glos. in c. ex litteris, de probat. Fel. tamen ibi n. 10. inquit, quod in jurisdictione contentiosa & non potest quis voces plurimum obtinere, secundum Specul. tit. de assessor. 8. fin. quia non potest & esse advocatus & assessor, secundum Bart. in l. jubemus, in l. 1. c. de sacro. Eccles. secus vero in voluntaria jurisdictione & ubi non est impedimentum juris vel facti, in eo enim potest quis duplici officio fungi, ex l. si consil. ff. de adoptio. ubi Bar. & Humada. in l. 60. tit. 5. p. 1. ego tamen & sine in voluntaria sive in contentiosa jurisdictione dicerem, quod ubi per legem prohibitum est duo officia habere sive administrationem habentia, sive non, sive sint compatibilia sive non, servanda est omnino legis dispositio; ubi vero non esset lex prohibens duo officia insimul obtineri, si incompatibilia non sunt, bene possunt in eodem subiecto concurrere, sed si compatibilia essent, exercitiumque & administrationem requirent, prout in assessor & advocato, nullo modo obtineri possunt ut & diximus in Coria Pisana de Decurio. lib. 2. cap. 22. sic est in officiis & & beneficiis ecclesiasticis pluralitas 7 reprobata est, ut per glos. prag. sanctio. ubi supra & Ogedam, in tract. de benef. compari. & incompati. & horum ratio est, quia vicem duorum unus gerere non potest. l. si plures. ff. de partit. glos. per text. ibi in verbo, consistentes in auth. ut deser. si num. clari. col. 1. unumquodque enim opus melius perficitur, dum circa unum intenditur, quam dum circa plura, & secundum Aristotel. 1. metaphys. bonus tex. in c. diverse fallacii, de cleri conjug. dicens divisum in duo plenum sui non habere potestatem, & ibi glos. & sic quis non debet diversis fungi officiis, ut late alia dictos per Pet. Antiboli, in tract. de numer. & honor. c. 3. n. 61.

¶ Ibi, & si tomaren otro officio, que pierda el que primero tenia, & no le ay a mas, idem probat text. & ibi Bart. in l. quisquis. C. de cohereds. lib. 12. & glos. prag. sancti. in tit. de collatio. 8. cui rei, verbo pluralitatis fol. 170. tom. 1. in parois & probat text. in c. ne quis. 25. de electio. in 6. notat Did. Perez, l. 22. pag. 411. col. 2. versus, quid autem, tit. 2. lib. 7. Ordin. & ex iis verbis & praemixta juncta secunda & finali dispositione nostri text. infero, intellectum assignatum per Did. Perez. in l. 1. tit. 5. lib. 2. Ord. col. 428. relatum



relatum & securum per Homada, in d. l. 60. tit. 5. par. 1. glof. 3. non posse compari ad hæc verba, dum dicunt, quod hæc verba intelligantur quod non vacat statim primum officium, sed demum si post requisitionem labantur duo menses, nam vesiculus hic, & nullum terminum constituit, sed potius vult quod perdet primum sine temporis præfinitione, dum dicit, pierda el que primero tenia, y no le aya mas, præsertim junctis verbis præcedentibus, y si tomare oyo, que verba tempus apprehensionis considerant & non ultra quid, & qualitas adjuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, ita ut statim quod secundum capit, perdit primum, in eodem consilio habitum, & in hoc casu nullus terminus assignatur, prout assignatum reperimus, quoties in diversis conciliis & locis quis in simul adipiscitur duo officia, vel unum habens adipiscitur aliud in alio diverso loco, in hoc enim casu lex nostra in finali dispositione terminum assignat, & itidem in secunda ejus dispositione in vers. y mandamos, dum de rectoria & tabellionatu illius loci loquitur, duos menses constituit lex nostra post requisitionem labendos, quod non fecit in dicta prima ejus dispositione, & sic non censetur constituti, crederem tamen verum, quod cum verbum, pierda, nostri tex. latine amittat vel perdat, non sit late sententia, sed ferenda, ut per Tiraq. l. si unquam. verbo revertatur, num. 51. cum 5. sequentibus, interim quod non privatur primo officio, poterit ejus possessor illud renuntiare, & evitare penam, etiam si sint lapsi duo menses & plus, antequam privetur primo officio, non tamen erit necessaria requisitio in primo hoc casu hujus legis ut possit obtinens, duo primo privati, & declarari illud amissile: sicut requiritur in duobus sequentibus casibus, eo quod in eis sic reperimus dispositum, nisi velis hunc primum casum per sequentes intelligere & declarare, est tamen nimis legem nostram supplere, & declarare ac restringere.

Ibi, Falsa dos menses, non credo inclusive poni in presenti dictionem hanc, falsa, & magis adhaeremus sic dispositioni & regule juris, quod dies termini non computatur in termino maxime attenda illa dictione, Despuer que fuera requerida, que dictio despuer, excludit præcedentia, & ut dixi in mea Curia Pisana de decurionibus, vel si dies ille esset computandus, computaretur de momento ad momentum, ut in eadem curia diximus. Er mensis quot dies habeat, & vide Lauren. Silva. in tract. de feud. recog. g. 11. fol. 74. p. 1. vol. 10. tract. diver. DD. & Menoch. de Arbit. judi. lib. 2. cent. 1. casu 50. & an possit quis esse iudex & tabellio vide Decium. conf. 42.

Ibi, Per el mismo hecho, & sic ipso iure ita quod lapsis illis duobus mensibus ipso facto vacent officia, hæc tamen licet ita sint, declaratio amissionis requiritur, id enim regulare est, ut in libro. 4. supra diximus apponendo regulam, scilicet quod etiam ubi præ-

na incurritur & ipso iure declaratio requiritur penae incurritur.

Ibi, Y ans mismo mandamos, usque nunc lex hæc in præcedentibus duobus casibus locuta est, cum duo officia in eodem consilio, vel in eodem populo possiderent contra tenorem & dispositionem nostri tex. In hoc vero vesiculus usque in finem loquitur lex nostra, quoties quis duas rectorias in diversis locis obtinet & possidet, quo in casu si post requisitionem possident factam, ut unam dimittat, duo menses labantur absque unius renuntiatione, ambo rectorie remanent ad provisionem regis, & hoc est quod dicebat Bart. in l. dum virum C. de Decurion. lib. 2. cap. 22. per totam. Et sic ex cap. 54. curiarum de Madrid. anni 1373. dantur provisiones in regio senatu, ne quis duo officia incompatibilia & obtinere possit.

IN LEGEM QUINTAM.

Pater & filius, vel alia dua persona non possunt unum & idem officium habere & facultas regia in contrarium lata nulla est.

Ibi, Juramento, ex his verbis & præcedentibus & sequentibus clarissime colligitur legem nostram tunc demum procedere, cum pater & filius vel alii dux qualibet personæ unum & idem habent officium, ita ut alternatim illi serviant, quasi sicut si unusquisque eorum de per se duo possiderent officia, unusquisque suam, hoc enim non est ex lege nostra neque ex alia prohibitorium, ut latius consideravi in d. Curia Pisana, lib. 4. cap. 1. numero 2. & 3. idque clarius colligitur ex tex. nostro idem in aliis quibuslibet personis, quam patris & filii, disponente.

IN LEGEM SEXTAM

Rectores absentes nihil lucrari possunt, nisi in casibus hæc in lege contentis & declaratis.

SUMMARIUM.

- 1 Rector potest abesse à civitate, solum tamen nostra legis paxam. & n. 2. an possit acceptare officium extra terminos civitatis.
- 2 Decurio habitans in rure potest cogi venire ad civitatem.
- 3 Decurio absens non est tunc in conscientia, neque alii ei consentientes.

Ibi, O estoviere absente no sea pagado de su salario, hic videtur tex. probans, quod rector potest abesse à civitate & cum incurritur penae, lex enim nostra sola hæc poena amissionis salarii contentatur, ergo ea soluta abesse potest, & sic probat lex si quis Decurio, l. 1. C. de Decurio. lib. 10. notabilis secundum Bart. ibi: quod consilium non debent recedere à civitate sine licentia, aliis puniuntur, sive velint recedere causâ legatio-

legationis sive rei propriae, & ob id non possunt acceptare aliquod officium & extra terminos sue civitatis l. curialis ultra terminos. C. de Decurio. lib. 10. ex quo inquit Bart. in l. 1. ff. de Decur. quod Decurio habitans in comitatu vel rure cogitur redire & ad civitatem, & habemus de hoc r. C. si curiales de relic. civit. ubi habit. mal. lib. 10. quem ad hoc allegat Petrus Ravenna, sing. 234. quidam mihi dixerat, ut ibi inquit, quod revocari, gravari & puniri poterit, & faciunt dicta pro Aviles. e. 54. prat. gl. pariter. n. 2. quem & alia allegavi in d. Curia Pisana, de Decuria. lib. 3. c. 2. ubi & dixi quod licet lex nostra solum salarii amissionem imponat, non excludit quin non possit per iudicem sub aliis penis talis rector abesse à civitate, compelli in ea residere, & iuste, nam & rector talis abesset & non est tunc in conscientia, neque alii rectores id permittentes, ut inquit Corleous, in summa. g. 55. per totam, sed hæc parvi penduntur per eos & alios exactiorem rationem reddituros penes suorum iudicem: & circa hæc nostræ legis verba vide Avend. c. 3. prat. n. 3. lib. 1.

IN LEGEM SEPTIMAM.

Nulli officium jurisdictionis vendatur, & nullus emat sub penis in hac nostra & aliis legibus descriptis.

SUMMARIUM.

- 1 Officia jurisdictionis vendi & emi non possunt, & omni iure prohibitorium est ut ibi.
- 2 Contra ementem hæc officia præsumuntur omnia malum.
- 3 Simonia & maximum ambitionis committitur in emptione officiorum etiam secularium, & 5. & ibi quomodo tunc committitur.
- 4 Paria sunt vendere justitiam & committere simoniam, imo ut ibi gravius est vendere justitiam quam præbendam.
- 5 Culpa tanto gravior est quanto res in qua committitur est sanctior.
- 6 En qua sunt publici juris estimari non possunt.
- 7 Titulus ad l. Juliam de ambitu an habeat locum in Papa vel Rege.
- 8 Officia iustitia, cum veniunt cum universitate & sic cum populo vendito optime fieri possunt.
- 9 Jus patronatus transiit cum universitate vendita.
- 10 Officia iustitia neque locari possunt.
- 11 De iure divino non reperitur expresse prohibita officiorum venditio.
- 12 Ambitus quod de iure civili dicitur, de iure canonico vocatur simonia.
- 13 Emptor bonum officiorum eorum, privilegio gaudere non debet.
- 14 Emptor bonum officiorum infamiam incurrit, & item esse damnandus inhabilis perpetuo ad illa.

& infimi homines, divites tamen emerent hæc jurisdictionis officia, habiles vero, & idonei & benemeriti ob paupertatem rejicerentur. Item & ambitiosus vitium introduceretur, quod est maximum & reip. periculosissimum, de quo conqueritur in proposito, Jodocus, in sua practica, tit. 131. de emptio. officio. per totum: Sed quot nunc vendantur officia per correctores populorum, ut emptores pro suis nominibus locum tenentibus, suo tempore patebit, & nunc etiam manifestatur, ob hoc enim & hinc de causis idiotas secum ferunt, qui justitiam facere nesciunt, neque audent multoties ex quo multa imminere credo mala, nam, ut inquit Ripa, in vrb. de peste, ex mala justitia, administratione pestes oriri solent; & ideo debet maxima super his inquisitio fieri, & emptores & venditores perpetua infamia essent notandi, & aliis legum penis afficiendi, & tempore quo ad officia providentur id deberent jurare, & lege Regia esset cavendum, ut in conscientia venditores essent adstricti pretium restituere cuidam loco aut operi publico, & emptores pretium istud ad hunc effectum perderent, neque in conscientia possent redditus ac emolumenta ex officio illo acquisita sua facere, sed in bonum commune talis populi essent convertenda & expendenda, & aliis etiam penis sileo & denunciatori ac judici talis cause applicandis afficerentur, ita ut jam quod timore conscientie non abstinent, saltem formidine penæ temporalis sese retrahant ad similibus abusus, delictis & peccatis: Et idem etiam esset providendum contra correctores jura & salaria officialium suorum in parte vel in toto percipientes, nam & hæc est quadam officiorum palliata venditio: que si ad aures nostri Christianissimi Regis ac Domini pervenisset, non dubito quin ea mederi justisset. Et an in Papa vel Rege habeat locum titulus & ad leg. Julii de ambitu, vide Barbat. in c. ex parte, de offi. del. num. 14. & Abb. conf. 54. vol. 2. num. 12. Dubitari tamen potest, nam nonne videmus quotidie vendi officia justitie cum venduntur ville cum omni jurisdictione mero & misto imperio, quomodo hoc fieri potest, in quo dicendum est, idem id fieri quia venduntur & cum universitate, & sic nimirum quod cum ea transeat jurisdictio & justitia, veniunt enim quasi in consequentiam, sicut & cum venditur universitas quædam in qua adest jus patronatus, quod quidem aliis vendi non potest, ut in c. de jure de jure patronat. & tamen cum universitate vendita transit, & ut in cap. ex litteris, de jure patronat. nisi specialiter excipiat, ut in c. cum seculum, & in c. ex litteris, eo. tit. & voluit. glos. fin. in c. cum Beroldus, de re judic. & ita respondit Afflic. in d. lib. 3. consil. Sicil. rubrica. 60. §. 1. num. 3. & late etiam de his tradit Matienzo, in dialogo relatoris parte 4. cap. 10. n. 7. ubi n. 10. rationem etiam ad hæc annexit, & tradit Navarrus, in Manuali Latino, cap. 25. num. 7. per totum. Imò neque locari possunt officia justitie, ex l. sequense.

ex l. 1. tit. 12. lib. 3. supra, & de his itidem dixi in l. 137. tit. 20. lib. 3. supra. Est tamen notandum, quod licet hæc officia justitie vendi non possint, de jure tamen divino non reperitur & id expresse prohibita, secundum Bal. in d. l. Barbarius, idem de facto maxime à Papa vel Regibus vendi solent, ut sunt rectoria & notaria secundum Avend. d. respon. 9. num. 2. vers. & licet, de quo alibi latius, & videnda est etiam de his, decis. 749. Francisci Martes, in propositum multa dicentis.

Ibi, So las penas contenidas en las leyes de nuestros reynos, Lege hæc regni nostri notandum reperit, nisi dixeris esse l. 7. & 8. tit. 2. supra isto lib. licet dici possit in differentibus casibus loqui, & si ad hæc dixeris non referri, factor me ulque nunc alias non reperisse: de jure tamen communi habemus tit. ad l. Julii, de ambitu, nam id quod de jure civili Ambitus vocatur, de jure canonico simonia dicitur, & quando ambitus committitur cum pecuniaria munitione redemptione, secundum Bart. in l. 1. ff. ad l. Julii, de ambitu, Matienzo, in d. c. 10. num. 8. de quibus per Jodocum, ubi supra, num. 11. & idem quæres, que sint hæc leges ad quas nostra se refert: sed ultra alias penæ est una, scilicet, quod emptor talium officiorum justitie & eorum privilegio gaudere non debet, secundum text. in l. universi. C. de legato. lib. 12. ad hoc allegatum per Rebus. in tract. de nominaria. quæst. 5. not. 11. & in d. rom. 2. consil. Franc. in d. Magis. Arrisi. artic. 3. glos. unica, ubi inquit quod hodie plures sunt, qui non gauderent, si hoc mordicus servaretur.

Ibi, T de mas que sea infame, & itidem esset damnandus ultra infamiam & publicam penam, in perpetua inhabilitate, ut probat text. in l. si quemquam, in fine. C. de Episcopis & clerici. & in l. uni. ff. ad l. Julii, de ambi. not. Jodocus, ubi supra d. num. 11. ubi & inquit, quod etiam id permittens & cujus permissa id sic, puniatur.

IN LEGEM OCTAVAM.

Officia justitia locari non possunt sub nostra texti. pana.

SUMMARIUM.

1 Locari non possunt officia publica neque notaria reddituum.

Ibi, no sean ofados de arrendar ni arrienden los dichos officios, idem en Alcaldes de facas disponitur, in l. 1. tit. 11. lib. 3. supra & in notariis redditum & idem inquit text. in l. 4. tit. 25. lib. 4. supra aliqua dixi, & legem nostram ad hoc considerat Matienzo, in dicto dialogo relatoris 4. par. cap. 11. num. 1. & Did. Per. in l. 16. tit. 14. lib. 2. Ordi. & habemus nunc pragmaticam sanctionem editam Madridi anno præsentis 1390. prohibentem locari officia tabellionum de camera & procuraciones, receptorias & tabellionatus del numero sub penis ibidem conten-

contentis, & cum ejus declaratio dum hæc primo scriberem spectaret, nolui questiones aliquas inserere, que postmodum sunt promulgatae in tabulis autem mihi propositis, fuit, secundum responsum meum percontantibus, datum provisum: Et cum lex nostra esset in oblivionem jam translata, sanctione illa justissima & sanctissima fuit renovata quoad officia tabellionatus, & conductores ac locatores providerunt de remedio ne officia perderent, licet vereror, ne cum cautela, aliqua fuerint facta, nam contra lege excogitatur etiam & malitia ad subterfugiendum penam temporalem, nam spiritualis penæ à talibus in hoc mundo non attenditur, & male, nam quam commutationem dabit homo pro anima sua, & ideo cum rigore essent legum nostrarum penæ exequenda in transgressores, & judices negligentes in executione earum puniendi.

De legibus 9. & 10. dixi eas referendo in mea Cronica Pisana, de Decuria. lib. 4. c. 1. num. 4. ubi in illo cap. inserui plura decurionibus prohibita, & ab eis fugienda.

IN LEGEM UNDECIMAM.

De exortibus, villis & populis ubi certus adest numerus rectorum, & aliorum publicorum officiorum possessorum, si aucta fuerint officia hæc, si vacaverint, consumantur, & Regia littera contraria annullentur: loquitur tamen lex nostra in auctoritate per Regem Joannem secundum.

SUMMARIUM.

- 1 Vacatio per renuntiationem non includitur sub alio expresso modo vacandi, neque sub mandato de primo vacaturo, ut ibi.
- 2 Ubi nullus est vacandi modus expressus omnis venit.
- 3 Resignatione perditur ritus & possessio qualibet, ubi ampliatur, nisi ut ibi.
- 4 Duodecim modos, quibus vacat Beneficium, describit, remissive & alios plures ibidem.
- 5 Vacatio per privationem an comprehendatur expresso vacandi modo.
- 6 Princeps potest creare nova officia & erecta consumere.

Ibi, que no sea por renunciacion, hic videtur text. probans, quod vacatio per renuntiationem, aut resignationem non includitur sub alio & expresse modo vacandi, neque sub mandato de primo vacaturo officio, aut beneficio per mortem providendo continetur vacans per renuntiationem, ex text. & glos. in cap. susceptum de rescrip. in 6. c. 2. de renunt. eod. lib. e. dudum, de preben. in 6. que jure ad hoc allegat Corras. in paraphrasi sacrodo. tit. de mandato Apostol. n. 51. sed ubi nullus & est expressus modus vacandi omnis venit, secundum glos. vacat in cap. quia sepe, de preben. in 6. & glos. mori. in clemen. 1. ut litem. glos. in cap. si propter tna debita, de rescrip. in 6. glos. mortem in c.

grandi, de supplen. neg. prat. in 6. Anchar. consil. 117. Dec. consil. 224. Gom. in Reg. Cam. de instr. resig. quæst. 32. num. 4. & 6. & 9. 55. & de benep. vacan. per obitum Fam. Cor. quæst. 7. late Fel. in c. in nostra corol. 37. num. 37. de rescriptis, nam per resignationem & perditur titulus & possessio qualibet, Rota, antiq. 2. de renuntii. resignatione enim admittit jus aliquod apud resignantem non remanet, sed intelligitur abdicatum ab eo omne jus, etiam in supplicatione adsc. clausula cum reservatione fructus, nominis, stalli in choro, & vocis in capitulo, secundum Verulam, in 3. parte decisio. Rota, decis. 81. resignatio, & Stuphil. de litteris gratia & jus. tit. de variis modis vac. ca. num. 9. & 10. fol. 54. quod intelligerem procedere & esse verum nisi in casu in quo resignatio esset facta cum clausula, non aliis, neque alio modo in favore talis, quia secus erit, ex dictis per Rebus. in gratia bene. tit. de resigna. condit. & per Oldr. consil. 282. num. 2. & in materia beneficii duodecim modos, quibus vacat beneficium describit, & Pavinus, 4. de potest. cap. sede vacan. prælatus 7. & triginta duos modos retulit Rebus. in concor. Fran. tit. de Regia ad prat. noni. facti. §. monasterii, verbo vacantibus, & quamvis text. non expressit excipiendo vacationem per renuntiationem, cum prius de vacatione per mortem dixerit, & sic ex dictis videbatur non esse necesse excipere renuntiationem, tamen ideo excepti propter generalitatem illam in verbis præcedentibus appositam, dum dicitur, & in omnia qualivis materia, quibus verbis ne videretur vacationem factam per renuntiationem comprehendi, expresse excepta sunt. Et an includeretur vacatio per & privationem, ex dictis Docto. §. decerpes de maxime ex Gomecio, in d. reg. de impet. bene. vacan. per obit. Car. 9. 7. per totam.

Ibi, Se consuman aquellos que assi vacaren, ex hac lege notari potest, quod princeps potest creare nova officia & item numerum officiorum consumere de plenitudine potestatis & secundum Casan. in consil. Burgun. 6. rubrica 1. num. 104. & 105. fol. 129. ubi & inquit quod licet princeps possit reducere numerum officiariorum ad minorem numerum, tamen talis diminutio vel reductio non debet asserere præjudicium officiaris jam electis tempore reductionis, sed tantum præjudicabit creationi officiorum novorum, ut tenet Jacobus Rebus. in l. temperimus. C. de precii. sacra. scrip. lib. 12. & ibi Bar. & amplè Bald. consil. 327. incip. pridie enim consului col. 1. & 2. lib. 1. & ideo jure lex nostra providit in officiis vacantibus, non vero in non vacantibus, & ita etiam declarat ex l. 14. infra eo. ubi in glos. excepto.

Ibi, Las obedezcan, per que no las conplan, hic est text. contra miseros judices, videntes Regias litteras esse injustas, & statim eas obediunt & adimplent, cum deberent potius Regem de his certiorare, ut late diximus in l. 14. tit. 3. lib. 1. supra & in l. 1. tit. de las provisiones lib. 4. supra.

Ibi, Si por alguna importunidad, que quis Cc iij dem

dem in iis, quæ juris dispositioni contrariatur, invenitur importunitas, ut in d. l. 14. diximus, quibus quidem importunis precibus sepe numero injusta impetrantur & damnoſa conceduntur, & ideo non statim sunt exequenda.

¶ Ibi, *Pierdan les officies*, alios casus ubi privationi officiorum locus est posui in l. 23. tit. 25. lib. 4. supra.

IN LEGEM DUODECIMAM.

¶ In provisionibus reſtoriarum dua clausula apponenda sunt, prima quod non sit ultra numerum antiquum, secunda dummodo provisus non habeat aliam reſtoriam.

SUMMARIUM.

¶ Officia vendi posse hodie decurionatus & tabellionatus.

Ibi, *ordenamos*, ex hac legali ordinatione & maxime junctis l. 7. & 8. tituli præcedentis, dum hic disponitur, duas tantum clausulas esse apponendas in provisionibus decurionatum, & dum in dictis legibus 7. & 8. solum prohibetur, vendi officia electiva, & que vocis acquirantur, colligitur inquam, quod jam hodie ex iis legibus sic considerata permilla est horum officiorum venditio & per consequens in eis assignari legitimam filis posse, & exequi in eis pro debitis; contra Telliū. l. 26. Tit. num. 11. de quo late diximus in *Curia Pifuna*, lib. 4. cap. fin. & alibi, que hic non est necesse referre, de quo & per Matienzo, in *Dialogo Reſtoriarum*, 4. part. c. 9. cum duobus sequent. sed jam legis nostre dispositio quotidie per Regem abrogatur, derogat enim Rex eam; dum officia hæc vendit, ut non obſtet venditioni, potest namque Rex legem tollere & interpretari, neque sibi legem imposuit à qua recedere non possit; & consequenter ob necessitates imminentes excedit Rex numerum antiquum, licet hæc nisi ex magna & urgente necessitate non fiant, neque fieri debent; nam ex multitudine decurionum causatur confusio, maxime in civitatibus & villis partialitatum, imo & in vicis, ubique enim jam animi regentium partiti sunt in varios sensus ac voluntates, nec voto vivitur uno, medeatur qui potest.

IN LEGEM DECIMAM QUARTAM.

Officia autem ab invictissimo Imperatore & Philippo secundo ejus filio, si vacaverint, consumenda sunt, ad numerum antiquum redigenda, nisi fuerint personarum licentiam habentium disponendi de eis, vel eorum, qui renuntiaverint, & vacaverint post 20. dies à lege constitutas.

Ibi, *que vacassen despues*, intellige per mortem, vel per amissionem & privationem, quia simplex hic modus vacandi omnia hæc comprehendit, ex dictis in l. 11. istius titu-

li, & itidem renuntiationis comprehendere vacationem, nisi obſtarent verba finalia nostri text.

¶ Ibi, *Se consumiesen*, in pluribus capitulis curiarum Madrid factarum à dicto Rege ac domino nostro Philippo secundo post legis nostre dispositionem idem statutum est, sed nunquam usque nunc vidi observatum, licet avari in aliquibus vacantibus per mortem sic esse executum, & justissime; nam convenientissimum, & sanctissimum est sic fieri & observari, ubique obſtaculo aliquo necessitatis non urgentissime.

¶ Ibi, *Excepto*, hæc est una limitatio præcedentis dispositionis, ut scilicet, ita demum vacantia consumantur, si ille, ob cujus mortem vel delictum vacante, non habuisset à Rege facultatem disponendi de illis, nam si eam habuisset, non essent consumenda, & idem si possidens renuntiavit officium, & post renuntiationem vixit viginti dies à lege 4. titulo 4. istius libri assignatos.

¶ Lex 15. est etiam ejusdem materiae, in qua solum ponderabis verba illa in principio ejus apposta, dum dicit, *los dñnos e inconvenientes que se seguan*, & ibi, *El dño y confesion que trae la multitud de los officiales*, ut intelligas, quod damnoſa est nimis rebus publicis augmentatio officiorum publicorum, & maxima versatur utilitas in consumptione eorum, & id ita est notorium ut nulla indigeat probatione, multitudine enim personarum confusionem generat, nisi omnes in Deum & ejus servitium dirigant voluntatem & vota sua, nam tunc multitudo bonorum esset portus procuranda quam minuenda, sed cum hodie in conciliis publicis populorum non in unum dirigantur sermones, sed unusquisque quod suum est, querit, vitanda est multitudo & consumenda sunt officia. Et addit hæc lex 15. circa hæc officia ab Henrico quarto aucta & à Rege Joanne & aliis Regibus ab anno, 1440. usque ad annum 1480. quod statim quod vacaverint absque alia declaratione aut provisione nova, sint consumpra, & quod non possint renuntiare, & renuntiationes aliter factas, & admittas nullas & invalidas declarat lex hæc 15. & renuntiant, & illi in quem renuntiantur penas privationis imponit: & esset utile memoriam horum officiorum habere in regio consilio, ut exequi id posset, & sic jam hodie in curiis de Madrid anni 1590. in cap. 18. statutum est, ut officia decurionatus populorum possint ab ipsis populis tanto redimi, præcedente in regio consilio informatione necessaria, & sic jam vidi executum. Sed in hæc de renuntiatione sunt intelligenda in officiis auctis ob pretium, vel remunerationem alicujus servitii, dubitabile esset, ex dictis per Gutierrez in *reperitione*, l. nemo potest, num. 176. de lega. 1. sed est hæc nimia restrictio ad magnam legis nostre generalitatem, & unusquisque videat, quid emit, cum legis nostre dispositionem ignorare non debeat.

¶ Et hæc nostra lex 15. procedit & intelligenda

IN LEGEM VIGESIMAM PRIMAM.

Reſtores aut jurati negotia propria habent in curia non possunt ad eam venire pro negotiis suis Reip. sub legis nostre pena.

SUMMARIUM.

1. Non debet percipere expensas ille, qui pro negotiis propriis curiam adiit.  
2. Reſtori curiam curiam præbendam, & salarium de propriis populis pro quo qualis.

Ibi, *mandamos*, vide etiam legem 39. tit. 6. lib. 3. supra ubi de aliqua diximus remittive.

¶ Ibi, *huelto*, quia non debet percipere expensas illa, qui pro negotiis propriis curiam adiit, ex gloss. pen. in cap. ut præterita, de electio. Iud. & committit delictum legatus regis aut provicæ, si dum in legatione est, pro se libellum præferat, ut licet videre ex Angel. consil. 319. non enim dicitur esse Reip. causa abesse, qui sui privati negotii causa in legatione est, secundum text. in l. non vere, & l. Reip. causa. ff. ex quib. cau. majores. gloss. pen. in c. 2. de provol. in 6.

¶ Ibi, *Salario*, ex hoc verbo colligo, quod reſtoribus & juratis civitatis & populorum euntibus curiam pro negotiis civitatis & aut populi, debet constitui & præstari salarium; ut notat Avend. cap. 2. præ. num. 8. lib. 2. & quid pro essentia operum publicorum, dixi in l. 24. tit. 6. lib. 3. supra & hæc pro hoc tit.

IN LEGEM VIGESIMAM SECUNDAM.

Officia fidelium executorum civitatis, ac populorum vendita per Regem particularibus personis consumantur, & penes civitates, ac populos remanent saltem ipsi particularibus pretium justum valeant tempore consumptionis. Unum tamen salarium, quod ex penis fiscalibus debent eis remanere consumantur in Regis utilitatem, & in populis, ubi hæc officia venduntur vendita fuerint, non venduntur, neque de novo creantur.

SUMMARIUM.

1. Quia brevis & facili est non summam, nec declaratur.

IN LEGEM VIGESIMAM TERTIAM & VIGESIMAM QUARTAM.

Reſtorie populorum, & officia de alſerazgos, possunt populis, ubi vendita sunt petere pro tanto, secundum quod in legibus nostris dispositum est.

SUMMARIUM.

1. Reſtorie & officia de alſerazgos, possunt populi, ubi vendita sunt pro tanto petere infra terminum assignatum in hac lege.

gentia est nisi in casibus duobus per legem sequentem propoſitis, scilicet, de illis, qui in Mauritiorum bellis mortui sunt, vel cum essent capivi officia renuntiaverunt in unum ex filiis suis, dummodo talis filius eis non utatur officio usque dum sit decem & octo annorum impletorum.

¶ De lege 17. nihil aliud sumendum iudico consideratione dignam, quam quod ejus verba summo opere essent attendenda, dum dicit, *conviene que se den y provean a personas habiles, y vorones prudentes de buen entendimiento y temerosos de Dios*, tales que possint todas las deliberaciones naturales goviernen la republica, por justicia y razon y experiencia teniendo respecto a esto, y a los officios, y no a las personas. Singularia sunt hæc verba, licet præpostera, nam prius deberet dici, *que se den y provean a personas temerosas de Dios*, Nam in hoc consilii principalem sufficientia, & experientia & bonum publicum, timens enim Deum faciet bona ecclesiasticis, 15. & iterum 19. da locum timori altissimi, quia orans sapientia timor Dei, & in illa timere Deum, & in omni sapientia dispositio legis, & Prov. verb. 1. timor Domini initium sapientie, & 15. caput, per timorem Domini declinat omnis à malo; & Ecclesiast. 1. plenitudo sapientie timere Dominum, & iterum ibidem cap. 40. facultates & virtutes exaltant cor, & super hæc timor Domini, & nihil melius, quam timor Dei, ut ibi cap. 23. prope finem & ideo viri timentes Deum essent eligendi, nam ii sapientes sunt, Deus adjuvat illos, experientiam querunt à dictis, & sanctis cum opus est, non se iactant ubique, neque præcipitant sententias suas, sed cum omni timore & tremore justitiam querunt, & que sua sunt unicuique tribuunt, neque sufficit scientia & experientia, ubi deficit timor Domini, & ubi timor hic deficit quotidie erratur: Et cum in provisionibus officiorum hæc non considerentur, neque informationes de hoc fiant in iudices & administratores Reipublice & populorum, nominantur male conscientiam homines, avidi ac cupidi, & sic impii, & peccatores in loco iudicii existunt: de quo cum alibi dixerim sit hic hoc advertisse, medeatur qui potest.

IN LEGEM VIGESIMAM.

Reſtores, jurati, aut tabelliones populorum non debent esse regatarii & negotiatores vicinialium sub pena privationis officiorum: quoad alia vero negotiationes senatores Regii habent informatione, ea qua conveniunt, provideant.

Ibi, *no usen del dicho officio y traza*, iusta lex & sancta, si servatur ubique, sed veteres ne in aliquibus violetur locis. Et hæc & alia reſtoribus prohibita retuli in mea *Curia de Decretis*, lib. 4. cap. 3. per rann.

¶ Ibi, *Y en quanto a los otros tratos*, idem fuit dispositum in l. 25. tit. 7. lib. 3. supra ubi diximus.

**E**T Hæc duæ leges ampliativæ legis præcedentis & ideo post eam apponuntur, & licet convenientes appareant, melius convenire dici posset, si non venderentur hæc officia de quibus in eis disponitur, & remaneret annalia, sicut antea erant rectoriæ hæc, & sic enim & populi dictores essent ad subveniendas Regis, ac Regni necessitates, & propulsandos hostes, & itidem domini populorum non fierent divites (prout fiunt) emptionibus horum officiorum, ac tantum detrimentum commune, ac publicum, & vicinorum pauperum onus & gravamen. Et ideo circa hæc Rex, & ejus consilarii multum advertere deberent, ut finis iis vendi-

tionibus imponatur: miserum enim est videre concilia civitatum, villarum, ac populorum, ubi similia officia venditionibus sunt acquisita, ibi enim jam non tractatur de bono publico, ac de conservatione bonorum populi, sed de vindicta inimicorum, ac de proprio uniuscujusque commodo. & qui plura vota habet, is vincit, sive bonum, sive malum sit, quod desiderat fieri. Quas ob res in iis & circa hæc officiorum horum venditio maxime est evitanda, neque venditum conscientias securas esse judico, cum hæc sciant & permittant, & majoribus pretiis quam decet vendi hæc officia video, & in quolibet personas transmitti.

## TITULUS QUARTUS.

### De la renunciacion de los officios publicos.

**E**T quia ea, quæ electione aut mercede acquiruntur, plerumque, si non renuntientur, perduntur, ideo post titulum præcedentem, ubi de officiis renunciabilibus actum est, sequitur titulus noster providens de enuntiationis remedio.

#### SUMMARIUM.

- |  |  |   |
|--|--|---|
| 1 Lex nostra an corrigat leges 1. & 2. tit. 3. istius lib. | 2 Potentibus hodie providentur etiam officia | 3 Rex in conscientia tenetur officia hæc idoneis providere. |
|--|--|---|

#### RUBRICA.

**E**T pro declaratione Rubricæ solum scire oportet, quid sit renunciatio, \* sive resignatio & dicendum est, quod est propria rei vel juris spontanea resolutio cap. super hoc, de renunt. quod ad hoc allegat Rebus. in l. inter divortium. 191. in ordine. ff. de verborum signifi. pag. 849. & tex. in cap. quàm periculoſum 7. quæst. 1. quem ad hoc considerat Angelus de Clavasio, in summa, in verbo, renunciatio, vel ut brevius diffinivit idem Rebus. in praxi benefi. tit. de Resign. in princip. pag. 314. scilicet, quod renunciatio sive resignatio est juris sui libera dimissio, seu cessio, & dixit juris sui ad differentiam alieni, quia juri, quod tertius habet \* in beneficio, renunciando nihil ago. cap. dilecto. in fin. de præbend. Et etiam dixit juris, quia si nullum jus habeam, non possum renunciare, vel resignare. l. si universæ de legatis, Cod. l. traditio.

### De la Renunciacion &c. Rubrica. 201

traditio. ff. de acquiren. rerum domi. l. observare, in fi. ff. de offic. proconsul. dixit, libera dimissio ad differentiam coactæ dimissionis, quæ nullius est momenti, ex dicto cap. super hoc, de renunt. & renunciare idem est quod repudiare \* sive resignare, vel cedere. l. naturaliter. §. nihil commune, in fin. ff. de acquiren. posses. l. sed & si quis. §. quæsitum ibi, sponte renunciatum est. ff. si quis caution. notat Rebus. in l. inter stuprum. §. divortium. ff. de verb. signi. pag. 594. in prin. Et hujus renuntiationis sive resignationis etiam quoad rectorias & officia \* duplex est forma: Prima est tacita, altera vero expressa, sicut in beneficiis distinguit etiam Rebus. in d. tit. de Resign. tit. de tacita renunt. Et tacita est, cum per secundi officii ademptionem primum vacat, ut in casu l. 3. titul. præcedentis: Expressa vero est, quæ à resignante verbis ad hoc accommodis fit, & hæc etiam est duplex, sicut in beneficiis Ecclesiasticis, distinguit Rebuffus ubi supra in d. praxi benef. tit. de resign. expressa: una enim est pura & simplex, quæ ex mera liberalitate procedit: Altera vero conditionalis, scilicet, quæ fit sub conditione, vel ob causam, ut quia officium Rectoriæ tibi renuntio ob tale prædium, vel ob causam aliam permutationis vel venditionis, vel ut tibi detur in solutionem legitima à me tibi obvenientis, vel ad implementum legati alicujus, vel ratione sanguinis, amicitie, vel affectionis, & dicitur hæc in favorem, & quotidie in usu habetur, renuntiat enim obtinens rectoriam, vel officium aliud publicum renunciabile in manibus Regis in favorem talis, & non alias neque alio modo, aliter si non admittatur per Regem renunciatio, renuntians protestatur in renuntiatione sibi eam retinere, nec perdit renuntians officium illud \* donec is, apud quem resignatur, admittat resignationem, ex tex. in c. fin. de renunt. resignatio enim debet fieri in manibus ejus, qui conferre potest officium resignatum, ut in l. 5. infra isto tit. dicemus. & sic facta apud eum resignatione supra dicto modo, si non conferat officium neque velit conferre, remanet apud resignantem, eo quod non fuit impleta conditio, in favorem talis, & non alias neque alio modo; notandum tamen est in transcurso pro rubrica complemento, quod etiam si quis non renuntiet in manibus Regis, sed coram tabellione aliquo, valebit renunciatio \* quoad renuntiantem & resignantem, ut non repetat officium, si per viam contractus & ob causam permutationis, venditionis aut alterius onerosa facta sit, ex tex. in cap. quod in dubiis, & cap. 3. de renuntiat. notat Rebus. Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. D d bus.

**E**T Hæc duæ leges ampliativæ legis præcedentis & ideo post eam apponuntur, & licet convenientes appareant, melius convenire dici posset, si non venderentur hæc officia de quibus in eis disponitur, & remaneret annalia, sicut antea erant rectoriæ hæc, & sic enim & populi dictores essent ad subveniendas Regis, ac Regni necessitates, & propulsandos hostes, & iidem domini populorum non fierent divites (prout fiunt) emptionibus horum officiorum, ac tantum detrimentum commune, ac publicum, & vicinorum pauperum onus & gravamen. Et ideo circa hæc Rex, & ejus consilarii multum advertere deberent, ut finis iis vendi-

tionibus imponatur: miserum enim est videre concilia civitatum, villarum, ac populorum, ubi similia officia venditionibus sunt acquisita, ibi enim jam non tractatur de bono publico, ac de conservatione honorum populi, sed de vindicta inimicorum, ac de proprio unicujusque commodo. & qui plura vota habet, is vincit, sive bonum, sive malum sit, quod desiderat fieri. Quas ob res in iis & circa hæc officiorum horum venditio maxime est evitanda, neque venditum conscientias securas esse judico, cum hæc sciant & permittant, & majoribus pretiis quam decet vendi hæc officia video, & in quolibet personas transmitti.

## TITULUS QUARTUS.

### De la renunciacion de los officios publicos.

**E**T quia ea, quæ electione aut mercede acquiruntur, plerumque, si non renuntientur, perduntur, ideo post titulum præcedentem, ubi de officiis renunciabilibus actum est, sequitur titulus noster providens de enuntiationis remedio.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Lex nostra an corrigat leges 1. & 2. tit. 3. decurionatus.  
 2 Potentibus hodie providentur etiam officia 3 Rex in conscientia tenetur officia hæc idoneis providere.

#### R U B R I C A.

**E**T pro declaratione Rubricæ solum scire oportet, quid sit renunciatio, \* sive resignatio & dicendum est, quod est propria rei vel juris spontanea refutatio cap. super hoc, de renunt. quod ad hoc allegat Rebus. in l. inter divortium. 191. in ordine. ff. de verborum signifi. pag. 849. & tex. in cap. quam periculum 7. quæst. 1. quem ad hoc considerat Angelus de Clavasio, in summa, in verbo, renunciatio, vel ut brevius diffinivit idem Rebus. in praxi benefi. tit. de Resign. in princip. pag. 314. scilicet, quod renunciatio sive resignatio est juris sui libera dimissio, seu cessio, & dixit juris sui ad differentiam alieni, quia juri, quod tertius habet \* in beneficio, renunciando nihil ago. cap. dilecto. in fin. de præbend. Et etiam dixit juris, quia si nullum jus habeam, non possum renunciare, vel resignare. l. si universæ de legatis, Cod. l. traditio.

### De la Renunciacion &c. Rubrica. 201

traditio. ff. de acquiren. rerum domi. l. observare, in fi. ff. de offic. proconsul. dixit, libera dimissio ad differentiam coactæ dimissionis, quæ nullius est momenti, ex dicto cap. super hoc, de renunt. & renunciare idem est quod repudiare \* sive resignare, vel cedere. l. naturaliter. §. nihil commune, in fin. ff. de acquiren. posses. l. sed & si quis. §. quæsitum ibi, sponte renunciatum est. ff. si quis caution. notat Rebus. in l. inter stuprum. §. divortium. ff. de verb. signi. pag. 594. in prin. Et hujus renuntiationis sive resignationis etiam quoad rectorias & officia \* duplex est forma: Prima est tacita, altera vero expressa, sicut in beneficiis distinguit etiam Rebus. in d. tit. de Resign. tit. de tacita renunt. Et tacita est, cum per secundi officii ademptionem primum vacat, ut in casu l. 3. titul. præcedentis: Expressa vero est, quæ à resignante verbis ad hoc accommodis fit, & hæc etiam est duplex, sicut in beneficiis Ecclesiasticis, distinguit Rebuffus ubi supra in d. praxi benef. tit. de resign. expressa: una enim est pura & simplex, quæ ex mera liberalitate procedit: Altera vero conditionalis, scilicet, quæ fit sub conditione, vel ob causam, ut quia officium Rectoriæ tibi renuntio ob tale prædium, vel ob causam aliam permutationis vel venditionis, vel ut tibi detur in solutionem legitima à me tibi obvenientis, vel ad implementum legati alicujus, vel ratione sanguinis, amicitie, vel affectionis, & dicitur hæc in favorem, & quotidie in usu habetur, renuntiat enim obtinens rectoriam, vel officium aliud publicum renunciabile in manibus Regis in favorem talis, & non alias neque alio modo, aliter si non admittatur per Regem renunciatio, renuntians protestatur in renuntiatione sibi eam retinere, nec perdit renuntians officium illud \* donec is, apud quem resignatur, admittat resignationem, ex tex. in c. fin. de renunt. resignatio enim debet fieri in manibus ejus, qui conferre potest officium resignatum, ut in l. 5. infra isto tit. dicemus. & sic facta apud eum resignatione supra dicto modo, si non conferat officium neque velit conferre, remanet apud resignantem, eo quod non fuit impleta conditio, in favorem talis, & non alias neque alio modo; notandum tamen est in transcurso pro rubrica complemento, quod etiam si quis non renuntiet in manibus Regis, sed coram tabellione aliquo, valebit renunciatio \* quoad renuntiantem & resignantem, ut non repetat officium, si per viam contractus & ob causam permutationis, venditionis aut alterius onerosa facta sit, ex tex. in cap. quod in dubiis, & cap. 3. de renuntiat. notat Rebus. Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. D d bus.

bus. in d. tit. de resign. expressa, num. 13. pag. 316. in resignatione tamen liberali & mere gratuita, hoc non habet locum in iis officiis publicis, quia revocari potest renunciatio a renunciante, interim quod coram Rege non presentatur, ut quotidie videmus fieri.

## IN LEGEM PRIMAM.

Qui sunt providendi in officiis publicis vacantibus per mortem, vel resignationem, declarata lex nostra.

## SUMMARIUM.

1. Lex nostra an corrigat leges 1. & 2. tit. 3. istius lib.
2. Potentibus hodie providentur etiam officia decurionatus.
3. Rex in conscientia tenetur officia hac idoneis providere.

**I**bi, mandamus que lex que vacaren per renunciacionem. Hic constituitur primus casus, & prima dispositio nostre legis, scilicet in officiis publicis vacantibus per resignationem, & in iis inquit, quod habita informatione qualitatibus & sufficientibus idoneitatibus personarum, in cuius favore sit renunciatio provideretur: ex quo videtur, quod text. hic in iis verbis, & presertim attenda secunda dispositione nostre legis, scilicet, quando vacat per mortem, ut una ab alia differens sit, corrigat leges 1. & 2. tituli precedentis, & in iis inquit, quod ob illa lege disposita, quod officia hanc alios quam naturalibus & vicinis populique illius habitatoribus non dantur: in secunda vero lege dicitur, quod exteris a regno non provideantur; lex tamen nostra in hac sua prima dispositione hanc non requirit, sed tantum quod qualitas & sufficientis consideretur, ergo correctio inducitur, quae tamen ut evitetur (pro ut omnino vitanda) eo quod est miserissimi ingenii eam inducere & non evitare, dicendum est legem nostram per illas intelligi & declarari, scilicet, ut sub verbis, *qualitas & habitudo*, in nostra insertis lege qualitates ab illis aliis legibus necessitate, & inducte inspiciantur, ut concurrant in illo, in cuius favore sit renunciatio, quam in illa, quae per mortem, in qua quidem rex provideret, cui vult officium vacans, inspicendo tamen qualitates provisi, ne sit exterus, & itidem ut sit illius loco vicinus si ibidem idoneus reperiri potest, sui minus alienigena dum tamen regnicola sit persona talis, per Regem praeficitur & nominatur tali officio, & sic lex nostra non est contraria primae & secundae

tituli precedentis, non est enim novum leges precedentes per sequentes intelligi & declarari, & contra, ut in l. non est novum. ff. de legibus, potentibus tamen non providebantur antea hac officia, secundum Avend. cap. 19. prat. num. 18. versicula notabilis igitur. lib. 1. hodie tamen in multis & partibus (pro ut Toledo & Hispania) potentibus providebantur.

**I**bi, En los que vacaren por muerte, hic est secundus casus & secunda nostre legis dispositio, cum per mortem vacent officia haec, nam & tunc Rex qualitates & idoneitates providendi respicit, & iure optimo, nec potest salva conscientia Rex aliter officia haec providere, quam idoneis ibidem existentibus & ut inquit Did. Per. l. 23. tit. 2. lib. 7. Ordin. pag. 414.

**I**bi, Y las preferimos, ex iis verbis colligitur clare vera esse dicta per nos in glossis precedentibus, ut concordemus legem hanc cum l. 1. & 2. tituli precedentis, & not. in proposito Avend. c. 19. prat. num. 17. lib. 1. de naturalibus preferendis.

## IN LEGEM SECUNDAM.

Renunciaciones officiorum nullo modo admittenda sunt nisi de patre in filium, cum Regis assensu & voluntate, non excedendo numerum antiquum, & filio tali idoneo existente.

**I**bi, salvo de padre a hijo, Antiquata sunt haec verba hodie & usu contrario abrogata, in quocumque enim sit jam renunciatio horum officiorum, & admittitur, verum tamen est quod hanc legi in concessione derogatur, & eius dispositioni, & sic nihil obest, nam & ille, qui legem condidit, potest eam, cum voluerit, abrogare, & suspendere ac declarare, ut provisum non obstat.

## IN LEGEM TERTIAM.

Civitates, villa, ac populi ex consuetudine aut privilegio officia hac publica providentes, non possunt per renunciacionis modum illa providere, nisi observaverint tunc contenta in lege nostra.

**I**bi, establecemos, Declaratoria est legis 4. tit. 2. supra isto lib. ubi diximus & declaravimus, & ad ibi dicta te remitico.

## IN LEGEM QUARTAM.

Renunciacion officiorum publicorum renunciabile, vivere debet post renunciacionem viginti diebus; aliter enim per mortem vacabit, & Rex illud providebit absque renunciacionis obstaculo.

## SUMMARIUM.

1. Renunciatio ac resignatio an per procuratorem fieri possit. dum tamen habeat speciale mandatum ad hoc.
2. Renunciatio debet vivere per viginti dies post renunciacionem.
3. Viginti dies a quo tempore currant.
4. Viginti dies renunciacionis an debeant esse completi, vel sufficiat tangere vigesimum diem.
5. Notoria dictationum post, postea, posteaquam.
6. Terminus currunt de momento ad momentum.
7. Actus ut valeat & non pereat in dubio debet intelligi.
8. Dies terminus computatur in termino.
9. Dies computatur more Romanorum 24. horarum.
10. Renunciacionem in aliquem idoneum factam an possit Rex non admittere.
11. Quare lex nostra assignaverit potius viginti quam 30. dies.

**I**bi, entonces le renuncia, Sed an per procuratorem poterit & haec renunciatio fieri, & dicendum est, quod per procuratorem ad id specialiter constitutum fieri poterit, tum quia id possunt per alium, quod per me l. certis. §. 1. ff. de precario. cap. cum alium de offici. deleg. cap. mulieres. §. illi vero de sentent. excommuni. tum etiam ex clemen. unice. de renuntiacione. ubi Card. inquit in 1. oppo. requirit specialiter mandatum, quia procurator, seu administrator sine specialiter mandato non potest domare. l. contra iuris. §. fin. ff. de pact. l. hereditas. §. Lucius. ff. mandati. & ita expresse hanc opinionem tenet Didac. Perez l. 22. tit. 2. lib. 7. Ordin. pag. 412. vers. utrum autem.

**I**bi, Veinte dias, Idem in beneficiorum Ecclesiasticorum renunciacione & dispositum est, ex regula 18. chancellerie Apostoli. Innocen. 8. & Pauli tertii reg. 19. de infirmis benef. rescriptis. quam refert Com. in ead. reg. & Mandol. ibidem, ubi ipsi & alii scribentes super ea plura dicunt, quae hic possent transcribi, per ipsos tamen videti poterunt, & ob fraudes & ne Regio praedudicetur patrimonio statutum est, ut ex tex. nostro clare colligitur, & in materia beneficiis sic ob fraudem evitandam asserbat Gom. ibidem quast. 27. & Didac. Per. eam allegans in d. l. 22. glos. 1. tit. 2. lib. 7. Ordin. pag. 406. in fine, ubi in pag. 407. vers. queritur utrum, inquit legem nostram esse favorabilem, & non odiosam, & ad hoc ibi alios allegat, ego tamen odiosam iudicavi in mea Curia Pisana lib. 4. cap. 2. Sed a quo tempore curaverit in Recapitulacionem. Tom. IV.

tant & ii viginti dies, ipse Did. Per. in ead. 3. pag. 407. in prin. vers. queritur primo, inquit, quod a tempore, quo admittitur renunciatio per Regem, ita quod post factam & admittam renunciacionem per Regem currant ii viginti dies, ut & ipse Did. Per. repetit in eadem pag. 407. vers. sed est dubium. & iterum in glos. ff. illiusmet legis 22. pag. 413. de quo minor virum valde peritum & expertum hanc asserere opinionem, cum & usu communi & praxi notoria receptum sit, a die renunciacionis etiam nondum admittit per Regem in iis officiis publicis currere hos viginti dies & numerari, & itidem ex eadem lege 22. quae est nostra in presenti, non requiritur admissio, ut ii viginti dies currant, sed sufficit renunciatio, & sic ab acta renunciacionis currunt, ut patet ibi, Si no vivere veinte dias despues que fuerit otorgada, quae verba sunt ita clara, ut nullam patiuntur Responcionem: nisi velimus dicere ipsum Didac. Per. ibidem, in verbis sequentibus dum dicit per Regem, vel alium, qui habuit potestatem recipiendi eam, intellexisse de tabellione coram quo renunciatur in illis verbis, vel alium qui habuit, &c. & verba illa, per regem intelligantur, quoties in manibus regis ipsius fit renunciatio, quod si hoc voluit dicere Didacus Perez, prout credendum est voluisse, bene locutus est, aliter enim male loqueretur, cum renunciaciones quotidie fiant coram tabellionibus publicis, & a die renunciacionis coram eis factae dies ii viginti numerantur. Sed dubitatur an ii viginti dies debeant esse completi, vel sufficiat tangere & vigesimum diem? & dicendum est debere esse completos, neque tangere vigesimum diem fat sit, ut tenet Did. Per. ubi sup. pag. 409. in prin. & dixi in dicta Curia Pisana. d. lib. 4. cap. 2. num. 2. & 3. Imo & quod plus est dies totus in quo renunciatio fit, non computatur in termino, si constat de hora renunciacionis, sed ab ipsa potius hora numerantur ii viginti dies, ita ut de momento ad momentum sint numerandi, & currant, ut expresse tenet Gometius Leon, in sua Centuria informationum juris. c. 22. num. 5. & sequent. quem sequutus sum in mea Curia Pisana, dicit l. 4. cap. 2. num. 2. cum sequent. aliquibus ponderando ad hoc verba nostri text. ibi, No vala se no vivere veinte dias despues que otorgare la tal renunciacion, ponderando dictationem illam, Despues, Latine post vel postquam, postquam, quorum & quidem dictationum natura est, quod ubicumque adjiciantur alicui actui successivo, qui ad sui perfectionem non habet terminum praefinitum, significant actum caprum sed non finitum, & sic si dicitur statutum, quod si quis fuerit inventus post sonum campanae quod pena duplicetur, quod tunc sufficit quod sit incepta sonatio campanae propter vim illius dictationis, post, adiecte actui successivo secundum Socin. l. 2. §. creditus. num. 6. ff. si cert. per. sed si actus ille successivus, cui adjicitur aliqua dictationum, habet terminum praefinitum, ut in

nostro casu, tunc inspicitur finis actus, illius, & requiritur ejus implementum, secundum Bart. & omnes, in *dist. 9. creditum*. & cum in text. nostro requiratur actus renuntiationis consummatus & perfectus, statim quod facta est renuntiatione, adest perfectio, & ex tunc currunt ii viginti dies: tum etiam quia de jure est, quod termini currant de momento ad momentum, nisi aliud sit expressum, ut communem testatur Corneus, *consil. 279. volum. 4. Tiraq. de retract. Linagel. §. 1. gloss. 4. num. 9. & Villalobos, in arario opus. comm. litera T. num. 19. ac proinde ab illa hora, qua renuntiatione facta est, viginti ii dies incipiunt, & implentur de momento, ad momentum, & hoc si constat de hora facte renuntiationis, sed si de ea constare non possit, tunc ubique totus ille dies in quo facta est renuntiatione, computatur, neque dies ille excludendus est ab his viginti, sed numerandus in eis, cum lex nostra non loquatur per præpositiones illas, a, vel ab, quæ exclusivæ sunt, prout loquitur Gonet, in *quæst. 37. Regula cancel. de infir. resig. & quia tempus debemus capere intellectum, per quem actus valet, & non pereat, ex l. quoties. ff. de rebus dub. & hæc præsumptio per quam actus sustinetur aliis prævalent præsumptionibus, & cum in meliorem partem trahitur, prout est, ne perdat officium, ob quod renuntians tractat de damno vitando, Rex verò de lucro captando, & ita tenui in *dicta Christina Pisona, dist. cap. 4. num. 6. & 7. etiam Didac. Per. in d. l. 22. pag. 407. cum sequent.* aliud velis fundare, & male meo videri, contra quem, & ultra ibidem, *dist. num. 6. & 7. per me dicta*, considero etiam quod lex nostra & pragmatica, quam in illo cap. 4. refero, non dicunt, *Despues del dia de la renunciacion*, sed dicunt, *Despues de otorgada la renunciacion*, & sic actus & non dies consideratur, quæ multum differunt, nam in primis verbis clarum est, quod dies ille remanet exclusus, in secundis verò verbis, non excluditur dies renuntiationis, sed tantum actus ille renuntiationis facte, & tempus in quo renuntiatione fit, ea tamen facta, statim incipiunt ab eo momento currere viginti dies, ut inquit Tiraquel, *de retract. Linagel. gloss. 11. num. 24.* sicut & incipient currere alio die post renuntiationem, si lex nostra loqueretur per verba, *Despues del dia de la renunciacion*, quæ tamen non loquitur. Item quia si fateretur ipse Did. Perez ibidem, quod si constat de hora renuntiationis, currunt dies ii viginti de momento ad momentum, ergo & cum de hora non constat, current ad principio illius diei facte renuntiationis ii viginti dies, & sic computabitur terminus in termino, item quia dictiones illæ postea vel post, aut postquam, postquam inter ea, quæ nature talis sunt quod in eodem tempore concurrant, non inducunt temporis intervallum, secundum Roman. relatum per Tiraquel, in *l. si unquam. verbo, & postea. num. 3. C. de revocand. dona. qui licet illum non sequatur ibidem num.***

7. tandem concludit ex subiectæ rei argumento judicandum, denotare dictas dictiones intervallum temporis an non: nostra tamen materia dilationem non requirit, imò potius vult statim facta renuntiatione coram tabellone & testibus currere hos viginti dies, igitur habemus intentum, maxime in odium penæ hic appositæ si non vixerit renuntians dictis viginti diebus, nam perditur officium, in cujus penæ odium est dictio postea intelligitur in continenti, secundum Corlet. singul. incipi. postea: dictionesque post & similes tempus præteritum excludunt, non verò sequens, ex l. *Amilius. ff. de minori. notant Doctores in cap. cum tu, de testib. Parisi. consil. 31. num. 83. volum. 1. & cum constat de die renuntiationis, non excludit illum sed præcedentem diem. Item quia de jure civili dies termini computatur in termino, ut magis communem testatur Corneus, *consil. 279. num. 4. lib. 4. relatus per Villalobos, in Avinionia juris civilis & Regii, verbo, Dies. & lex septuagesima Tauri, quam ibi allegat, non probat contrarium, quia loquitur in casu speciali, ut optime advertit Olanus, in Concordia Antonianorum, verbo, Dies termini. num. 36. cum sequentibus, & dato quod in hoc adit hinc inde opinionem, in propositum tamen nostrum hæc est tenenda ex dictis, scilicet, quod dies renuntiationis computatur in termino dictorum viginti dierum, totus ipse dies, si de hora facte renuntiationis non constat, sed si de ea constaret, tunc utique ab ipsa renuntiationis hora current. Et quia licet dictio, post, adjecta alicui diei vel actui excludat diem, vel actum illum, ut inquit Rebus, in l. 11. *Labes. §. item si Dominus, versiculo, & hæc. pag. 139. ff. de verborum signific. & Tiraquell. de retract. Linagel. §. 1. gloss. undecima numero. 50. pag. 193.* tamen nihil hoc obstat, nam quantumvis excludatur per hanc dictionem tempus renuntiationis, ea tamen facta statim currunt viginti dies, ut in simili inquit Tiraquel, *dist. gloss. 11. num. 28.* & cum de momento & hora renuntiationis non constat, nimirum si totus ille dies computatur in termino, cum id sit regulare ob evitandum odium, vel favorem adipiscendum, secundum Tiraquel, in *dist. gloss. 11. num. 45.* & quia secundum eum *ibi num. 32.* contra legislatorem, qui legem dicere potuit aperitum est interpretatio faciendæ, & ex aliis ibi dictis per Tiraq. in *numeri sequentibus maxime in num. 34.* hæc fortificare poteris. Et computatur ille dies more Romanorum, viginti quatuor horarum à media nocte usque ad aliam mediam noctem, quia ubi jus civile facit mentionem de die, de tali intelligitur, secundum Rebus, in l. 2. §. fin. ff. de verb. signific. pag. 30. in medio, ubi pag. 29. ad fin. ita expresse tenet, & inquit sic fuisse pronuntiatum, & idem Rebus, in *præxi benef. tit. de infir. resig. gloss. 9. & Tiraquell. dist. gloss. 11. num. 7. pag. 186.* & in beneficiis conferendis testatur idem servari Joseph**

Joseph Ludovic *decis. 116. num. 7. part. 2.* Et an Rex possit renuntiare in aliquem idoneum factam non admittit, latè Marien-20, in *Dialog. Relato. 4. part. cap. 12. per totum*, nunquam tamen vidi eam non admittit, sed potius contrarium. In supradictis tamen semper consulo, ut tempus computetur de momento ad momentum, si de hoc constare possit, ut veritas consideretur, & vera relatio fiat, ne aliter graves conscientiam tuam. Et quare lex assignaverit potius viginti quam triginta dies, dubitavit Gomet, in *dist. Regul. Cancel. de infir. resiguan. questione 25.*

## IN LEGEM QUINTAM.

Renuntiatione officii publici resignabilis intra triginta dies à die renuntiationis numerandos, præsentanda est coram Rege.

## SUMMARIUM.

1 Resignari non potest officium nisi coram concedente.

2 Ibi, ante nos, non enim potest officium resignari, nisi coram concedente, & ex dictis per Rebus, in *præxi benef. tit. de resig. express. num. 24. pag. 476. in fin. in antiquis, & in novis, est in num. 11. pag. 315. per text. in cap. admonet. ibi, te inconsulto dimittere, & in cap. fin. de renunciatio. & Rom. singul. 352. an tabellone, quod intelligit, ne videamur nos contrariare dictis in l. precedente, ut sufficiat presentare resignationem coram tabellone publico factam per renuntiantem, & ab ipso tabellone signatam per ipsum renuntiantem, vel procuratorem suum ad hoc specialiter constitutum coram rege intra triginta dies ab hac lege constitutos, non verò ut intelligas, quod coram alio, quam eorum ipso Rege renuntiare non possit, nam eisdem coram publico & approbato tabellone renuntiat, quotidie, sed ut admittatur resignatio debet fieri presentatio cum renuntiatione signata coram ipso Rege intra terminum nostræ legis.*

## IN LEGEM SEXTAM.

Postquam admissa est per Regem renuntiatione, & expeditis ritibus novis in favorem illius, cui datur & conceditur, tenetur iste novus successor se cum titulo presentare in concilio civitatis, villa aut populi ubi tale officium est constitutum, & capere possessionem ipsius officii intra 60. dies à die concessionis numerandos sub vestri tex. ponit.

## SUMMARIUM.

- 1 Publicatio provisionis facta de Decemvratu requiritur quod fiat intra 60. dies post gratiam factam.
- 2 Possessionem decemvratu an sufficiat per procuratorem capi.
- 3 Possessio mobilium, & immobilium, & ju-

rium & aliorum potest per procuratorem capi & etiam per alium filium procuratoris ut ibi.

Ibi, lo presente en el concejo, Ex iis verbis habes notare, quod sicut in beneficiis ecclesiasticis & requiritur publicatio ex Reg. i. Cancellæ. Apost. de publi. resig. ita etiam in officiis secularibus publicatio requiritur intra sexaginta dies à lege nostra constitutos post diem gratiæ à Rege factæ numerandos, ut bene advertit Did. Perez, in *dist. l. 22. tit. 2. lib. 7. Ordi. pag. 472. col. 2. in fi. cum sequentibus.* & sic plures ex questionibus per Doctores, in *dist. Regula Cancellæ.* motas poteris hic adaptare.

Ibi, Tome possession del, sed an sufficiat per procuratorem capere hæc possessionem, & videtur quod non, quia tenetur jurare statuta civitatis, ville, aut populi ubi officium illud consistit, & capitula alia, quæ ab omnibus jurari solent, quod juramentum personalem presentiam requirere videtur, & per legem 3. tituli sequentis disponitur, quod non detur hæc possessio, nisi prius jurentur ibidem contents, & per consequens alii committi non possunt, quia industria personæ videtur requiritur. Nihilominus tamen contrarium verius mihi videtur, imò quod per Procuratorem ad hoc specialiter constitutum id fieri possit, nam id regulare est, quod per talem procuratorem possit hæc possessio capi, tam mobilium, quam immobilium, & etiam jurata & actionum ex l. 1. §. per procuratorem. ff. de acquir. possess. text. in cap. accedens, de præben. & utriusque scribentes, optima lex 3. tit. part. 3. adeo ut etiam per actum filium factum per procuratorem acquiratur domino vera possessio, secundum Dyn. *consil. 15. questio talis est.* Bart. & Jas. *num. 396. cum sequentibus in l. si i qui pro emptore. ff. de usufruct. potest enim quis per alium, quod potest facere per se ipsum ut in Reg. potest quis, de reg. jur. in 6. neque obstat quod debet jurare, nam & Prelatus tenetur jurare statuta suæ ecclesiæ, & nihilominus per procuratorem capit possessorem sui Episcopatus, ut quotidie videmus, sique & sponsalia per procuratorem fieri possunt, soletque procurator in animam domini sui præstare iuramentum e. novis. de officio dele. & in aliis casibus relatis per Doctores, maxime Pet. Pexium, in *dist. cap. potest quis.* Industriadque persone non videmus in hoc casu de jure requisitam, & sic jure optimo potest per procuratorem capi possessio hæc, quoniam & procurator nomine Domini juramenta præstare poterit, & itidem ipse Dominus cum primam venerit ad constitutum, poterit implere obligationem hanc jurandi statuta sicut & prelatus facit, cum primum (capta jam possessione Episcopatus) ingreditur ecclesiam suam Cathedrali. & licet hæc scrupulo non careat aliqui dixerint, hæc mihi posterior placet opinio. Habes tamen notare, quod hodie habemus quandam*

novam pragmaticam, quam retuli in mea Curia Pisana, de decario lib. 4. capitulo 2. circa has renuntiationes & possessiones officiorum capitendas disponens ad evitandas fraudes solitas fieri ne officia perderentur, quam post hæc in ultima impressione nostræ Recopilationis faciendæ inseram reperies, & hæc pro hoc titulo.

## IN LEGEM SEPTIMAM.

Novus ordo servandus in renuntiationibus officiorum renuntiationibus in presenti apponitur.

**D**E hac lege meminimus in curia Pisana, lib. 4. c. 2. & in l. 4. istius nostri tituli 4. ideo hic non insisto amplius.

## TITULUS QUINTUS.

## De los Proprios, y rentas de los concejos.

**E**T cum superioribus titulis dictum sit de conciliis populorum & officii publicis eorum, nunc consequenter de bonis propriis agendum est in hoc titulo.

## IN LEGEM PRIMAM.

Propria civitatum & populorum & officia eorum ab aliquibus occupata restituenda sunt, non obstantibus Regiis licentiis & provisionibus contrariis.

## SUMMARIUM.

1. *Respublica duplicis generis communia bona habet.*

**I**bi, ea sua propria, & hæc sunt propria ipsorum locorum, non vero publica; omnis enim Resp. duplicis generis bona communia habet: quædam enim sunt, quæ velut in peculio, vel in pecunia ipsius populi consistunt ut l. sed Celsus, in princ. ff. de contrah. empti. l. 1. §. tit. 5. part. 5. veluti ferri, molendina, redditus & similia, quæ sunt velut quilibet privatorum bona, & hæc strictissime publica appellantur, ut in l. inter publica, & ibi gl. ff. de verbo. signifi. & quia verè publica non sunt, datur eorum propria & vera venditio, quod non est in aliis, quæ sunt in publico usu, & de his bonis, quæ sunt velut patrimonium populorum, loquitur Iuriscultus in tit. ff. de adm. rerum ad civ. pert. & text. in l. 10. tit. 18. part. 3. & lex nostra & sequentes; debentque hæc bona communia, quæ sunt in redditibus populorum in communem omnium vicinorum utilitatem erogari, ut probatur in l. 20. tit. 5. part. 3. ibi Deven ser meridas en pro comun de toda la ciudad, o villa, o rras fueren, veluti in pluribus exemplis positus per Avend. cap. 10. part. 3. cum sequent. lib. 2. Quædam verò bona sunt in usu publico & communi, ut platea, theatrum, via & similia, quæ nunquam occupantur conceduntur, vel que celo terraque inventiuntur, & o-

## IN LEGEM SECUNDAM.

Beneficia Principum concedentium propria civitatum vel populorum nihil valent.

## SUMMARIUM.

1. *Rex in dubio non videtur velle alieni prejudicare, nisi ut. n. 3.*  
2. *Tollere nisi & dare alteri non licet nisi ex causa publica.*

Ibi,

**I**bi, de guardar sus derechos, y rentas, y propios, & las nuestras ciudades, villas, y logares, Rex enim in dubio non videtur velle alicuius iuri prejudicare; ex l. 1. §. si quis a Principe. ff. ne quid in loco pub. in cuius propositum plura dixi in l. 4. tit. 3. num. 39. lib. 1. supra, & in l. 1. tit. 1. lib. 4. supra, & in aliis pluribus locis, & sic in nostra lego dicitur, quod non est voluntatis Regis iuribus & propriis civitatum & villarum & vicorum prejudicare; nam postquam Rex unicuique civitati, villæ, aut populo terminum assignavit, & terras ac redditus conceffit ut propria illius essent, non est censendum velle donationem hanc revocare, cum privilegium ejus debeat esse mansurum, ut & notat Arret. conf. 15. col. 2. & eo relatio Avend. c. 12. part. 3. num. 20. in princ. lib. 2. & diximus latè in lib. 1. tit. 15. lib. 4. supra, num. 56. cum sequentibus. neque licet uni tollere & alteri dare nisi ex causa publica, ex l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vend. & in l. Lucius. ff. de positi. & l. 2. tit. 1. part. 2. & Avend. dict. num. 20. & diximus in dict. l. 1. tit. 1. lib. 4. supra, nisi rex ex certa scientia terras & has concederet derogando legibus & privilegiis, nam si id faceret, obtemperandum esset, secundum Bald. in cap. cum adeo, de rescript. ratio tamen id facit, & tunc cum causa, & populo citato, & non contradicente, ut inquit tunc fieri posse Avend. dict. num. 20. vers. & in tali casu, & habemus etiam l. 11. tit. 7. infra isto lib. ubi idem quod in nostra prohibetur, & ad administratores civitatum & populorum extenditur, ubi & alia dicemus annuente Deo.

## IN LEGEM TERTIAM.

Persona in lege nostra contenta conducere non possunt propria, vel redditus conciliorum, neque census ac bona Regia, neque esse fidei iutores, vel assecuratores condictionum sub nostra legis pæna.

## SUMMARIUM.

1. *Tabelliones & alii hic prohibiti non possunt conducere redditus Regios.*
2. *Procurator communis, vulgo Procurador del comun, civitatis vel villa, & procurator terra an possunt conducere Regios redditus.*
3. *An decimas Ecclesiarum & Ecclesiasticorum censuum prohibiti conducere decimiones & alii hic contenti.*
4. *Bona populorum & vicorum civitati vel villa subiectarum an poterunt decimiones vel tabelliones vel advocati talis civitatis vel villa conducere.*
5. *Pæcarii populorum habentur ut propria eorum.*

**I**bi, que ni justicia, Et sic neque iudex fraternitatis, vulgo, Alcalde de Hermandad, hæc poterit facere, nam & hic iustitia dicitur, & ad eam administrandam in populo illo electus est & nominatus, & eadem

ratio militat in eo, quæ in aliis iudicibus ordinariis, præsertim cum in precedentibus, verbis, Ningun Alcalde, generaliter loquitur, & de aliis omnibus dixerit, ita ut in iis verbis, Ni justicia, iudex fraternitatis etiam comprehendatur, & ampliativè, non verò restrictivè verba hæc intelligamus, maxime in hac materia favorem publicum concernente.

**I**bi, Ni del numero, Ampliantur per nostram legem lex 4. §. & 9. tit. 10. lib. 9. infra, prohibentes tabellionibus iis, Del numero, ceditus hos Regios conducere, & ut jam lege nostra addantur tabelliones ii personis ibidem prohibitis conducere Regios hos redditus, & sic lex nostra est ampliativa dictarum legum, prout ex subscriptione marginali nostri text. colligitur, ubi inseritur capitulum 25. anni 1525. à Carolo V. Tolethi constitutum, quod in tabellionibus concilii loquebatur, & per cap. 77. Anni 1528. per eundem Carolum ad tabelliones numerum extenditur, de quibus & in l. 15. tit. 7. lib. 4. supra ubi & alia dixi, & sic considerat Aviles. c. 32. part. 3. gl. Officiales.

**I**bi, Ni otras oficiales que han dever hazienda de concejo, idem in advocatis populii illius disponitur, per l. 4. tit. 10. lib. 9. infra, de quibus personis legem nostram considerando tradit Avend. cap. 12. part. 3. num. 15. vers. Octavum est, lib. 2. ex quo infero male dixisse eundem Avend. cap. 19. pratorum, num. 24. vers. & hac ratione, lib. 1. dicentem, quod deputati & alii, qui tantum consulant, & assistunt concilio civitatis, non censentur per legem nostram prohibiti conducere redditus populorum & Regios, nam id ex lege nostra in iis verbis, & ex repetitis in fine nostre legis dura dicitur, Por los otras oficiales que no son de los susdichos que no han dever hazienda de los concejos, videtur comprehensum, ergo deputati & assistentes conciliis, qui debent videre distribui bona civitatis nullo modo possunt conducere bona hæc, contra Avend. ubi supra, quod intelligo de deputatis ad videndum bona conciliorum distribui, & de consultoribus eorum à civitate nominatis & designatis, quorum consilio hæc fieri debent. Ex quibus infero, quod procurator communis, vulgo, Procurador del comun de la tal ciudad, & o villa, & procurator terre & districtus, vulgo, Procurador de la tierra, qui in conciliis assistunt, ut videant an ibi aliqua statuantur in præjudicium communis vicinorum civitatis, vel terre suæ, vel an in iis fiat aliquid contra præeminencias civitatis, aut terre, non videtur, quod sint comprehensi sub nostre legis prohibitione, & ex iis verbis, Ni otras oficiales que han dever hazienda de concejo, colligitur clarior, quia isti duo procuratores, communis scilicet vicinorum civitatis, vel terre suæ jurisdictionis nihil aliud agunt, quam contradicere ea quæ in talibus conciliis in præjudicium suorum partium statuuntur, non verò vident bona propria conciliorum, neque de eis administrandis se intromittunt, & cui non conveniunt verba



novam pragmaticam, quam retuli in mea Curia Pisana, de decario lib. 4. capitulo 2. circa has renuntiationes & possessiones officiorum capitulis disponens ad evitandas fraudes solitas fieri ne officia perderentur, quam post hæc in ultima impressione nostræ Recopilationis faciendi inseram reperies, & hæc pro hoc titulo.

## IN LEGEM SEPTIMAM.

Novus ordo servandus in renuntiationibus officiorum renuntiationibus in presenti apponitur.

**D**E hac lege meminimus in curia Pisana, lib. 4. c. 2. & in l. 4. istius nostri tituli 4. ideo hic non insisto amplius.

## TITULUS QUINTUS.

## De los Proprios, y rentas de los concejos.

**E**T cum superioribus titulis dictum sit de conciliis populorum & officii publicis eorum, nunc consequenter de bonis propriis agendum est in hoc titulo.

## IN LEGEM PRIMAM.

Propria civitatum & populorum & officia eorum ab aliquibus occupata restituenda sunt, non obstantibus Regiis licentiis & provisionibus contrariis.

## SUMMARIUM.

1. *Reipublica duplicis generis communia bona habet.*

**I**bi, ea sua propria, & hæc sunt propria ipsorum locorum, non vero publica; omnis enim Resp. duplicis generis bona communia habet: quædam enim sunt, quæ velut in peculio, vel in pecunia ipsius populi consistunt ut l. sed Celsus, in princ. ff. de contrah. empti. l. 1. §. tit. 5. par. 5. veluti servi, molendina, redditus & similia, quæ sunt velut quilibet privatorum bona, & hæc strictissime publica appellantur, ut in l. inter publica, & ibi glos. ff. de verbo. signifi. & quia verè publica non sunt, datur eorum propria & vera venditio, quod non est in aliis, quæ sunt in publico usu, & de his bonis, quæ sunt velut patrimonium populorum, loquitur Iurisconsultus in tit. ff. de adm. rerum ad civ. pert. & text. in l. 10. tit. 28. par. 3. & lex nostra & sequentes; debentque hæc bona communia, quæ sunt in redditibus populorum in communem omnium vicinorum utilitatem erogari, ut probatur in l. 20. tit. 5. par. 3. ibi Deven ser meridas en pro comunal de toda la ciudad, o villa, o rras fueren, veluti in pluribus exemplis politis per Avend. cap. 10. par. num. 3. cum sequent. lib. 2. Quædam verò bona sunt in usu publico & communi, ut platea, theatrum, via & similia, quæ nunquam occupantur conceduntur, vel que celo terraque inveniuntur, & oc-

## IN LEGEM SECUNDAM.

Beneficia Principum concedentium propria civitatum vel populorum nihil valent.

## SUMMARIUM.

1. *Rex in dubio non videtur velle alieni prejudicare, nisi ut. n. 3.*  
2. *Tollere nisi & dare alteri non licet nisi ex causa publica.*

Ibi,

**I**bi, de guardar sus derechos, y rentas, y propios, & las nuestras ciudades, villas, y logares, Rex enim in dubio non videtur velle alicuius iuri prejudicare; ex l. 1. §. si quis a Principe. ff. ne quid in loco pub. in cuius propositum plura dixi in l. 4. tit. 3. num. 39. lib. 1. supra, & in l. 1. tit. 1. lib. 4. supra, & in aliis pluribus locis, & sic in nostra lego dicitur, quod non est voluntatis Regis iuribus & propriis civitatum & villarum & vicorum prejudicare; nam postquam Rex unicuique civitati, villæ, aut populo terminum assignavit, & terras ac redditus concecit ut propria illius essent, non est censendum velle donationem hanc revocare, cum privilegium ejus debeat esse mansurum, ut & notat Arret. conf. 15. col. 2. & eo relatio Avend. c. 12. par. num. 20. in princ. lib. 2. & diximus latè in lib. 1. tit. 15. lib. 4. supra, num. 56. cum sequentibus, neque licet uni tollere & alteri dare nisi ex causa publica, ex l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vend. & in l. Lucius. ff. de positi. & l. 2. tit. 1. par. 2. & Avend. dict. num. 20. & diximus in dict. l. 1. tit. 1. lib. 4. supra, nisi rex ex certa scientia terras & has concederet derogando legibus & privilegiis, nam si id faceret, obtemperandum esset, secundum Bald. in cap. cum adeo, de rescript. ratio tamen id facit, & tunc cum causa, & populo citato, & non contradicente, ut inquit tunc fieri posse Avend. dict. num. 20. versicul. & in tali casu, & habemus etiam l. 11. tit. 7. infra isto lib. ubi idem quod in nostra prohibetur, & ad administratores civitatum & populorum extenditur, ubi & alia dicemus annuente Deo.

## IN LEGEM TERTIAM.

Persona in lege nostra contenta conducere non possunt propria, vel redditus conciliorum, neque census ac bona Regia, neque esse fidei iustores, vel assessores conductorum sub nostra legis pena.

## SUMMARIUM.

1. *Tabelliones & alii hic prohibiti non possunt conducere redditus Regios.*
2. *Procurator communis, vulgo Procurador del comun, civitatis vel villa, & procurator terra an possunt conducere Regios redditus.*
3. *An decimas Ecclesiarum & Ecclesiasticorum censuum prohibiti conducere decuriones & alii hic contenti.*
4. *Bona populorum & vicorum civitati vel villa subiectarum an poterunt decuriones vel tabelliones vel advocati talis civitatis vel villa conducere.*
5. *Vecaria populorum habentur ut propria eorum.*

**I**bi, que ni justicia, Et sic neque iudex fraternitatis, vulgo, Alcalde de Hermandad, hæc poterit facere, nam & hic iustitia dicitur, & ad eam administrandam in populo illo electus est & nominatus, & eadem

ratio militat in eo, quæ in aliis iudicibus ordinariis, præsertim cum in precedentibus, verbis, Ningun Alcalde, generaliter loquitur, & de aliis omnibus dixerit, ita ut in iis verbis, Ni justicia, iudex fraternitatis etiam comprehendatur, & ampliative, non verò restrictive verba hæc intelligamus, maxime in hac materia favorem publicum concernente.

**I**bi, Ni del número, Ampliantur per nostram legem lex 4. §. & 9. tit. 10. lib. 9. infra, prohibentes tabellionibus iis, Del número, ceditus hos Regios conducere, & ut jam lege nostra addantur tabelliones ii personis ibidem prohibitis conducere Regios hos redditus, & sic lex nostra est ampliativa dictarum legum, prout ex subscriptione marginali nostri text. colligitur, ubi inseritur capitulum 25. anni 1525. à Carolo V. Tolethi constitutum, quod in tabellionibus concilii loquebatur, & per cap. 77. Anni 1528. per eundem Carolum ad tabelliones numerum extenditur, de quibus & in l. 25. tit. 7. lib. 5. supra ubi & alia dixi, & sic considerat Aviles. c. 32. par. glos. Officiales.

**I**bi, Ni otras oficiales que han dever hazienda de concejo, idem in advocatis populii illius disponitur, per l. 4. tit. 10. lib. 9. infra, de quibus personis legem nostram considerando tradit Avend. cap. 12. par. num. 15. vers. Octavum est, lib. 2. ex quo infero male dixisse eundem Avend. cap. 19. pratorum, num. 24. vers. & hac ratione, lib. 1. dicentem, quod deputati & alii, qui tantum consulunt, & assistunt concilio civitatis, non censentur per legem nostram prohibiti conducere redditus populorum & Regios, nam id ex lege nostra in iis verbis, & ex repetitis in fine nostre legis dura dicitur, Por los otras oficiales que no son de los susdichos que no han dever hazienda de los concejos, videtur comprehensum, ergo deputati & assistentes conciliis, qui debent videre distribui bona civitatis nullo modo possunt conducere bona hæc, contra Avend. ubi supra, quod intelligo de deputatis ad videndum bona conciliorum distribui, & de consultoribus eorum à civitate nominatis & designatis, quorum consilio hæc fieri debent. Ex quibus infero, quod procurator communis, vulgo, Procurador del comun de la tal ciudad, & o villa, & procurator terre & districtus, vulgo, Procurador de la tierra, qui in conciliis assistunt, ut videant an ibi aliqua statuantur in præjudicium communis vicinorum civitatis, vel terre suæ, vel an in iis fiat aliquid contra præeminencias civitatis, aut terre, non videtur, quod sint comprehensi sub nostre legis prohibitione, & ex iis verbis, Ni otras oficiales que han dever hazienda de concejo, colligitur clariss, quia isti duo procuratores, communis scilicet vicinorum civitatis, vel terre suæ jurisdictionis nihil aliud agunt, quam contradicere ea quæ in talibus conciliis in præjudicium suorum partium statuuntur, non verò vident bona propria conciliorum, neque de eis administrandis se intromittunt, & cui non conveniunt verba

verba legis, neque ejus convenit dispositio. l. 4. §. cories. ff. de damn. infecti. l. 1. §. loquitur. ff. de aqua quotid. & est. late Mexia in l. de Toledo, in 2. partis fundamentum 2. num. 2. & 3. & quia lex nostra prohibitiva & penalitatis est, neque de una persona ad aliam debet fieri extensio in qualibet dispositione, ut alibi diximus, & sic videtur ita tenendum nisi in casu in quo esset consuetum, quod & ii procuratores assisterent in expendendis vel revidendis propriis talis civitatis & populi, nam tunc & ipsi censentur comprehensum sub legis nostre dispositione, & hac mihi pro nunc placent, latius qui consilium aut sententiam super his prestare voluerit, considerabit, nollem enim novarum opinionum propositione aliquem ledere.

¶ Ibi, *Non sicut fadoris*, ut ex text. in l. Curia l. C. locati. Placca in l. si quis procurator. C. de decario. libro. 10. Boer. dec. 315. num. 2. & Aviles, ubi supra, ubi ampliat ad sacerdotes & milites.

¶ Ibi, *De rentas de propriis, y concejales, ni de rentas Reales*, sed an & de Decimis Ecclesiarum clericorum, vel religiosorum censentur dicta persone, & prohibetur conductionem facere, & videtur dicendum quod sic, nam ex illis decimis Rex habet tertias coronae Regie incorporatas, de quibus in tit. De las tercias del Rey, infra lib. 9. ergo cum ibidem includantur redditus Regii, necessario videtur dicendum idem esse prohibendum. Nihilominus tamen contrarium mihi verius videtur, nam decima hec Ecclesiastica non sunt de propriis civitatum, neque de redditibus Regis, sed Ecclesiarum & ministrorum ipsarum, in rato titul. extra de decimis, & in part. 1. tit. 20. & in lib. 1. supra, & ipsi Ecclesiis & ministris eas principaliter competunt, & quamvis in eis Rex habeat ex concessione Romani Pontificis partem, tanquam decimaria tamen sunt censenda, & sic de eis debet judicari, sicut de aliis decimis, nam subrogatus debet sapere naturam illius in cujus locum subrogatur, & quod principaliter agitur est attendendum, non vero id quod incidenter, ut per Tiraq. in Tract. res inter alios alia, & ex dictis per nos, in l. 34. tit. 6. lib. 3. supra & cum principaliter decima conducantur, licet sub eis tertie danda Regi contineantur, non videtur hoc consideratione dignum in propositum nostrum, & cum in decimis lex nostra & similes non loquantur, neque disponant, merito dici potest earum dispositiones non habere locum in decimis maxime si Regis nomine tertie ejus separatum ab aliis decimalibus administrantur & conducantur, prout fieri solet, nam licet quoad has tertias tunc dici posset legem nostram & similes locum habere, non tamen quoad alia bona decimalia Ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum, vel religiosarum.

¶ Ibi, *de las ciudades, villas y lugares, donde tuvieren los dichos officios*, sed an de vicis & populis tali civitati subjectis idem dicendum est, & in hoc duo casus sunt considerandi. Primus circa officiales talis vici & populi subjecti, & quoad propria eorum, & redditus Regis ab ipsis vico & populo Regi solvendos, nihil dubium quin officiales talis vici & populi hac conducere non possint, cum de omnibus lex ista loquatur: Secundus casus est, circa officiales civitatis volentes conducere propria vici & populi alicujus illi civitati subjecti, vel redditus Regis ibidem Regi solvendos, & in hoc casu idem videbatur dicendum, sicut in primo casu circa officiales ipsiusmet vici & populi, sed an circa officiales civitatis loci & vici illius saltem circa rectores & tabelliones del numero, dubium mihi videtur, nam quod idem sit in eis facit, nam & isti suis temporibus visitant vicos & populos jurisdictioni suae civitatis subjectos insimul cum iustitia, & rationes quaerunt & gerunt propriorum talium vicorum, & sic videtur comprehendi sub dispositione nostrae legis & similibus, & quia cum lex nostra favorabilis sit, territoria comprehendit, ex dictis per Alexand. in l. finita. §. si. de veitigalibus. n. 6. ff. de damn. infecto, cum quo est communis, secundum Gom. in §. rursus. num. 19. Insist. de actio. & traditur per Halb. in Tract. de prescript. 3. part. 5. partis princip. quest. 2. in contrarium tamen facit lex nostra ibi, *Donde tuvieren los dichos officios*, ergo non extralocum locum, quia qualitas adjuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi est iuris vulgaris, & quia videtur non militare rationem nostrae legis, nihilominus tamen dubiam credo esse quaestionem hanc circa rectores & tabelliones civitatis illius, cui vici illi & populi subjecti sunt, nam circa correctores & officiales suos talis civitatis nulli dubium nisi quod neque in vicis sui jurisdictionis non possint conducere propria locorum illorum neque redditus Regios, eo quod in civitate & tota eius jurisdictione prohibendum est per alias regias leges, ne emant bona aliqua neque negotientur, quod non est in tabellionibus & rectoribus civitatum circa populos jurisdictioni suae civitatis subjectos, & sic circa tales rectores & tabelliones latius erit cogitandum.

¶ Ibi, *de las carnicerías dellas*, hic habes text. probantem quod viciarie & populorum habentur, ut propria eorum & sic in eis sicut in aliis propriis conducendum est, & dispositum censetur, & habent locum omnia circa propria locorum disposita, ut diximus in l. 2. num. 13. tit. 1. lib. 2. supra.

¶ Ibi, *Recibidos a la posesion*, vide ad quid notavi & consideravi hac verba, in l. 5. tituli precedentis, verbo, *Tome la posesion*.

Forma locandi propria & redditus populorum describitur in praesenti.

IN LEGEM QUARTAM

SUMMARIUM.

1. Bona civitatis vel ville non est de essentia ut locentur, nam & per personas nominandas a concilio

concilio administrari poterunt, hodie secum numerus 3.

2. Locatio in publica subhastatione facta exclusiva est omni doli & fraudis potest tamen probari contrarium, ut num. 3. & num. 4. declaratur.

6. Ex licitatione ad diem certum facienda colligitur vera certificatio ad licitandum.

7. Assignatione dicta ad ultimam subhastationem si aliquis licitationem fecerit, non licebit dicto alium prerogare nisi consuetudine aliud sit introductum ut ibi.

8. Praeco si debeat ad praconizandum per edita in loco publico affixa, potest locari bonorum fieri vel per intam & sonum campanae si ita est consuetum, ut ibi num. 9.

10. Subhastationis forma qua sit.

11. Subhastatio quid sit & ibi a quo dicatur & derivetur.

12. Bona civitatum vel villarum non possunt extra formam nostri textus locari.

13. Interest nostra corvicinos fundos acquirere etiam supra iussum assignationem.

14. Praconia in loco consueti sufficit dari, etiam si ibidem non sit ver locanda, ubi quid si adeo postis, vel sint in diverso territorio.

15. Terminis Praconiorum arbitrius erat hodie in rebus civitatum & villarum locandis. Jam est ratiatum ad novem dies, ubi quid in venditione, ubi & an minui vel prolongari possint.

16. Praconium quolibet horum novem dierum dari an sit de substantia.

17. Iudex licet praecipias alicui quod intra novem dies contrarium accedat ad eum adhuc datur annus ad quietem.

18. Ultima subhastatio non debet fieri in aliquo horum novem dierum sed eis elapsis assignandus dies para el Remate, vel intra novem dies ad diem primum secundum vel tertium post novem dies.

19. Ultima subhastatione vici & ville facta non admittitur alius licitator.

20. Adjectiva del quarto non admittitur in aliis bonis quam Regis.

21. Per viam Restrictionis bene admittitur novus licitator.

22. Plus offerenti danda est res licitata, & n. 28. declaratur.

23. Lex nostra attentata corrigitur dispositio distinctionis Bart. in l. si tempora C. de fide instrum. lib. 10.

24. Non ad pretium, sed ad maiorem concilliorum utilitatem est attendendum, de quo & de hac utilitate meliori.

25. Idoneus debet esse ille, in quem bona concilliorum subhastantur & ideo si de iustis datur quoridie per talem etiam idoneus sit.

26. Licitatore secundo plus dante, an primus ante eum liberetur.

27. Si quis per errorem adjunctionem fecit super pretio, quod in rei veritate non erat autum, an valeat.

29. Quilibet admittitur ad locanda praedia Reip. qui non sit in iure prohibitus.

30. Requisita in rebus civitatum adhibenda.

31. Aliquis si esset expendendum pro reparanda relicta civitatis, iudex cum redire habet

Azvedo in Recopilationem. Tom. II.

potestatem consumendi tertiam partem pignoris, ubi ad omnes locaciones parum privatum extenditur.

32. Facta locacione statim conductores possunt vicia & recuperare & administrare ac si habeant mandatum, imo & inter ipsos conductores creetur iudex mandatum ad agendum num. 33.

34. Respub. etiam potest agere contra conductores & eorum socios statim facta locacione, & adventu termino solutionis designato per conductores ipsos ac si a principio ipsi socii conductissent, ubi an idem sit in aliis sociis.

35. Lex nostra non loquitur in rebus, que in foro venduntur, ut framentum, vinum, oleum & similia, quia hac sunt praconia venduntur.

36. Solemnitates esse adhibitas, quis debet probare.

37. Rectores tanquam administratores reip. tenentur de negligentia.

Ibi, *Y lo ovieren de arrendar*. Ex his verbis colligitur clare, quod non est de necessitate locare propria civitatis, villae, aut pupilli, nam & per suos administratores possent colli praedia publica & fructus percipere, licet tutor facti in rebus pupilli, ut in l. 15. tit. 16. part. 6. ibi. *Hacer labrar las heredades*, nam intelligitur live per se, five per colonum, & ita lex nostra inquit, dum in casu in quo propria sunt locanda, inquit servandas leges nostrae solemnitates, & per consequens quod non subicitur necessitati, ut locari omnino debeant, sicut & Rex ipse suos redditus per suos thesaurarios administratores ac collectores plerumque administrat, & hoc praefertur cum non reperitur, qui pretio iusto ea conducatur, verum quia signis gubernantur per plures bona communia, nam videntur quasi neglecta, ut in l. 2. C. quando & qui 4. par. deb. l. led. ut neque iustitia & rectoribus imputetur, frequentior est horum bonorum communium locatio, & melior: & exclusiva est omni doli & fraudis locatio hec publica subhastatione facta, ut probat Abb. 2. consil. 69. vol. 2. & Ripa. Responso 9. sub titulo de legibus & probatur ex l. 32. tit. 26. par. 2. & ex l. 52. tit. 5. part. 5. & faciunt notata per Bart. in l. 2. C. de grad. cur. & Ang. in l. pretiarum. ff. ad l. fidei. potest tamen probari & contrarium, & transfert onus probandi in adversarium, quia non est iuris & iure praesumptio, sed iuris tantum, ut per Mascardum, de probat. conclusi. 655. & quia communiter iam solent locari bona hec civitatum, & populorum, sicut & pupillarum & minorum sic semper consulo fieri ubicunque fieri potest. Habes tamen notare quod in subhastatione bonorum executorum qua sit in executione contractus publici sententiae aut confessionis judicialis vel privatae scripturae recognoscitur cum minori pretio vendi soleant quam debeat fieri & submissa voce praconia dentur, fraud praesumitur licet publica subhastatio & dicatur, secundum Didac. Pec. in l. 4. tit. 3. libro 3. Ordin. col. 2073. in prin. & facit in argumentum l. 40. in fin. tit. 5. part. 5. Ex quibus habet

etiam notare, quod licet de iure in locati-  
 onibus non requiratur subhastatio, secundum  
 gl. in l. *quoniam*, in verb. *Prædict.* C. de vend.  
*res civit.* lib. 11. & in l. 3. verb. *Licitatio*. C. de  
*fund. pat.* lib. 10. tamen verum est & erat in  
 rebus privatorum, secus si locentur res pub-  
 licæ, ut hic, & notabat Bertach. de gabelis.  
 2. p. 9. 6. & seq. per l. *penes*. C. de vellig. &  
*com.* notat Rebus. de præconiis. in 2. tom. *conf.*  
*Franc. art. 4. gl. unic.* num. 32. & idem est in  
 rebus pupilli minoris, vel Ecclesie, ubi &  
 quando locantur, secundum Guid. Damhoud. in  
*tract. de subhastat. c. 1. num. 15. cum seq.* & c. 2. ubi  
 c. 4. tractat, de subhastationis forma & modo,  
*ibidemque num. 1.* asserit, in hæc subhastatio-  
 num materia opiniones Bart. Bald. & Specular.  
 & eorum dogmata & interpretamenta omnes se-  
 qui Doctores passim & laudant & asserunt.

¶ Ibi, *Dia clerici*, nam ex tali assignatione  
 colligitur vera certificatio ad licendum, &  
 facit text. in l. *de qui alien.* §. 1. ff. *quod vi  
 aut clam.* & ibi probatur, quod si assignatio  
 diei esset obscura nunc valeret, ut per Rom.  
*conf. 379. & facit lex, ea que §. ff. de contr.  
 emp. notat Avend. d. c. 12. præs. num. 4. requi-  
 sitio §. lib. 2. ubi tamen inquit quod postquam  
 licet assignatus fuerit dies ille *Para el remate*,  
 si aliquis fecerit licitationem, quæ vulgo dicitur,  
*Postura*, postea non licebit variare, & in  
 assignatione termini, quia esset in præjudicium  
 juris acquisiti, secundum Platea in l. 2. C. de  
*fund. resp. lib. 11. & Bart. in l. si tempora. C.  
 de fide instrum. lib. 10. in reff. Quinto quæro  
 utrum num. 5. & quando sit, *En el mundo*,  
*loquuntur l. 32. tit. 27. p. 2.* in hoc tamen polle-  
 riori dicto praxis se in contrarium habet in hæc  
 civitate Placentina in qua id ausum asserunt,  
 in ea enim quotidie live in bonis privatis,  
 sive resp. five minorum, etiam si assignatus  
 dies & terminus ad ultimam adjectionem, &  
 sic *Para el remate*, & etiam si dictum sit quod  
 die illo & termino elapso res illa remaneat sub-  
 hastata, *De ultimo remate*, facta licitatione  
 aliqua, si alius majorem licitationem fecerit  
 intra terminum illum cum hac conditione,  
 quod terminus assignatus *Para el remate*, pro-  
 longetur in longiorem terminum, vel in bre-  
 viorem, admittitur talis licitatio, & si bene  
 inspicitur Bart. in d. l. si tempora. num. 5. non  
 dicit id ad quod Avend. ubi supra. cum allegat,  
 sed potius contrarium, nam Bart. ibi lo-  
 quitur, quoties jam est lapsus dies & terminus  
 assignatus *Para el remate*, tunc enim mirum  
 non est si alius non admittatur, nisi per viam  
 restitutionis in rebus publicis minorum Eccle-  
 siæ, vel Regis, ut inquit Bart. ubi supra. num.  
 7. & alibi diximus latè, secus vero est si ante-  
 quam dies ille & terminus assignatus *Para el  
 remate*, labatur, alius compareat plus offerens;  
 tunc enim nimirum si admittatur plus offerens  
 intra terminum illum cum conditione,  
 ut longius prorogetur, quia tunc nondum est  
 acquiritum jus primo offerenti ex assignatione  
 termini, cum intra terminum illum alius possit  
 comparere, & majorem licitationem facere.**

¶ Ibi, *Por pregon*, si in loco illo adest præco,  
 nam si ibidem deficiat, per edictum fieri possit  
 in vallis ecclesie positum, vel in alio publico

& consueto loco, nam ista solemnitas ostendit  
 æquipollet voci præconiis & plus, ut est text.  
 in l. *loca*, & ibi notat Platea C. de locat. præd.  
*Fiscal. lib. 11. & per Angel. in Authen. de  
 Alien. & emphyteut. §. hoc etiam. colla. 9. &  
 Avend. eos referens, in dicit. cap. 12. num. 25.  
 versic. & advertat. lib. 2. item si consuetum  
 esset has publicationes fieri per tubum vel  
 sonum & campanæ sufficeret, neque hoc debet  
 vnitari, ut notat Bart. in l. 1. C. de pascuis  
 publ. & Bald. in Rubr. C. de rescindendi. vend.  
 Felin. in cap. cum M. col. 3. de consuet. Avend.  
 ubi supra num. 3. ubi tamen adellet præco, per  
 præconium hæc fieri deberent, eo vero defici-  
 ente per edictum & programma, ut dictum  
 est, nam præconium est inelamatio, & præco  
 est, qui hæc programmata inclamât, & cuius  
 etiam officium est dicta Regis & præceptum  
 Magistratum publicare, & programma dicitur  
 Edictum publicum, ut in Rubric. C. *coramina*.  
 Epif. *programmata*, ut not. Rebus. in 2. tom. *conf.*  
*consuet. 17. tit. de præconiis. in princ.* Et sic  
 inquit Bart. in l. *licitatio. ff. de publ. & vellig.*  
*subhastationis formam esse*, quod edicto & aut  
 præconiis voce notum manifestumque sit di-  
 cendo, quod quicumque talem rem emere aut  
 comparare voluerit coram talibus infra tot dies  
 ad promittendum, vel licendum compareat,  
 & plus offerenti dabitur, ut refert Jodocus  
 Damhouderi, in tract. de subhastat. cap. 4. num.  
 4. & sic secundum eundem Jodoc. ibi. c. 1. num.  
 9. subhastatio est rei venalis publicè & expo-  
 sitio cum præconiis voce, vel edicto, vel pro-  
 clamazione, quæ pluris licenti, seu offerenti  
 conceditur, ut probatur in *Authen. hoc jus por-  
 retum. C. de sacros. ecclies. & in l. 1. C. de fide  
 instrum. & jure has. ff. lib. 10. & dicitur sub-  
 hastatio ab hastario, quod secundum Papiam,  
 locus est ubi venduntur, vel vendebantur pro-  
 scriptorum bona, & ibi per Jodocum, vel se-  
 cundum Rebus. ubi supra num. 6. subhastatio  
 vocatur illa venditio in publico loco facta:  
 quia olim ea, quæ publicè vendebantur, veteres  
 hæc supponebant, & hæc in Auctionibus  
 ponebatur, ut terror esset debitorum, quorum  
 bona vendebantur, ne vendere impeditent. Et  
 idem fiebat, quando illa ad fisci utilitatem ven-  
 debantur, vel bona debitorum fisci, ut in *rit.  
 C. de fide instrum. lib. 10.* Ex quo nunc intellexi  
 à quo habuerint originem hæc Placentiæ tem-  
 pore publice ferie in die sancti Andree quo-  
 libet anno habendæ, in portis publicæ Domus  
 de consistorio apponitur quedam hasta cum  
 una rodela per tempus, quo feria illa durat,  
 quod credo processibile à dicta antiquitate ap-  
 ponendi hastam in subhastationibus publicis,  
 ut nemo audeat per tempus illud feriarum im-  
 pedire rerum venditionem. Et notandum est  
 quod abique nostri text. solemnitate non pos-  
 sunt locari propria hæc civitatis vel populi,  
 nisi Rex præbet licentiam ad concensum ob-  
 servandum & faciendum, secundum Humada.  
 l. 5. tit. 26. par. 2. glo. 6. num. 18.**

¶ Ibi, *Pregonando*, intellige in locis con-  
 sueris, & ubi bona facta sunt, nam verisimile  
 est, quod ibidem facilius emporeretur  
 quàm alibi propter affectiones vicinorum, qui  
 sæpe habent fundos convicinos, quos nostræ  
 interest


13 interest acquirere etiam supra iustam & estimati-  
 onem l. *ficus*, de legat. 2. l. 1. §. sed si alii-  
 ff. si quid in fructu. par. notat Pelaez, de ma-  
 yora. 1. par. q. 58. num. 23. & ante eum Rebus.  
 in dicit. tit. de præconiis, art. 1. glo. 2. num. 6.  
 ubi num. 7. inquit, quod non intelligit, quod  
 super fundo ipso locando, vel vendendo de-  
 beat præconium fieri, sed sufficit, quod in  
 14 civitate vel loco & consueto præconia dentur,  
 ex l. unica, in fin. vers. *edictum ex more propo-  
 sit.* C. de just. cod. *confir.* & in locis frequen-  
 tioribus civitatis, per text. in l. *jubemus*, ibi  
 in frequentioribus locis proponendi. C. de des-  
 fenfor. civit. quod si locus ille esset peste con-  
 sectus; in alio proximo loco debet præconizari,  
 & multiplicari, ut Doct. notant in l. 1.  
 §. si iustitiam. ff. de acquir. poss. quæ enim proximè  
 sunt inesse videntur l. *lectus*, ff. si cer. per. sed  
 si in pluribus locis res sita sunt, ita ut sub di-  
 versis tribunalibus & territoris existant, tunc  
 in quolibet territorio debent præconizari &  
 publicari, secundum eundem Rebus. ubi sup.  
 art. 7. gl. *una*. num. 5. & Pelaez, ubi sup. id  
 ad bona vendita virtute executionis super eis  
 petita applicans, ita ut ex contrario facto mul-  
 tæ executiones rescindi possint & annullari.  
 ¶ Ibi, *Por nueve dias*, de iure communi  
 (excipit venditione rerum fiscalium & mino-  
 rum & Ecclesie) ubi viginti dies dabantur ad  
 subhastationem) tempus hoc erat arbitrium  
 15 in rebus aliarum civitatum & conciliorum,  
 ut notat Bart. in l. *licitatio. in princ. ff. de pub.  
 & vellig.* quem & alios referens sequitur  
 Avend. d. cap. 12. præs. num. 2. lib. 2. & Me-  
 noch. de arbor. jud. lib. 2. cent. 2. casu 171.  
 num. 28. & clarius in eadem cent. 2. casu 129.  
 per totum, ex lege tamen nostræ vides de-  
 terminatum, quod in locatione bonorum &  
 reddituum conciliorum, civitatum, villarum  
 & populorum novem dies dantur & assignan-  
 tur, in venditione vero triginta dies assignari  
 solent. Et novem ii dies de quibus in nostrâ  
 lege minui non possunt, prolongari vero sic,  
 & valebit subhastatio, ut per Avend. d. n. 2. &  
 Jodocum, in d. tract. *subhastationum. c. 5. num.*  
 2. & sic secundum Avend. ultra novem dies  
 durabit & hodie arbitrium iudicis & decu-  
 rionum ad subhastationem ultimam faciendam  
 rei locandæ, sicut olim durabat. Ex quibus  
 deducitur quod non est de substantia quod  
 16 quolibet die & horum novem præconizetur,  
 sed sufficit interpollatum præconizari, dum  
 tamen per novem dies dentur præconia pub-  
 licè & in loco consueto, nam si novem dies  
 prolongari possunt, ergo non quolibet die præ-  
 conia danda sunt, item quia licet tempus  
 censatur esse continuum, ex text. in c. 1. &  
 ibi Joan. And. de vita & hon. cleri. in 6. c. lau-  
 dabile. cum glo. de frig. & malef. Alex. in Rubr.  
 de divers. & temp. præs. Ant. Gom. rom. 3. c.  
 1. num. 3. tamen adhuc dicitur continuum,  
 etiam si alibi intervallum est. sicut tibi, de consuet.  
 dist. 5. text. l. 1. §. 2. & §. ff. de aqua quodid. &  
 affi. quos allegat Addit. glo. *continuas*, in  
 cap. *quomodo*, de offi. ordin. in c. nav. & se-  
 cundum illam gl. quantumvis dicatur alicui  
 per iudicem, quod intra decem dies continuos  
 17 accedat ad eum, adhuc datur & unus dies ad  
*Azvedo in Receptionem. Tom. IV.*

quietem, quam gloss. allegat Oroscius in l. 1.  
 ff. si quis canis. col. 688. in fin. neque vitatur  
 contractus licet intervallum transeat inter præ-  
 conium & obligationem secundum Aviles. c.  
 52. præs. glo. *De pujar*, num. 5. & sic neque  
 vitabitur ultima subhastatio licet inter unum  
 & aliud præconium intervallum addit, dum  
 tamen in illis novem diebus non unum aut duo  
 præconia dentur, sed plura potius, licet non  
 quolibet die præconizetur, ut inquit gloss.  
*Pregonar*, l. 52. tit. 5. par. 3.

¶ Ibi, *Señalando despues dia para el remate*,  
 nota dictionem illam, *Despues*, ut intelligas  
 non ad ultimum novem dierum signandum  
 18 esse ultimam subhastationem, sed ipsi novem  
 diebus elapsi signandus est dies ad eam; neque  
 dico quod assignatio hujus diei sit omnino  
 faciendâ lapsis jam novem diebus, sed quod  
 dies ille assignandus sit illorum dierum post  
 novem dies labentium, qui quidem & intra  
 hos novem dies poterit dies aliquis assignari,  
 in quo novem iis diebus elapsis hæc ultima  
 subhastatio, & detur litimum præconium. Di-  
 latione enim novem dierum, stante non sic  
 Remate, neque est aliquid aliud faciendum,  
 quam præconizare, ut l. *sive pari*. C. de dil-  
 latio. notat Avend. dicit. cap. 12. num. 5. lib.  
 2. præs.

¶ Ibi, *T se rematen*, quo quidem remate  
 facto iustè, juridice, absque dolo, fraude &  
 collusione non admittitur amplius adjectio ali-  
 qua & pretii, ut removetur res ab emptore vel  
 19 conductore & detur novo huic adjectori, ex  
 text. in l. *Lucius*, §. *fin. ff. ad municip.* & ibi  
 gloss. alia jara allegat, & notant Bart. & Re-  
 lator per Avend. d. c. 12. præs. num. 9. lib. 2.  
 & Jodocus, in dicit. tract. *subhastatio. cap. 3.*  
 num. 5. Aded ut neque adjectio, *Del quarto*,  
 admittetur, prout admittitur in gabellis, quæ  
 quidem adjectio, *Del quarto*, non practica-  
 20 tur in aliis bonis ac redditibus quàm Regi  
 debitis, non vero in aliis bonis civitatum &  
 conciliorum, ut per Avend. ubi supra num. 10.  
 & 11. nisi id, in pactum deductum sit vel sta-  
 tuto, aut consuetudine obtentum, ut per eun-  
 dem Avend. ibidem, & Aviles, ubi supra  
 num. 9. Cessante verò pacto statuto aut con-  
 suetudine, *Hecho el remate*, nullus alius ad-  
 mittitur licitator, nisi per viam restitutionis &  
 21 in casibus in quibus dixi in l. 2. gloss. *Porque  
 diga*, titulo 1. lib. 2. supra, & me referens  
 Doctor Gutierrez, dixit, in suis practicas *Que-  
 stionibus libro 1. questione 38.*

¶ Ibi, *Que mayores pocios diere*, plus enim  
 offerenti est danda res & licitata, per text. in  
*Authen. hoc jus porretum. C. de sacros. Ecclies.*  
 l. *si tempora. C. de fide instrum. lib. 10.* Bartol.  
 inquit, illa verba inducere obligationem,  
 ita quod non sit gratificationi locus, ut & per  
 Bertach. de Gabellis. 2. parte, *quest. 9. facit gloss.*  
*favere in cap. venerabilem*, de electio. notat Re-  
 bus. ubi supra art. 7. gloss. unica. numero. 18.  
 & tradit Avend. d. cap. 12. numero 7. & Aviles  
 cap. 32. præs. gloss. *de pujar*, qui ambo iniquam  
 lege nostrâ attentâ & corrigi distinctionem  
 23 Bart. in dicit. l. *si tempora. num. 4. & in l. li-  
 citor*, ubi Angel. alterat, ff. de public. &  
 vellig. idem Angel. in l. *ii*, qui bona ff. de pignor.  
 Ec ij qui



qui distinguant, quod si verba praconij dicebant, quod plus offerenti daretur, omnino esse dandum, si vero hoc non dicebant, non adstringeretur ad hoc civitas, quae quidem distinctio ex lege nostra cessat, nam si verba praconium dicat, quod dabitur plus offerenti in die signato *Para el remate*, si hoc non dicitur praeco, omnino ultima subhastatio est facienda in favorem illius, qui tunc majorem auctionem & licitationem fecerit, & id expresse in iis verbis probat lex nostra dicens: *Y se remate en aquel que mayores precios diere*; & ponderandum est quod lex nostra non dicit, *Que mayor precio diere*, sed in plurali, *Que mayores precios diere*, ut intelligamus, quod non ad solum pretium numerarium est attendendum, sed etiam ad quamcumque utilitatem & concilium, de qua utilitate & meliori conditione ponit exempla, text. in l. *enm qui emit*, §. *melior cum adhibent sequentibus*, ff. de in diem additio, & not. Lucas de Penna, in l. *congruit*, C. de locat. prad. civil. lib. 2. & Rebus. in d. *art. 7. glo. unic. n. 21.* & diximus in proposito aliqua in l. 2. tit. 1. lib. 2. supra, & notat Aviles e. 32. *prat. glo. De pujar num. 6.* ubi & inquit quod est advertendum, quod ille in quem subhastatio & ultima fit, sit idoneus ad solvendum ex text. & ibi Bald. in l. *si proponatur*, ff. de in diem additio, & in dicit §. *melior*, & hac de causa licet lex nostra non requirat, quod fidejussor praestet ille, in quem fit ultima subhastatio, de consuetudine tamen semper petuntur & dantur, ne postea iudex & decuriones commissarii teneantur, & cum de consuetudine id fiat, tenentur omnino fidejussores recipere & petere, secundum Aviles, dicit. num. 6. & Avend. id pro requisito ponentem in dicit. e. 12. num. 13. Sed an per secundum majorem licitatorem liberetur & primus ante eum minorem summam offerens, & dicendum est quod sic, per text. in l. *Palerianus*, ff. de pretoribus stipula. l. *stipulatus es*, ff. de fidejuss. l. *cum pluribus*, §. *lege*, ff. locati, dicit singulari Crementis, singul. 41. *in seis quod forma*, ubi refert Bald. dicentem ex eo fuisse lucratum centum ducatos: quia per secundum actum ante rem receptam à prima licitatione videtur recessum, ut in *Auben. qui. mo. resu. infr. §. posteriore*, & novissime factum praevalet, lex pacta novissima C. de pactis. tradit plura Cassan. in *Catalog. glor. munda. part. fina. confide. fina.* & hanc opinionem ultra Bald. & Crement. ubi supra, tenet Paul. de Castro, in dicit. l. *licitato*, in princ. num. 3. ff. de publ. & vendig. ubi dicit se recordari vidisse Bald. consulere pro hac parte in civitate Arimini, dum esset Papix, & sequitur Hippolit. Boer. relati per Addition. Crementis, in dicit. singul. 41. & Aviles, ubi supra, num. 8. & Avend. dicit. cap. 12. *pretorum. num. 8. versic. item inferitur. libro 2.* Contrarium tamen, imo quod primus non liberetur, tenuit Bart. in dicit. l. *licitatio*, ff. de public. per text. in l. *Sabinus*, ff. de in diem additio, quem ad hoc refert Rebus. ubi supra, num. 21. cum tamen pro concordia intelligens, quoties secunda licitatio non est acceptata, secus vero si acceptata sit, nam tunc procedit Baldi & sequacium opinio, & bene, prout & tenet Cassan. in con-

*suatid. Burgun. Rubr. §. 2. num. 23. & 24.* Sed quicquid sit de iure civili, de iure tamen Regio in redditibus Regis habemus l. 11. tit. 1. lib. 9. *infr.* opinionem Bart. approbantem & iobentem esse rem vendendam *En quiebra*, ita ut primus non liberetur licitator, quam legem ad hoc considerat Castillo l. 70. *Tauv. num. 27.* & de iis fractionibus, vulgo, *Quiabras*, vide optime per Boer. dec. 248. *per totam*, & Cassan. ubi supra, & Benvenut. in *Tract. de mercat. tit. de Decollor. §. p. num. 8. fol. 33 r.* in *parois*, ubi cum sequentibus numeris alias quaestiones proponit. Sed resp. quod remedium dabitur contra conductorem, si deserat rem locatam, & de novo locatur à Republica, quod vulgo dicitur, *Torno se en quiebra*, qualiter agat de interesse, *Avend. ubi supra. num. 16. vers. & qualiter*, remittit se ad *Jal. in l. diem finitio. num. 34. ff. de offic. assessor.* Et ut evitaretur tunc conductor primus hanc inconvenientiam, consulere quod quando feceris hanc licitationem, dicas, *Hago esta postura contra que en mi se remate, o si se rematare en mi, y no de otra manera*, sed raro recipitur hanc licitatio maxime in Redditibus Regis: sed pro Reip. commode essent statuta facienda, quod propria ac redditus Reip. locarentur eisdem conditionibus, & gravaminibus ac formis, quibus locantur redditus Regis, prout in Ecclesiasticarum decimarum locatione de consuetudine habetur. Sed quid si quis per errorem putans primum licitatore & in tanto possuisse rem aliquam, super hac licitatione, aliam majorem fecerit, an tenebitur ex ea? vide *glos. Prometida*, in l. 33. tit. 26. part. 3. & Avend. dicit. cap. 12. *prat. num. 7. lib. 2.* Notandumque idem est pro complemento hujus glossae, quod in quantum in ea diximus, bona Reipub. esse locanda iis, qui majora pretia obtulerint, ut lex nostra probat, est intelligendum tamen non excedant verum valorem & pretium, nam in foro conscientiae ultra pretium justum non est licitum res locare, quia non debent plus offerenti dari, sed justum pretium offerenti, secundum Avend. ubi supra, n. 8. *versic. & nota*, inquit tamen ibidem, quod in dubio licitatio designat justum pretium. Et an rectores aliquid facientes tenentur in conscientia ad restitutionem, & memini me hanc quaestionem legisse apud Navar. in *tract. de restitut.* & dum hanc scriberem, non potui reperire, solummodo enim reperi quod in conscientia non licet plus justo pretio vendere vel locare, conducere vel emere, ut per ipsum Navar. ubi supra, *tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 13. cum sequentibus. aliquibus*, ubi, hanc asserit esse veram & tenendam sententiam, & contrariam erroneam, & consequenter neque rectores civitatum aliquid facientes excusabuntur.

¶ *Ibi*, En las personas prohibidas, de quibus in lege praecedente diximus, & de illis & aliis tractatur in titulo C. quibus ad conductu. lib. 11. & cum numerentur personae prohibita, Regula erit contrarium, scilicet, quod quilibet admittitur ad locanda praedia & Reip. qui non sit iure prohibitus, ut colligitur ex l. ad officium. C. *communis dividan.* & voluit Avend. d. c.

d. c. 12. num. 13. *requisito 8. ubi in fin. inquit*, quod licet decurio prohibeatur conducere bona lux Reipub. non tamen prohibetur ea retinere, ex text. expresse, in l. *decurio*, ff. de decurio, & ibi gl. quod non ulquequaque firmum reputo propter leges nostras Regias, de quo alibi me latius dixisse credo.

¶ *Ibi*, *Hago juramento*, hic est aliud requisitum pro locandis rebus ac redditibus conciliorum, quod quidem rarissime observatur, neque tale juramentum vidi, neque audivi factum, neque receptum à conductoribus, ita ut in delictum abierit. Ex quibus omnibus habes requisita adhibenda & in locatione rerum ac reddituum populorum. Primo enim dies certus est assignandus ad licitandum & subhastandum. Secundo, per praconium publicum vel per modum consuetum est publicanda locatio & licitatio. Tertio, per novem dies est praconizandum. Quarto, dies ultimum subhastationis debet assignari ad aliquem ex diebus currentis post dictos novem dies praconii. Quinto, debet subhastari in majori licitatore. Sexto, quod non locetur personae prohibite locari similes res. Septimo quod detur idoneo & cum fidejussoribus. Octavo debet licitatio & subhastatio fieri iudice praesente, vel saltem praesentibus officialibus Reipub. quibus à concilio id commissum est, aliter non valet licitatio, secundum Bald. in l. *fin. C. nova. vendig.* & Avend. d. *cap. 12. prat. num. 6.* Non quod conductor juret se non conducere dictos redditus, ut sint personae alias prohibita eos conducere, & hoc in locis ubi ita vitur, in aliis vero ubi simile juramentum abiit in delictum, non erit necesse illud facere: quibus requisitis impletis locatio bonorum ac reddituum conciliorum non erit irrita, ut inquit Avend. ubi supra num. 14. ubi in fine inquit, quod si pro reparanda res locata aliquid erit necessarium expendere & iudex habet cum rectoribus potestatem consensum in reparatione rei locatae tertiam partem pensionis ac emolumentum locationis, ex l. *restitutioni. C. de divers. prad. urb. lib. 11.* ubi Platea, ad omnes locationes etiam rerum privatarum id extendit, quod est singulari factaque locatione conductores ejus statim dicantur habere jus in rebus & redditibus locatis, & tanquam procuratores concilii & eorum unitatis poterunt uti omni iure concilii à quibus conduxerunt, competente, etiam non fuerit datum & mandatum, vulgo *recudimiento*, secundum Bart. in l. *in Provinciali*, §. *si ego*, ff. de nov. oper. num. imò si sunt plures arrendatarii videntur invicem habere mandatum & ad agendum, ut notat *Jal. in l. si unus ff. de pactis*, & eo relato Avend. d. c. 12. *prat. num. 15. ubi num. 16.* inquit, quod resp. etiam poterit agere contra suos in locatione illa per conductores nominatos ac designatos & sine mandato Reip. ac si à principio ipsi loci conduxissent, sicut contra ipsos principales conductores, & notat Anchar. *conf. 352.* & an idem esset in aliis locis vide *Bertach. in repert. suo verbo, socius, vers. 120.* & in num. 17. ipse Avend. ubi supra intellegit legem & nostram non loqui in rebus, quae in foro venduntur publico, in quibus

non cadit particularis affectio, nam tales res, ut frumentum, vinum & oleum sine licitatione vendi possunt, & valet venditio, & haec pro hujus legis declaratione sufficiunt, caetera per Doct. videbuntur: solum tamen, ut nihil necessarium omittamus, erit conveniens scire, quis debet probare solemnitates & omnes & sic requisita intervenisse in talibus locationibus, & in hoc die, quod si instrumentum dicat solemnitates intervenisse, qui contrarium dixerit probare tenetur, nam per instrumentum praesumitur l. *cum praebis. C. de probat.* si vero instrumentum nihil dixerit & emptor vel conductor eas allegaverit, probare illas tenebitur l. *ei qui. ff. de prob. ita Bart. Plat. & Rebus. in l. 1. C. de fide infr. lib. 10.* quos & alios referens sequitur Rebus. in d. *tit. de Pracon. ar. 7. glos. unica. num. 23. & 24. in 2. tomo conf. Fran.* Et nota quod rectores tanquam administratores Reipub. & bonorum ejus tenentur refarcire civitati id, quod per eorum negligentiam & amissum l. *fin. C. de jure Reip. lib. 11.* & habet hypothecam in bonis ipsorum l. 2. C. *ead. tit. & lib. Rebus. in l. inter publica, pag. 151. ff. de verb. sign.*

IN LEGEM OCTAVAM.

Judices ultimus non provideantur pro vendendis terminis publicis civitatum, ac populorum.

SUMMARIUM.

1 Non Provideantur Judices ad vendendis terminis publicis populorum.

**I**bi, En provover juxes que vendan las tierras concegiles, y terminos publicos, y baldios que las ciudades, villas, y lugares de los Reynos han tenido por propios. Cum iudices ad hanc aliquando vidissent provideri mirabar equidem, ex dictis per me, in l. 1. num. 36. cum seqq. aliquibus. tit. 15. lib. 4. supra sed quis à Rege & ejus consilio factum videbam, tacebam, cum causam nescirem, sed re vera, contra jus erat, & sic julle pe legem nostram cessare justum est.

IN LEGEM NONAM.

Novus ordo, novaque forma pro conservacione depositorum publicorum panis in hac lege proponitur, quam commentandam late vult esse duxi in sequentem modum, & quia proximum ejus apponi vidi esse necessarium, ideo sequens est.

SUMMARIUM.

- 1 Traditur nova forma pro conservacione depositorum publicorum panis. Et verba promittuntur ad literam.
- 2 Horrea frumentaria idem sunt quod depositum & quomodo in jure intelligatur. Et annonae militaris provincialis, municipialis, civilis sunt sinuina, & vere dicuntur annonae panificae numero 3.
- 4 Tempore famis ne pauperes pereant, aut Et ij quibus

- vilis frumentum dari debet, aut de toto donationem facere. Et de origine panis fiscalis & quomodo distribuitur. num. 3.
- 6 Tesseræ que sūt, & quomodo intelligatur in sine nobro.
- 7 Stelastera & stelatura, unde dicatur.
- 8 Prefectus annonæ. & adiles cereales dicebantur iudices panis provisionis tempore Romanorum.
- 9 Quomodo interpretentur horrea Galliana.
- 10 Panis gradilis, unde dicatur.
- 11 Ad evitandam frumenti necessitatem collecta imponi inter vicinos potest. Et in hoc casu privilegias. num. 12.
- 12 Tempora necessitatis habentes pecunias, cogi possunt eas mutare Republica.
- 13 Forma provisionis necessitatis tempore.
- 14 An horrea annonæ sive depositi sint utilia, necne bene deserviant de eadem re. numero 16. & 17.
- 15 An taxa panis omni tempore, aut famis tantummodo Regno conveniat.
- 16 Disparitas de los revendedores, y las castelas que hazen para enganar a los que compran dellos.

Procrimium.

**D**on Felipe, &c. Al serenissimo Principe don Felipe nuestro muy caro y muy amado hijo, y a los Infantes, Prelados, Duques, Marqueses, Condes, ricos omnes, &c. Bien sabeis, que por nuestra mandado se han fundado positos de trigo, para la provision y sustentamiento en tiempo de necesidad, de que ha resultado mucha utilidad

y beneficio, especialmente a la gente pobre, y caminantes, en el tiempo que ay mas falta de pan, en el qual los dichos positos han proveido y proveen a justos y moderados precios. T aviendo entendido que ha avido exceso, y mucha desorden en la administracion dellos, assi en no aver avido buena orden en el comprar el pan a sus tiempos, como en el distribuirlo: y que en muchos lugares se ha conservado en provechamiento de los particulares, principalmente de los oficiales, tomandolo prestado, y dandolo a sus deudos y amigos, y meriendo en ellos el pan de su cosecha. Y otro que compra para venderlo en pan cozido, por de los dichos positos, al precio que mas caro sale, lo que verdaderamente se compra para ellos en diferentes partes y lugares: y conesse sin embiar a comprar pan para los positos, y a donde mas caro les sale, que de mas del gran dano que resulta a los pobres y gente necesitada, para quien principalmente se hizieron los dichos positos, por esta via se contraviene a la prematica en que por nos esta prohibida vender pan cozido, y usar de semejante trato y grangeria a los que no lo tienen por trato y oficio, y convierten en sus aprovechamientos particulares el dinero de los dichos positos, y lo que con licencia nuestra se toma a censo para comprar pan para ellos. Y por importare tanto al bien y beneficio publico de los Reynos subditos y naturales dellos, que de los positos se use bien, y se conserven, y amenoren, aviendo se por nuestro mandado platicado en ello, por los del nuestro Consejo, y con nos consultado, ha parecido, que deviamos proveer y mandar, como por la presente nuestra carta y provision, que queremos aya fuerza de ley prematica, proveemos y mandamos lo siguiente.



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE BURGOS  
DIRECCIÓN GENERAL DE

# DECLARATUR

## HÍC PRAGMATICA, SOBRE LA

### Conservacion, y aumento de los positos, y distribucion del pan dellos, quæ est l. 9. titul. 5. libr. 7. Recopilat.

**I**N Cujus quidem declarationem, quia ejus procrimium non est traductum in hac recopilatione, prout traduci deberet, tanquam ratio finalis & causa concedendi hanc pragmatiam sanctionem, & ut etiam procrimium commentum nostro deserviat, illud inferere in presentem librum, & illud aliquibus glossis commentare, & ejus tenor jam insertus est, & ejus verba recitata, & incipit commentum.

**I**bi, ¶ in Procrimio. Se han fundado depositos de trigo. Latine horrea frumentaria, vel annonæ frumentariæ appellantur de quibus fit mentio, in tit. de cond. in pub. horre. lib. 10. & in tit. de erog. milit. an. & in tit. de frument. Constant. & in tit. de frum. Alexan. & in tit. ad leg. Jul. de anno. eod. lib. 10. & in aliis pluribus locis. Romæ enim erant plura horrea, in quibus non tantum frumentum sed gemma, aurum, & argentum, aliaque pretiosissima homines reponabant. Prefectum qui hæc apud se cura non esse timebant, ut in l. 3. §. effratura. ff. de off. prefec. Vigil. l. pig. 8. C. de pig. alion. & ex tit. de erog. milit. anno. lib. 10. etiam apparat. Sicque fuerunt fecerunt olim in singulis civitatibus Romani Imperii, ut apparet ex l. si. & ibi Bud. de mun. & ex Volph. Laz. lib. 2. Reipub. Rom. c. si. quem post hæc scripta vidi relatum per Castillo in politic. de governos, in lib. 3. c. 3. n. 3. ubi in illo e. plura circa hæc panis deposita scribit. Prefectus vel curator frumenti, venditor, mensor, distributor, sub prefecto annonæ, notarius, adjectus tritico, Parochus qui præbebat annonam, utque ait Horatius sermo. 1. & Parochi, qui dabant ligna, salenque, quos Porphyrio Copiaris dictos ait, & tamen eo nomine Ciceronis usus in 13. ad Art. epill. Artobazani filius venit, vult opinor Regnum aliquod à Cesare emi. Omnia enim Sestius nosse parochus publicis occupavit, quod quidem facile patior: verumtamen invito eum per litteras, ut apud me diversetur. Erat cum parochio, & opinator, qui exigebat annonam l. nisi opinatores. C. de exactio. trib. lib. 10. l. opinatores. C. de erog. milit. an. lib. 11. & Dardanus, & Theodorarius. Annona enim dicitur, omnis annuus fructus, qui ad victum pertinet, quare ad frumentum & panem quoque

diarium coctum extenditur. l. 1. C. de frum. ad vinum. & urb. cons. & alia edicta. l. 1. & l. jubemus. l. 1. C. de erog. milit. an. lib. 12. & pensiones. l. 2. & 10. C. de mun. civit. lib. 11. Salarium victus causa statum, ut in auth. ut iudicet sine qua. supra. §. igitur. collatioe. 2. & paleam & fenum, ut in l. 2. & in l. provinciarum. C. de erog. milit. an. lib. 12. & ad ligna ut per gl. in l. septem diebus eod. tit. Fulg. cons. 115. istud nomen. Erantque annonæ olim 7 militares, provincialis, municipalis, civilis, 3 sub qua civilis etiam panifica, ut in auth. de non alien. rebus Ecclæ. §. hæc ergo. inde & panis ecclesiæ. l. si. §. his illud C. de secund. nup. & l. si. §. si. C. de jur. dot. Annonæ enim istæ civiles liberalitatis gratia, ut plerumque à principibus populo, ut congoria donabantur, vel certis quibusdam personis, ut per Altiat. lib. 8. Parerg. jovic. cap. 5. de sic plurimum rerum annonæ & horrea apud Romanos ademptæ, de quibus in nostra Hispania solum frumentaria reperimus esse horrea, quæ positos vocat hic Legislatores, abbreviato nomine depositos, quæ ibi deponantur frumenta pro civium & aliorum sustentatione.

**I**bi, En tiempo de necesidad. ¶ Ob quam medendam præcipua Romanorum cura fuit, ne plebs sine laboraret, cui etiam ad eam, sine conciliandam frumentum, quandoque etiam villis dederunt, atque etiam donarunt. Populus enim famelicus nulli obediret, & inquietus esset, ut inquit Cassib. ubi sup. n. 1. 2. & 3. Et sic annonæ negotium hæc functione solitari debet, tempore famis & sterilitatis, ut obviam eatur divitum tyrannidi nam ut ait Theodosius Gothorum Rex, teste Callidor. lib. 4. var. Epis. 5. Tunc grande commodum est, cum indigentibus pacifica, quando famis solet totam contemnere, ut suam necessitatem possit expellere, nam cum ambitione se servat, proptermodum domare videtur, qui vendit rogatus, ad saturatos nec cum mercedibus certamen est. Instituit Augustus, ne plebs devocaretur à negotiis, frumentationis causa, ut in anno quatercentorum mensura restituta daret. Sueton. in Augusto. Erat autem restituta signum æneum in quo notum accipientis, & grani accipiendi quantitas continetur.

- vilis frumentum dari debet, aut de toto donationem facere. Et de origine panis fiscalis & quomodo distribatur. num. 3.
- 6 Testera que sit, & quomodo intelligatur in sine negro.
- 7 Stelastera & stelatura, unde dicatur.
- 8 Prefectus annonæ. & adiles cereales dicebantur iudices panis provisionis tempore Romanorum.
- 9 Quomodo interpretentur horrea Galliana.
- 10 Panis gradilis, unde dicatur.
- 11 Ad evitandam frumenti necessitatem collecta imponi inter vicinos potest. Et in hoc casu privilegiatus. num. 12.
- 12 Tempora necessitatis habentes pecunias, cogi possunt eas mutare Republica.
- 13 Forma provisionis necessitatis tempore.
- 14 An horrea annonæ sine depositis sint utilia, necne bene deserviant de eadem re. numero 16. & 17.
- 15 An taxa panis omni tempore, aut famis tantummodo Regno conveniat.
- 16 Disparitas de los revendedores, y las castelãs que hazen para enganar a los que compran dellos.

Procrimium.

**D**on Felipe, &c. Al serenissimo Principe don Felipe nuestro muy caro y muy amado hijo, y a los Infantes, Príncipes, Duques, Marqueses, Condes, ricos omnes, &c. Bien sabéis, que por nuestra mandado se han fundado positos de trigo, para la provision y sustentamiento en tiempo de necesidad, de que ha resultado mucha utilidad

y beneficio, especialmente a la gente pobre, y caminantes, en el tiempo que ay mas falta de pan, en el qual los dichos positos han proveído y proveer a justos y moderados precios. T aviendo entendido que ha avido exceso, y mucha desorden en la administracion dellos, assi en no aver avido buena orden en el comprar el pan a sus tiempos, como en el distribuirlo: y que en muchos lugares se ha conservado en provechamiento de los particulares, principalmente de los oficiales, tomandolo prestado, y dandolo a sus deudos y amigos, y meriendo en ellos el pan de su cosecha. Y otro que compra para venderlo en pan cozido, por de los dichos positos, al precio que mas caro sale, lo que verdaderamente se compra para ellos en diferentes partes y lugares: y conesse sin embiar a comprar pan para los positos, y a donde mas caro les salga, que de mas del gran daño que resulta a los pobres y gente necesitada, para quien principalmente se hizieron los dichos positos, por esta via se contra viene a la prematica en que por nos esta prohibida vender pan cozido, y usar de semejante trato y grangeria a los que no lo tienen por trato y oficio, y convierten en sus aprovechamientos particulares el dinero de los dichos positos, y lo que con licencia nuestra se toma a censo para comprar pan para ellos. T por imponer tanto al bien y beneficio publico de los Reynos subditos y naturales dellos, que dichos positos se use bien, y se conserven, y amenoren, aviendo se por nuestro mandado platicado en ello, por los del nuestro Consejo, y con nos consultado, ha parecido, que deviamos proveer y mandar, como por la presente nuestra carta y provision, que queremos ayajuerza de ley premativa, proveemos y mandamos lo siguiente.



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE BURGOS  
DIRECCIÓN GENERAL DE

# DECLARATUR

## HÍC PRAGMATICA, SOBRE LA

### Conservacion, y aumento de los positos, y distribucion del pan dellos, quæ est l. 9. titul. 5. libr. 7. Recopilat.

**I**N Cujus quidem declarationem, quia ejus procrimium non est traductum in hac recopilatione, prout traduci deberet, tanquam ratio finalis & causa concedendi hanc pragmatiam sanctionem, & ut etiam procrimium commentum nostro deserviat, illud inferere in presentem librum, & illud aliquibus glossis commentare, & ejus tenor jam inferus est, & ejus verba recitata, & incipit commentum.

**I**bi, ¶ in Procrimio. Se han fundado depositos de trigo. Latine horrea frumentaria, vel annonæ frumentariæ appellantur de quibus sit mentio, in tit. de cond. in pub. horre. lib. 10. & in tit. de erog. milit. an. & in tit. de frument. Constant. & in tit. de frum. Alexan. & in tit. ad leg. Jul. de anno. eod. lib. 10. & in aliis pluribus locis. Romæ enim erant plura horrea, in quibus non tantum frumentum sed gemma, aurum, & argentum, aliaque pretiosissima homines reponabant. Prefectum qui hæc apud se cura non esse timebant, ut in l. 3. §. effrastra. ff. de off. prefec. Vigil. l. pag. 8. C. de pig. alion. & ex tit. de erog. milit. anno. lib. 10. etiam apparat. Sicque fuerunt fecerunt olim in singulis civitatibus Romani Imperii, ut apparet ex l. si. & ibi Bud. de mun. & ex Volph. Laz. lib. 2. Reipub. Rom. c. si. quem post hæc scripta vidi relatum per Castillo in politic. de governos, in lib. 3. c. 3. n. 3. ubi in illo e. plura circa hæc panis deposita scribit. Prefectus vel curator frumenti, venditor, mensor, distributor, sub prefecto annonæ, notarius, adjectus tritico, Parochus qui præbebat annonam, utque ait Horatius sermo. 1. & Parochi, qui dabant ligna, salenque, quos Porphyrio Copiaris dictos ait, & tamen eo nomine Cicerone usus in 13. ad Art. epist. Attobarzani filius venit, vult opinor Regnum aliquod à Cesare emi. Omnia enim Sestius nosse parochiis publicis occupavit, quod quidem facile patior: verumtamen invito eum per litteras, ut apud me diversetur. Erat cum parocho, & opinator, qui exigebat annonam l. nisi opinatores. C. de exactio. trib. lib. 10. l. opinatores. C. de erog. milit. an. lib. 11. & Dardanus, & Theodorarius. Annona enim dicitur, omnis annuus fructus, qui ad victum pertinet, quare ad frumentum & panem quoque

diarium coctum extenditur. l. 1. C. de frum. ad vinum, & uris. conf. & alia edulia. l. 1. & l. jubemus. l. 1. C. de erog. milit. an. lib. 12. & pensiones. l. 1. & 10. C. de ann. civil. lib. 11. Salarium victus causa statum, ut in anto. ut iudicet sine qua. Siffra. §. igitur. collatioe 2. & paleam & fenum, ut in l. 2. §. in l. provinciarum. C. de erog. milit. an. lib. 12. & ad ligna ut per gl. in l. septem diebus eod. tit. Fulg. conf. 115. istud nomen. Eratque annonæ olim ¶ militaris, provincialis, municipalis, civilis, 3 sub qua civilis etiam panifica, ut in anto. de non alien. rebus Ecclæ. §. hæc ergo. inde & panis ecclesiæ. l. §. si. huiusmodi C. de secund. imp. §. l. §. §. C. de jur. dot. Annonæ enim istæ civiles liberalitatis gratia, ut plerumque à principibus populo, ut congoria donabantur, vel certis quibusdam personis, ut per Altiat. lib. 8. Parerg. juris. cap. 5. de lic. plurium rerum annonæ & horrea apud Romanos ademptæ, de quibus in nostra Hispania solum frumentaria reperimus esse horrea, que positos vocat hic Legillator, abbreviato nomine depositos, quasi ibi deponantur frumenta pro civium & aliorum sustentatione.

**I**bi, En tiempo de necesidad. ¶ Ob quam medendam præcipua Romanorum cura fuit, ne plebs sine laboraret, cui etiam ad eam, sine conciliandam frumentum, quandoque etiam villis dederunt, atque etiam donarunt. Populus enim famelicus nulle obediret, & inquietus esset, ut inquit Castil. ubi sup. n. 1. 2. & 3. Et sic annonæ negotium hæc functione solvendi debet, tempore famis & sterilitatis, ut obviam eatur divitum tyrannidæ nam ut ait Theodosius Gothorum Rex, teste Callidor. lib. 4. var. Epist. 5. Tunc grande commodum est, cum indigentibus pacifica, quando famis solet totam contemneret, ut suam necessitatem possit expellere: nam cum ambitionis servat, proptermodum domare videtur, qui vendit rogatus, ad saturatos nec cum mercedibus certamen est. Institutus Augustus, ne plebs devocaretur à negotiis, frumentationis causa, ut in anno quatercentorum mensura restituta dicit. Sueton. in Augusto: Erat autem restituta signum æneum in quo notum accipientis, & grani accipendi quantitas continetur

bator & sic Misorus in lib. orig. ult. c. 14. inquit testerae sunt quibus frumentorum numerus designatur. Atque Archadius & Honorius statuerunt panem fiscales, atque Mollitiam uno numero distrahī, imposita poena etiam illis, qui pro maiori pretio supplicati auti fuissent, in *l. an. de pretio pan. Hosten. lib. 14. C. Theodos. tit. 18.* & ut panis pro necessitate adimplenda conservaretur in militari annonā fiebat distributio per testeras, secundam præscriptum numerum dierum, bucellati, panis, vini, acetii, lardi, vervecinae carnis in *l. 1. C. de erog. milit. anno. lib. 12.* Cum testera enim poterat quis annonam tunc petere, & cum ea annonam habere videbatur *l. modius bove. l. 1. c. 1. de leg. 2. l. 1. C. de frum. Alexand. lib. 11.* aliquando ex privilegio septem dierum spatium, quodam alia species dabatur pro rebus quotidianis, & loco testerae communis, dabatur stellatissima, & illa distributio dicebatur stellatura. De quibus meminit Dec. de delict. 2. tom. lib. 7. c. 2. de fraud. anno n. 2. in quas species alia dabantur, & constitutum, ne in stellatura fraus militibus fieret, neque res illis majori pretio estimarentur, quam vendi possent in foro publico *l. septem diebus. C. de erog. milit. anno. lib. 12. l. specibus. C. de cohortal. l. 11.* & illa estimatio ab gratio dicta est annona araria, Alexand. Cesar. annonam militum diligentem inspevit, Tribunos, qui de stellataris militibus aliquid abtulissent, capitali poena affecti Lamprid. in Alexand. & Pescennius Imperator, Tribunos duos quos constituit stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliariis iussit. Ecce ergo quanta fuit apud Romanos cura ac diligentia, ne plebs fame laboraret, militisque annona conservaretur, & militibus provideretur, neque illis fraus fieret. Patet etiam antiquitas annonarum, praesertim frumentariorum, quam antiquitatem, ex Genes. de sumi c. 41. refert novissimè Castillo d. c. 3. *Petrus. lib. 1. n. 27.* ubi & inquit: quis primus horrea instituit. Primumque frumentum populo assignatum in modicum clarissimum fuisse, Mannium Marcium Adilem plebis astitit Plin. lib. 8. c. 3. & refert Tyber. Decian. de delict. tom. 2. lib. 7. c. 22. de fraud. ann. 8. cum sequen. idem alii quandoque fecerunt. C. vero Gracchus Tribunus plebis, legem tulit, ut semisse, & triente frumentum populo daretur, ut auctor est Florus, post eum M. Cato ad diminuendam. C. Julii Caesaris potentiam. 1250. talenta ad dividendum plebi mensuram frumentum quotannis impendi, suavit, ut per Plutarchum in C. Cesar. demum P. Clodius Tribunus plebs, auctore Afronio, legem annonariam tulit, ut frumentum populo, quoad ante semisse aris, ac triente, in singulos modios dividebatur, gratis daretur, fuerant viginti & trecenta millia hominum, qui hoc frumentum acciperent, quem numerum, C. Jul. Cesar ad 150. millia retraxit, ut per Tranquill. c. 41. & Dion. lib. 43. postmodum capta Africa iussit 20. myriades Modimorum Aricorum frumenti, id est, 200. millia ad alendum populum, Roman advehi, & olei librarum myriades 300. id est tricies centena millia, ut auctor est Plutarch. duosque Praetores, & totidem Adiles Cereales à Cere re nuncupatos instituit, ut post hoc refert Castillo, ubi supra: dist. c. 3. lib. 3.

num. 3. de su. Politica. qui hoc frumentum Romanam advehendi, & populo distribuendi curam haberent. *l. 2. §. capta. deinde Sardinia ff. de orig. jur. Augustus vero, & ipse iterum positus, unum ex ordine equestris annonæ præfectum elegit, cum enim rei frumentariae penuria plebs premeretur anno ab urbe condita 732. illi cum falsibus 24. occurrens dictaturam annonæque præfecturam obtulit, qui illa rejecta hanc accepit, ex Aegyptoque ducentis centena millia modiorum frumenti Romanam advehi curavit, & ut refert Sextus Aurelius, esse possent ferme decies ducenta quinquaginta millia sacorum frumenti: est enim molius quantum octo diebus ad unius hominis victum sufficit, & pendit libras 18. alii dicunt 10. Modinum est lib. 120. secundum alios 108. Suid. in verbo. Adfirmis. Re. fam. Palemon, de ponder. Bud. §. de asse. Duos etiam viros Praetorios creavit, qui preut usus exigebat, hoc frumentum inter plebem, gratuito, aut admodum vili pretio distribuere. Nam ut ait Tranquillus in Augusto, cap. 40. & 41. frumentum in annoza difficultibus saepe levissimo, interdum nullo pretio, vili tamen divisum est, horreaque Galvæ, ut præcipua inter plura alia nominantur, tam in descriptione urbis ante notissimam, quam à P. Vitore in tertia regione. Sed ipse legit horrea Galviana, quemadmodum & in hoc monumento antiquo scriptum reperitur. NUM. DOM. AUG. SACRUM fortunæ conservatrici horreorum Galvianorum M. Lolius Fortunatus Magister. S. P. DD. id est sua pecunia dedicavit. Dominus Augustus Theodosio Juniori, & Valentiniano 3. velut habet inscriptio, numini dominorum Augustorum dicatum est hoc simulacrum fortunæ conservatrici, quam horrea conservare opinabantur. Galvius unus fuit ex Ducibus Valentiniani contra Bonifacium Africa tyrannum missus circa annum 429. ut auctor est dist. Prosper. à quo Galviana horrea, que forte ille annonæ impleverat aut ad hunc usum Reip. traderat, sunt appellata, & ita putatur legendum, ut est apud Vitorem, Galviana vero à Galva Principe, vel alia ex ea familia derivantur, sed aliquo anterioribus temporibus mentio fieret. Magister autem de quo in supra dicto Epigrammate fuit Regionis 13. cum enim Augustus in Regionem, vicisque urbem divisisset, his ex plebe viros præfecit, quos magistrus appellavit, ut ait Tranquillus, in Augusto, cap. 30. Alius vero hic horrea Galviana interpretatur, in quibus frumentum populo dandum condebat, quorum ut supra dicta essent, hic curator percipiebat, nam de operum & edificiorum curatoribus agebatur, alius vero hic, & omnibus horrei frumentariis. Comes horreorum dicitur in *l. 1. tit. C. de pistor. prætoris*, qui gratia illa conservari paucemque plebi, & in plebis distribuendum consuevit providebat, de quo, & pragmatica, ac Regia lex nostra disponit etiam, ut ex ejus capitalis videbis, & cum frumentum de quo supra dictum est, ab Augusto præstitum, prætori decidisset, Nerva ferme quingentis millibus aureorum agrum emit unde pauperes alerentur, ut auctor est Dion. Max. Trajanus quinque millia impuberum ex publico aluit, Plinius in Panegyr.*

Panegirico, quem numerum & Adrianus, & Antonius auferant, ut Capitolinus memorat, & alimenta usque ad 18. annos pueris dederunt, *l. Mella. §. 1. ff. de aliment. & civ. leg. quod & ipsi primum à comodo pro annos novem intermissum, à Pertinace sublatum fuit, Capitolinus in Hertinace, alimentaria, inquit, compendia, que novem annorum ex instituto Trajani debebantur, obdurata verecundia sustulit, sed enim Severus Imperator ut in Helio, halo auctor est Lampridius moriens 7. ann. in Canonem Romanum reliquit, ita ut quotidiana 75. millia dipondiorum expendi possent, & ex *l. 2. C. de anno. civil. lib. 11.* centum viginti quinque modios frumenti præter solitum Canonem per singulos dies de præfenti, sexta indictione, ex die Kalend. Januarii nomine Parspenteumatis de horreis publicis hujus alimæ urbis insita nobilitatis liberalitate tribuimus: itaque dederunt postea operam publicatores Principes, ut frumentum pecunia publica comparatum in urbe abundare, panes & ipsi inter plebem dividerent, quibus Aurelianus, inquit Vopiscus, unciarum gradilis, frumentum enim ex Africa vehebatur. *l. 1. C. Theodos. Decret. frum. urbis Rome.* ac ducenta millia modiorum purga tritici, leviori pretio pistoribus vendebantur, ut plebs vilis emeret. *l. d. C. Theodos. & disti tritici,* sed cum panis fordibus duarum unciarum & semis pondus non excederet, cum mandum, & lex unciarum Valentinianus, & Valens fieri præceperunt, & nullo pretio inter pauperes distribui, quorum nomina aeneo titulo, seu tabula, cum modo panis, queque accipiebant, inscribentur Valentinianus, A. gradilis, inquit in *l. civis. C. Theodos. de anno. civil. & pan. gradil.* titulus figendus est aeneus, in quem & panis modus & percipientis nomen debet incidi, hunc titulum quandoque aream tabulam appellat in *l. 1. civis.* Panis vero vocabatur civilis, quia inter civis dividebatur, & gradilis, quoniam à Præfecto annonæ in alio tribunali ad quod per gradus ascendebat distribui consueverat, neque enim ex pristino, aut aliunde sumi poterat. *l. 1. C. Theodos. eodem tit. cum titulus sequentibus.* hunc creditor esse panem, qui uno nummo, id est, sextertio Archadio Imperante veniebat. *l. 1. C. Theodos. de pretio pan. Hostiensis.* porro Romæ pecunia à divitibus ad emendum triticum conferebatur quemadmodum & Constantinopol. *l. 1. C. Theodos. C. de frum. urbis. constan.* ubi ducenta millia modiorum empta pistoribus leviori pretio vendebantur, ut & ipsi vilibus plebi panem distraherent, ut in *l. 1. de frumen. urbis. Rom. C. Theodos.* ex pretio venditi frumenti, pecunia in aliud comparandum converterebatur. *l. ultima. §. iidem referent.* 5. ff. de administr. rer. ad civit. pertin. *l. 28. §. 1. C. §. qui annonam. §. ff. de mun. & honor. l. 2. §. ad frumentum ff. de administr. rer. ad civit. pertin.* Hæc omnia & panem gradilem inter plebem dividi, annonæ præfectus curabat, ut appareat ex *l. 3. §. 6. C. Theodos. de anno. civil. & sic Calios. in 6. in formula præfetti anno. Toti* inquit) itudii est ut sacratissime urbi præparetur annona, ubique redundet panis copia, & tam magnos populus, tanquam*

una mensa facietur, per officinas pistorum, cibisque discretis, pontum & mundiciem panis exigit, nec vile iudicium esse, unde re Roma possit laudare: & addit, Carpentum præfetti urbi unata glorificatione concedens: tu illi in spectaculis conjunctissimus inveniris, ut plebs, quam industria tua faciat, in suam reverentiam te honoratur esse cognoscat: nam si querela panis, ut affollet, concitetur, tu promissor libertatis seditiones civitatis momentanea satisfactione dissolvis: & subdit: Agentes res pistorum per diversas mundi partes annonæ præfecto subjectas esse usarias, & mox tribunali, ait, tuum non est inter minimas dignitates, quando & Romana gratia frueris, & provincis jura transmittis, triticeas quidem copias præfectura prætoriana procurat, sed non minor laus est dispensationem probabilem facere, quam frumenta colligere: sic Ceres frumenta dicitur invenisse. Pan primas consperfas fruges cosulle perhibetur, unde & nomine ejus panis est appellatus, ita & illa prædicata est, que reperit, & iste laudatur, qui decenter edenda humanis vobis applicavit, panis pondera æquos examinaret intendere. hæc ille. Cum vero Romæ conficiendo & coquendo pane pistorum non sufficerent, singulo quinquennio ex Africa novi pistorum Romam mittebantur, qui hoc officium ibi exercerent. *l. secundum. C. Theodos. de pistori. scholis & militibus ipse præfectus urbi officialium manu panem distribuebat. l. 8. §. seq. C. Theodos. de anno. civil. & pan. Gradil.* Vides igitur quanta diligentia, cura, sollicitudine Romani frumento urbem & alia loca & populos providebant, & qua forma & ordine distribuerebant, à quot annis horrea publica frumenti & aliarum rerum condita fuerit usque ad hojioria tempora, licet temporibus intermedii aliquando defecerint, hæc ut necessitas tempore frumenta & alia necessaria non deficerent عزیزique confisteretur, & occurreret, ob 11 quam evitandam collecta imponi potest: nam si publica annona, que vel ex publicis prædiis percipitur, vel ex pecunia publica comparatur, ut in *l. 1. §. secundo & seq. ff. de administr. rer. ad civit. pertin.* haberi non potest, quia Reip. prædia non habeat, neque 12 ararium, & urgeat inedia, hæc collecta, à qua nemo quantumcumque privilegiatus excusatur, quominus secundum ratam patrimonii conferre teneatur. *l. 1. C. ut nemi. lio. se excuset. in emp. Spec. lib. 11. Fean. Mar. decis. Delph. 542. n. 1. cum seqq.* ubi hoc onus dicit esse patrimoniale, & quod sic piores non excusantur, interest enim Reip. ne pauperes fame moriantur, quia sine pauperibus non est civitas perfecta *l. 2. ff. de modum.* silent enim privilegia, nec loqui debent tempore fame, & guerra. *l. pro tyrannibus. C. de privit. domus Augusti. l. 1. nam secundum Cicer. offic. lib. 2. non est dubium propter ararit tenuitatem tributum esse conferendum, ut omnes intelligant pro salute Reip. necessitati parendum, imo illud uti verissimum quotidie videmus fieri, scilicet quod tempore necessitatis præ habentes pecunias cogi possunt eas mutare Reipub. non sub usuris ut plerique faciunt, quia omni jure sunt proprie*

hibite, sed gratis & restitutionem spectare tenentur, donec fiat collecta, ex qua sibi possit satisfieri; secundum Guillel. de Cug. in l. 1. *nemine. C. de sacros. Eccl. argu. rex. in l. 1. C. de omni. ag. deserv. lib. 11. ubi expresse Platea & Melia, in prag. tassa pan. conclus. 1. num. 58. & sequenti. reuli hęc & alia in l. 1. tit. 25. num. 23. cum sequent. lib. 5. Recopil. Sed si civitas nolit collectam imponere, ut quia cognoscat apud cives locupletes esse sufficientem annonæ quantitatem, quam vendere differant, vel cariori pretio quam par sit distringere contendant, hic erit ordo adhibendus: <sup>14</sup> Primum providendum erit, ut quilibet secundum ratam facultatam, & bladum re-collectorum singulo die mittat in plateam ad vendendum certam annonæ mensuram, l. 1. C. ut nem. lice. in emp. Spec. se excul. lib. 11. secundum tertium intellectum, licet enim nemo cogi possit rem suam vendere, favore Reipub. potest, ut dixi in d. l. 1. tit. 25. n. 21. lib. 5. Recop. & sic inquit Salic. in l. 1. C. de Epif. esp. aud. quod valet statutum, quo quilibet mercator teneatur intra certum tempus præfentare præfectis annonæ tot lestaria frumenti, sequitur Martin. Laudin. in trall. de officialibus dom. vers. 23. & non solum cives, sed etiam comitatenses ad ferendam annonam, & victualia ad civitatem acceri possunt sicut compelluntur portare commectum ad exercitum. l. pro locis. C. de ann. & tribu. lib. 10. & tradit Melia in d. prag. tassa pan. conclus. 1. n. 37. 38. & 39. & 64. minus tamen gravandi sunt remotiores propter expensas quæ majores sunt ratione longioris itineris, ut videtur in d. l. pro locis, quam ibi notat Bar. pro comitatensib. qui quotidie gravantur deferre paleas, bladum, & similia, ut minus gravari debeant, qui longius exiunt & distant, & bene facit text. in l. 1. ubi Platea. C. de fundo limit. eo. lib. 11. & in l. memo. C. de ann. & tribu. lib. 10. viciniores ergo sunt primo gravandi, argum. l. quicunque idon. vers. illud. C. de omni. ag. deserv. lib. 11. secundum Plateam in d. l. pro locis, & bene pro hoc facit text. in l. siem. pers. C. de erog. mil. ann. lib. 12. & ibi notat Bar. quod Rustici non sunt compellendi deferre stramina, paleas, lectos, & similia militibus hospitalibus in loco distant ultra viginti miliaria: & si comitatenses non possunt supplere necessitatibus civitatis: vicini etiam alterius provincie possunt à superiore suo compelli portare annonam ad civitatem egentem, secundum Angel. in d. l. pro locis. per tex. in l. in nomine Dñi. C. de offi. præf. afri. & quia tempore necessitatis omnia debent esse communia. l. 2. §. sed si. ff. ad l. Redi. de just. & saltem isto casu relaxandus esset deventus seu prohibitio exportandi frumentum extra provinciam, argum. l. si quis per duntaxat. C. de aqua duct. lib. 11. & quod ibi notat Bart. ut autem exteri & civitates alliciantur ad portandum victualia in civitatem, poterunt ordinare, quod quicunque portaverit frumentum, vinum, & similia ad urbem, habeat pro suo labore duos grossos pro salmata. l. 1. C. de frum. Alaxa. lib. 11. item providebunt, quod deferentes annonam, & cetera ad victum necessaria, nullam ab incolis vim patiantur, neque pro*

repræhensis capiantur, neque tunc ratione delicti, vel contractus conveniantur, neque gabellis, portoriis, pedagiis ullavè impositione angariantur. l. 1. C. de naviculi. lib. 11. facit etiam l. 2. ff. de nudi. & Dapiz vigere statutum inquit Ripa de peste. tit. de remedi. preserv. contra pestem. n. 194. quod venientes die Sabbathi ad mercatum non possint pro aliquo debito publico, vel privato molestari, ut habetur in statuto de regimine potestatis, tit. 14. & hæc mihi iusta videntur, illud tamen de excusando à gabellis, pedagiis, portoriis per Regem inducendis, nullo modo fieri possit: existente licentia Principis, vides igitur quot & quanta inopia, necessitas ac inedia panis introducat, ita ut liceat patri ob famem filium vendere & pig-norari, ut per Covar. lib. 3. Varior. cap. 14. num. 4. & n. 3. Alia hujus propositi & supra dictorum referi, & Traque. de verat. tituli. l. 1. §. 26. n. num. 4. usque 28. multa scribit de necessitate famis, quæ omnia sic congesti, ut præ manibus habeantur, ne deinde sit opus tot libros revolvere.

Ibi. De que ha resultado mucha utilidad y beneficio, Si hæc verba referas ad sequentia, <sup>15</sup> in el tiempo que ay mas falta de pan, negari non potest, quin eo tempore, scilicet, famis & carellie, & inopia panis, deposita hæc atque annonæ horrea frumenti sint necessaria, & utilia, & ita jura de iis tractantia si bene consideres, loquuntur, & ex dictis in glossa præcedente decerpes: sed quod in omni tempore & sine aliqua distinctione necessitatis & inopie, ac carellie deposita hæc ubilibet, prout hodie, habeantur, & an utilia sint, hic pendeat, leges & Propheta, quibusdam enim visum est omni in tempore esse utilia ac necessaria frumenti horrea: tum quia providetur pauperibus, tum etiam quia laboratoribus mutuantur ad seminandum, tum etiam quia ad alias eorum necessitates succurrendas necessaria sunt hæc horrea frumentaria, nam dum egent, datur eis pecunia dictorum horreorum, ut tempore mellis panis pecuniam illam adimpleant pretio quo valuerit in mercatis sequentis mellis, secundum quod à l. 17. tit. 11. lib. 5. Recop. tempus hoc est limitatum, & sic necessitati lux succurrant, & quia inquit Castillo, in sua Politica lib. 3. c. 3. num. 1. & 2. de nihilo leges servantur in populo famelico. Alii vero sunt in contraria opinione, imo quod sint nociva dicta horrea frumentaria, tum quia successerunt, in locum revendorum panis, nam horrea hæc universum provincie panem colligunt, & nunquam debent perdere sed lucrari, hoc autem erat officium revendorum panis, quod erat maxime nocivum & sic prohibitum est per l. 18. tit. 11. lib. 5. Recop. & jam quod in prohibitione illius l. 5. hæc non continentur, ut dicit Melia in tassa panis, conclus. 1. num. 53. tamen negari non potest quin idem officium exerceant horrea hæc quod exercebant revenditores, licet isti sibi appropriabant, illa vero pro publica sublevanda necessitate: tum etiam quia laboratores rustici consili quod ex dictis depositis sibi mutuabatur panis ad seminandum. Panem ac triticum collectum

collectum statim vendunt pro supplendis excessivis impensis ab eo factis, quæ non facerent, si occasione hanc non haberent, prout cum desiccabat non faciebant: tum qui ante tempus vendunt panem seminatum pro habendis pecuniis ab iis horreis, & eorum administratoribus, & post non colligunt panem pro satisfaciendis iis pecuniis, & consequenter vendunt boves & aratra, & omnia alia bona & pecunias illas multoties ludunt, & expendunt in non necessariis causis, & sic pauperes fiunt, & culturam relinquunt, ut in propositum considerat Francisc. Marian. de cessione Delphin. §. 40. n. 2. Uterius etiam horrea hæc frumentum totius provincie colligunt, & eo recollecto penuriam frumenti causant, & per consequens non venditur in foro publico frumentum prout vendendum erat, si horrea & omne frumentum non recolligerent, quod si venderetur in publico, vilesceret & viliori pretio valeret, & cum deficiat necesse est ut carius vendatur, imo & fraudibus & technis occasio datur ut carius valeat in mercatis mensis Septembris: tum itidem quia cum adit pragmatica tassa panis facilius & ob quamlibet occasionem: viliori, ac minori pretio, quam à pragmatica constituitur, non invenitur, & sic videtur quotidie labefactari culturam, & rusticos laboratores in diem pauperiores fieri, qua de causa ultra tempus necessitatis & instantis famis horrea esse odiosa aliquibus visum est, & in pluribus locis & populis non habentur horrea hæc, sed solum in anno sterili cumulatæ pecuniis à divitibus populi five ad censum, five mutatis, emptio frumento pro illo anno & fame illius præservata, deficit annonæ, & pecunia suis dominis solvitur, quasi cessante fame cesset & depositum ob quam sedandam erat constitutum: hæc sunt, quæ pro una & altera parte solent considerari, quæ autem pars sit tutior & melior, aliorum melius sentientium erit judicium, in re enim tam gravem exiguum non est cur desideretur, & sic cogitandi locum relinquo, sicut & esset pensandum multum, si an Regno conveniret tassam panis omni tempore & in perpetuum durare, vel solum fieri cum famis timeatur & carellia, nam esse perpetuum plus incommodi quam commodi afferre credo, ut & voluit Navarr. in Manual. cap. 23. num. 88. quem refert Magis. Lopez in suo instruit. conscientia. 1. part. cap. 226. col. 2. pag. 559.

Ibi. Otro, que comprato para vender en pan cozido por de los dichos depositos al precio que mas caro sale. Quod solebant facere alio in tempore Dardanarii & panis revenditores, ementes panem, quem in provincia inveniebant, ea ratione ut soli postea pretio, quo vellent, eum vendere possent, in quos pena statuerat, aliquando enim relegabantur, interdum si & humiliores essent: ad opus publicum dam-nabantur, quandoque negotiatione privabantur, ut l. annotam. ff. de extraordi. crim. Et qui monopolium facit quo annonæ carior fiat, pena viginti aureorum puniebatur. l. uni. C. de monopol. & qui quicquam faciunt, quo annonæ carior vendatur, & qui dolo impediunt quominus ad civitatem deferatur. l. Julia. de Acredo in Recopilacionem. Tom. IV.

annonæ, tenetur. l. 2. ff. ad l. Julia. de annon. & qui impollutam faciunt id est, qui publice emunt annonam vel quid aliud pluris quam valet, ut ceteri eodem pretio ad emendum incitentur, tenentur crimine stellionatus. l. 3. §. 9. item si quis, secundum intellectum Bart. ff. de crimin. stellionat. & in hoc crimine incidunt quotidie illi qui habent panem venditum horreis publicis pretio quo valeret in mercatis mensis Septembris, secundum dispositionem dicit. l. 17. tit. 11. lib. 5. supra. nam & solent ipsi vel per alias personas ab eis supplicas panem in illis mercatis emere cariori pretio quam valet, ut sic testimonio habito ipsis depositis & administratoribus eorum præbeant panem antea ab eis venditum, & hæc de causa & ipsa deposita carius vendunt, quam venderent, si dicitur technæ & cautele non fierent, imo & si habebant illi panis quantitatem abscondunt illam in tempore illo, ut hæc forma carius vendatur, nam abundantia vel penuria cujuslibet rei pretium vilius vel, carius facit, & hæc pro proctio hujus pragmatice sufficiant.

Caput primum.

1. Pecunia depositi quomodo custodiantur.
2. Thesaurarii & receptores eligendi sunt, qui annonam & pecuniam frumentariam suscipiant. & in hoc casu nullus excusatur quantumcumque sit privilegiatus. num. 3. cum aliquibus limitationibus. Et quibus modis tenetur custodiam facere, numer. 4.
3. Non possunt Thesaurarii pecunias frumenti revincere ad suos usus, nisi per terminum à lege ista assignatum, & quomodo computetur.

Ibi. que en cada lugar ay un arca de tres llaves, hic est ordo conservandi depositi pecunias, sine quo facilius perditur, ubi enim non est ordo, deficit substantia, secundum Bal. in cap. 1. col. 1. qui success. tene. in usibus feudo. Hippol. in pract. §. secunda. n. 77. & de ordine servanda, plura dixi in mea Coria Pisanæ de decur. cap. 2. num. 12. lib. 2. ex mala enim administratione & ordine in rebus non servato multa mala proveniunt, & cito venit ad inopiam, qui non vivit ordinare, & ideo lex nostra in præfenti capitulo ordinem propositum, quo mediante pecunias horum depositorum conserventur, & non pereant, vel diminuatur, ut per Rip. de peste. tit. de Remedi. ad conserv. uber. num. 1. Lucas de Pen. l. 1. C. de frumen. ubi. constan. lib. 11.

Ibi. que en cada lugar ay un arca de tres llaves, ad conservandam enim ubertatem prius & ante omnia idoneos susceptores, qui annonam & pecuniam frumentariam suscipiant & custodiant eligere procurandum est, secundum Ripam de peste. tit. de remedi. ad conserv. uber. n. 1. ubi n. 2. §. 4. inquit, quod debent tales susceptores esse nobiles, prudentes, fideles, bonæ conscientie & optimæ integritatis, ex l. 1. C. de candid. in publ. horreo lib. 10. habere etiam debent rerum experientiam



C. de nov. cod. confir. §. sed cum sit necesse. Ex-  
perientia enim est rerum magistra, secun-  
dum text. in cap. quam sit. de elect. in 6. & in  
clem. 1. cum gl. de sent. excom. & in cap. anterior.  
2. quaf. 6. & gl. experientia, in cap. cupientes.  
ead. tit. & lib. & sic inquit Philosoph. natura po-  
tentem, ars facilem, usus promptum reddit arti-  
ficem, & cuilibet artificio præbet experientia  
nutrimentum, ut l. legatus. §. ornaticibus, de le-  
gat. 3. & sic inquit Vegetius de re militat. lib.  
secundo: omnes artes, omniaque opera quoti-  
diano usu, & jugi exercitatione proficiunt, &  
sic Doctor vel artifex non dicuntur effectua-  
liter Magistri sine practica, ex quo inquit,  
Boher. de disciplina Seba. Sine usu scientia  
parum, usus autem cum scientia multum. Et  
Ecclesiast. 34. dicitur: Vir in multis expertus  
cogitabit multa, & qui multa didicit, enar-  
rabit intellectum: qui autem non est expertus  
paucas recognoscit. Et in cap. stare in fi. 7. quaf.  
1. ab expertis dicitur esse requirendum consi-  
lium, & text. in aut. quib. mod. natur. effici. leg.  
§. illud quoque & in aut. de iud. & quia vero,  
probat multa ex rerum experimento cognosci:  
ex quo mirandum est quomodo aut qua ratione  
eligantur in iudices tam majores quam minores  
homines in experti, sine practica, multoties sine  
scientia, ex quo plurimi causantur errores, plu-  
rima iniustitia, pluraque mala proveniant,  
qua de causa in nostra materia susceptorum  
annonæ publicæ experientia desideratur: imo  
& juramentum esset ab eis extorquendum omni  
dolo, & fraude remotis injunctam sibi sollici-  
tudinem peracturos. l. per hæc. C. de ergo-  
mili. an. lib. 12. prout & jurat tutor & cura-  
tor, ut in aut. ut hi qui oblig. se perbi. ha-  
be. res mi. §. fu. Tradit Bart. in l. legitimos. ff. de  
legit. tuto. idem facere debere, licet non utantur  
executores testamentorum, inquit Consul-  
tus in l. de creationibus. C. de Episcop. & Cleri.  
& Rectores hospitalium, ut in Clem. quia  
congruis de relig. dom. jurant etiam iudices, in  
aut. jus jurand. quod præf. ab eis in princip.  
quod juramentum etiam notarii subire tenentur.  
c. ad audientiam. de prescript. sed quia negligetia  
hominum quotidie major est, ideo simili-  
lia juramenta facere susceptores hos in præsentia  
nostra constitutione non jubetur, ne perjuris  
ocasio præbeatur, & justè, sufficit enim po-  
nis nostræ legis & similibus negligentes & de-  
linquentes puniri.

3 Ibi. ¶ Que para ello seran non brados. A quo  
neminem excusari, inquit Castillo, in Politi-  
ca de Corregidores. lib. 3. cap. 3. n. 34. in medio.  
Ibi. Jussumente impedido. Pura morbo, vel  
convalescentia morbi, vel necessariâ absentia,  
vel morte uxoris, aut filii, fratris, vel foro-  
ris, vel incarcerationis & similibus judiciorum  
impedimentorum, culpa enim in impedito non  
est dampnabilis, ex text. in cap. 1. de iudic. & in  
cap. qui a diversitate. de concess. præb. & ibi Docto-  
res, & Ripa, in eodem cap. 1. n. 28. nam & à  
contumacia excusat iustum impedimentum l.  
contumacia. §. penam. de re iudic. & alia plura  
jura allegata per Tyb. Decian. respon. 14. n. 16.  
vol. 3. ubi dicit ex l. thesturnus. ff. ad exhib. & c.  
1. 2. 2. diff. quod juramento probatur impedi-  
mentum, & in n. 39. inquit ipse Decian. quod ex re-

liquis præcedentis morbi dicitur quis impe-  
ditus, cum facile possit in præcedentem imo  
pejorem morbum cadere. Dæbetque esse ju-  
stum impedimentum, ut excuset, ut notat gl. in  
c. 1. de erat. & qualis. quam & alius ad hoc  
allegat Tyber. Decian. respon. 8. n. 186. volum.  
3. prout sunt illa à me supra in prin. hujus  
gl. specificata, dum tamen non sint ad hoc pro-  
curata, tunc enim nocerent potius, quam pro-  
desse, cum ipsi susceptores per seiplos, non  
existente legitimo impedimento, injunctum  
munus horreorum & annonæ inspicere tenean-  
tur, ex l. 2. C. de cond. impub. bor. lib. 10. Sed  
quid si substitutus hic delinquat in commissa  
sibi administratione, an punietur ipse, vel sub-  
stituentis eum? & videtur mihi dicendum, ¶  
quod si commissarius hic substitutus deliquit  
circa facta hæc horreorum, tenebitur cum  
substitutus, nam licet tutor unius magni patri-  
monii, vel aliquis alius positus in magna ad-  
ministracione excusetur, si negotio præponat  
aliquem sufficientem factorem, ut ex l. argen-  
tum. ff. commoda. notat Bart. in dist. l. 2. C. de  
cond. impub. bor. quem ibi sequitur Jacob. Re-  
bus. & ceteri. & Fran. Marc. decis. Delphina.  
542. n. 1. & facit 1. C. de cond. impub. bor.  
lib. 10. tamen, quoad providendum circa facta  
retracta, & domus reparationem non excusatur si  
subditus non reparaverit, ex d. l. C. de cond.  
impub. bor. ubi Bart. & alii notant, & Fran.  
Mar. decis. Delphi. 541. n. 2. & Rip. de post. tit.  
de remedi. ad confir. ubert. num. 13. & 14. nam  
secundum eum, ibi num. 11. & 12. quoties  
susceptoris negligentia quicquam ex publica an-  
nona perierit, ad dampnum ipsius referendum  
est, maxime si pluvius silivicio cadentibus fru-  
mentum fuerit devastatum ex d. l. 2. est enim  
administrator in maxima culpa & negligentia  
si domos & horrea non inspexerit & retracta  
reparari non fecerit, in tantum, quod non erit  
excusandus, etiam si idoneum factorem ad cus-  
todiam dimiserit, quia retracta inspicere  
debet per seipsum ut ibi videtur per Impera-  
torem, & clarius per Bart. explicatur, secus  
vero si susceptor hic impeditus sustinuerit  
alium pro nominis recondendis in arcem trium  
clavium, si substitutus hic communiter re-  
putabatur diligens & idoneus excusabitur, ex  
text. in cum. §. final. ff. commod. & in l. 1. C. de  
peri. nominator. lib. 10. & in l. 1. §. quod si  
satis. ff. de magist. corve. facientque dicta per  
me in l. 13. num. 6. cum. 3. sequunt. tit. 9. lib.  
3. supra, & à contrario si idoneum & sufficientem  
substitutum non elegerit, ipse substi-  
tuens tenebitur, quia negligenter amico qui  
rem constituendam dedit, de se queri debet.

Ibi. No lo pueda tener en su poder tres dias  
enteros. Nota verba hæc, & præsertim negati-  
vam; illam, no, junctam cum verbo, pue-  
da, quæ quidem inducit impotentiam, ut dixi-  
mus, in l. tit. num. lib. 3. sepp. ita ut sic per  
tres dies integros non possit retinere pecunias  
depositi frumentarii, & consequenter dies ille  
in quo pecuniam recepit, computandus est in  
termino, nam licet de momento ad momen-  
tum terminus juris currat: id tamen verum  
est nisi aliud exprimat, ut dist. in l. 4. tit. 4.  
lib. 7.

lib. 7. supra. num. 6. & cum in præsentia per  
tres dies integros non sit retinenda pecunia,  
totus primus dies receptionis computabitur cum  
aliis duobus sequentibus diebus, & ut dixi in  
d. l. 4. num. 12. computatur dies 24. hora-  
rum, more Romanorum à media nocte us-  
que ad aliam mediam noctem maxime ad ex-  
cusandam penam, & con. text. l. dis. C. de sus-  
cepto. Præposit. & Arcar. lib. 10.

## Caput Secundum.

1. Frumenta custodiuntur in domibus concilii, ci-  
vitaris, & non alius, & rationem assignat.
2. Susceptores non possunt in horreo annona depu-  
tato aliquod frumentum privatum repo-  
nere.
3. Pana imponitur in hac lege contra æconomos  
& susceptores, & dominos habentes frumen-  
ta in horreo publico, & in quibus casibus  
possunt panem istam vitare.
4. Disjunctiva. O, Regidor, Diputado, an com-  
prehendat iudicem ordinarium, vel tantum  
Decurionem. Pro utraq. parte discuti-  
tur.

Ibi. Aya casa de panera, adonde se meta el  
pan. Alter enim si domibus privatorum im-  
mitretur, merces pro domo illa est tribuen-  
da dominis harum domorum, & sic carius  
venderetur triticum, insuperque in majori  
periculo constitueretur, quam si in propriis  
domibus constitutis ad custodiam frumenta-  
riam & impubliis horreis introduceretur, &  
sic ordo servatur, quo ordine servato crescit  
patrimonium, aliter enim perditur cito, ut  
inquit Plat. in l. 1. C. de frumen. urb. constan.  
lib. 11. ubi Jacob. Rebus. num. 3. inquit,  
quod ponitur casus, quod in qualibet civi-  
tate reponitur frumentum commune in una  
domo, ut tempore necessitatis distribuatur per  
homines civitatis, & refert Fran. Mar. decis.  
Delphin. 542. num. 3. qua de causa horrea  
publica essent construenda, ut ibidem fru-  
mentum reponatur custodiendum.

In eod. c. 2. ibi. En la qual dicha casa y pa-  
nera della no se ha de meter otro ningun pan.  
Non enim possunt susceutores annonæ publi-  
cæ in horreo tali annonæ deputato aliquod  
frumentum privatum reponere. l. frumenta.  
C. de suscepto. præf. & archa. lib. 10. ubi  
Reb. inquit ibi esse text. contra rusticos, qui  
ponunt archas in Ecclesiis, & Jo. de Platea  
ibid. inducit illum text. contra Massarios, qui  
in terris domini intromittunt aliena anima-  
lia, quia non possunt hoc facere sine licentia  
domini, facit text. in l. mi. C. ne quis one. pub.  
impo. ubi nata prohibetur in navi deferente  
publicas species imponere quicquam quod  
sit alicujus privati, & illum text. inducit  
Bart. contra eos qui in dorso equi conducti  
superimponunt valisiam, sive malam, aut fo-  
cium, vel quodlibet aliud, quia non pos-  
sunt, & si equus deterior fieret, tenerentur  
ad damna, & interese, quod tamen ego  
intelligo, si onus illud equo impostum esset  
nimis grave, ob quod equus deteriorandus om-

nino esset, secus vero aliis, & sic quotidie  
superimponitur dorso equi onus conveniens,  
non vero excessivum: nam ex excessivo tene-  
retur imponens ad dampnum inde secutum, se-  
cus vero si esset conveniens & consuetum.

In eod. c. 2. ibi. El dueño, O dueño dello le a-  
yan perdido. Verba hæc intelligo, vel cum pan-  
nis privatus immixtus est ejusdem depositarii,  
ac æconomus talis horrei publici, vel si est al-  
terius personæ, est introductus cum consensu  
& scientia hujus personæ, vel jam quoddam  
talis persona & dominus panis privati est igno-  
rans, depositarius panem illum imminens est  
dives & sufficiens ad solvendum pretium illius  
panis domino ejus ignoranti ibidem esse im-  
mixtum, in quolibet enim horum casuum pan-  
nis amittitur, sed si depositarius hic non  
esset sufficiens, ad illum solvendum: tunc  
dominus panis illius ignorans immixtionem re-  
stituatur adversus dispositionem hujus nostræ  
legis & panem suum recuperabit, secundum  
quod dixi in l. 25. num. 22. & 23. tit. 18.  
lib. 6. supra, & tunc ignorantia præsumitur:  
vel saltem juramento domini probatur: po-  
terit tamen probari contrarium, ut ibidem  
dixi num. 24. & in hoc casu cum dominus  
panis restituatur, depositarius non habens bo-  
na, punietur aliqua pena, vel fidejussor ejus,  
aut nominatores, si neque fidejussor est sol-  
vendo, tenebuntur solvere æstimationem ta-  
lis panis domino ejus ejus dictæ restitutio-  
nis reddito. Sed cui applicabitur panis hic  
perditus, vel ejus pretium, & crederem,  
quod ipsi annonæ, cui præjudicium inferre  
procurabatur per depositarium, vel dominum  
panis hujus privati. Neque obstat capitulum  
15. nostræ legis, dicens penas ejus in qua-  
tuor partes dividendas, cameræ, annonæ,  
judici, & denuntiatori: quia loquitur in  
penis, quas incurritur persone illæ, quæ con-  
traveniunt huic legi, & sic in præsentia capitu-  
lo, in iis verbis, Le ayan perdido, non habet  
locum hæc distributio, sed tantum in pena  
decem mille marapedinorum, & hoc vide-  
batur dicendum prima facie: sed consideratis  
verbis dicti capituli 15. omnes personas con-  
tra facientes respicientes, etiam in pane hoc  
amisso fiet, hæc distributio, quæ fit in dictis  
decem mille marapedinis, quia amisso & panis  
privatio pena est.

In eod. cap. 2. ibi. Y el dicho depositario, o  
Regidor deputado. Nota disjunctivam illam, O,  
quia quidem significatur, unos tantum decem  
mille marapedinos esse solvendo, neque reco-  
tori depositarium decem mille solvere, & reco-  
tori alia decem mille, sed unum decem mil-  
le per unum ex eis est solvendum, & sic uno  
solvente alius liberatur: Sed contra hæc videat-  
ur facere verba sequentia, dum dicitur, De  
cada diez mil maravedis. Quasi velit dicere  
per illam dictionem, cada, quod dictio distri-  
buitiva videtur: & sic quod ad ambos, de-  
positarium videlicet & rectorem, referatur, &  
consequenter unusquisque eorum solvat decem  
mille, sed quia hoc videtur makum repu-  
gnare naturæ illius adverbii, O, de cu-  
jus natura est, ut sufficiat unam partem esse  
veram, & quia mitiorem penam debemus  
eligere.

eligere. Cederem una tantum decem mille deberi, & esse solvenda per depositarium, si ve per rectorem, solvens tamen poterit ab alio recuperare dimidiam mille partem: quia uterque est in culpa, cum uterque habeat suam clavem, neque immitti possit panis, nisi ambobus videntibus & scribentibus in suis libris, & sic equalis est quoad eos culpa, panis tamen privatus immittitur in annona, si est unius eorum, iste solus perdet illum, neque recuperabit partem ejus ab altero, & sic militi videtur dicendum circa hanc, & sic meo novae considerationes, quarum occasio non tolleret Legiflatorem, si haec, prout posset, clarius disponeret.

Caput tertium.

- 1 Per quas personas erit nominandus economus susceptor annona. Et medicus, syndicus, & professor civitatis. n. 2. Et an major pars sequenda sit.
- 4 Si decuriones nolunt, vel negligunt custodes deputare, quid erit agendum per dominum loci, aut judicem ibi positum.
- 5 Rectores, seu decuriones tenentur economo, seu susceptorum salarium assignare, seu erit si ipsi rectores officium in se suscipiant.
- 6 Quando aliquis tenetur dare fidejussorem, non sufficit juratoria cautio, & quomodo intelligatur.
- 7 Executio contra susceptorem facienda est, antequam deventur ad decuriones eligentes, seu nominatos dictum economum.
- 8 Oeconomus nominatus, si tempore nominationis sit idoneus, & postea constituitur in pauperitatem, non tenetur nominatores, seu decuriones.

**I**bi. El depositario que assi se nombrare. Sed per quem nominandus erit depositarius, lex nostra non declarat expresse, virtualiter tamen, si cum decurioibus civitatis & loci committat annonae ad nominationem, & consequenter committere videtur officialium ipsius annonae ad nominationem: nam propter unumquodque tale, & illud magis, authentica multa magis C. de sacros. Ecclies. & cui committitur aliquid exercendum & agendum censetur committi omne illud sine quo exerceri non potest, ex text. & ejus materia, in l. cui jurisdictionis ff. de juris. em. jud. Item & quia nominatio officialium habentium nudam administrationem bonorum ipsius Reipublicae, vel nudam custodiam corporum, & ut sunt syndici, medici, thesaurarii, professores, custodes annonae, & similes ad decuriones civitatis spectat. l. 2. & l. nominatio. num. C. de decurio. lib. 10. l. item eorum. ff. de decurione. ff. quod cuiusque universi. nom. Sicur & competit decurionibus electio custodum civitatis, & clavium, ut per Ripam in dicto tractatu de peste. titul. de remedi. ad conserv. uber. num. 184. cum sequentibus pluribus, & ad hanc nominationem, & electionem faciendam, debent adesse personae, quae secundum mores civitatis adesse solent, & cessante consuetudine, vel statuto,

secunda est forma, de qua in dict. l. nominationum. C. de decurio. lib. 10. ubi Lucas de Pen. notat, & vocanda sunt ad forum tube, vel campanae, prout mores fuerit. ut in l. observare. C. de decurio. lib. 10. & in tempore signato, ut haec adducuntur per Avendan. cap. 19. prator. numero 14. per totum. spectandaque est & sequenda major pars nominantium, ut apparet ex dict. l. nominatio. num. & ex l. quod major. ff. ad municip. & ex aliis a nobis relatis in Curia Pisana. lib. 1. cap. Possuntque decuriones sic congregati aliquibus committere vires suas, ut si commissarii possint nominare & eligere, quia factum ab eis, censetur factum ab omnibus decurionibus, ex text. in dict. l. item eorum. ff. de decurione. ff. quod cuiusque universi. nom. quem ad hoc allegat Bar. in l. unius ex familia. ff. de familia de leg. 2. & Dec. conf. 543. num. 8. & Alex. conf. 232. vol. 6. Postuntque unum de se eligere, ut ff. de iure. & empto. l. ubi & gl. numerus. in dicta l. observare. debentque nomina eligentium & electi in albo scribi, ut l. 1. ff. de albi. scribi. notat Avendan. dist. num. 14. versio. item si electio est ardui negotii: vel debet dici secundum eum ibi, duas partes intervenisse, & quod major pars consensit, de quo & diximus in dict. Curia Pisana. lib. 1. cap. 2. num. 4. & 5. Sed quid si decuriones nolunt, vel negligunt custodes deputare, quid erit agendum per dominum loci, aut judicem ibi positum, & in hoc Ripa ubi supra. num. 201. duplici utendum est remedio. Primo, per pecnas & multas, & captis pignoribus, poterit compellere iudex consiliarios & decuriones ad nominandum custodem annonae, ex cap. pervenit. de immuni. ecclies. ver. compellantur. l. fin. in princ. & §. 1. ff. de mun. & bono. Secundo, potest iudex decurionibus praecipere, ut intra certum terminum habeant deputare custodes cum comminatione, quod elapso termino deputabit, & tunc si elabatur terminus consilio de negligentia decurionum iudex ipse poterit eligere & deputare talem annonae custodem, ex capite, irrefragabili. de offic. ordin. facti text. in l. si eo tempore ff. de remissio. pig. & in cap. 1. & per totum de supplend. neg. prator. Sed an huic custodi depositario erit praebendum salarium, & per quem Ripa, ubi supra numero 209. inquit quod sic: quia nemo tenetur suis stipendiis militare, & probatur ex nostro text. in presenti, ibi. Un salario moderato. Et solvetur ex bonis ipsius annonae, computabitur tamen in qualibet faneca frumenti salarium hoc pro rata, ut solvatur ab emptoriis frumenti, & panis cocti, ex text. in l. 1. §. inter personalia. ff. de mun. & her. & quia iustum videtur, ut custodes ab eis mercimoniis recipientes pro quorum salute laborant e. cum secundum de praben. & hanc opinionem approbati consuetudine testatur Rip. d. num. 209. & apud nos quotidie servatur, sed an excusabitur talis nominatus depositarius annonae publicae, & dicendum est excusari eisdem de causis, ex quibus excusaretur ab aliis officiis publicis civitatis, vel populi, de quibus

quibus dixi in rubr. tit. 14. lib. 6. sup. & traditur per Ant. Thelau. in decis. Delphi. 267. & diximus etiam in l. 1. tit. 1. numero 96. cum seque. aliquibus. cod. lib. 6.

In eod. cap. 3. ibi Al qual el ayuntamiento se señale un salario moderado. Horum verborum, al qual. faciendae est relatio ad illud verbum depositario, in principio hujus capituli positum, cui quidem depositario moderatum salarium per concilium decurionum est pro labore, & pro periculo obligationis signandum, ut in praecedenti glos. diximus, quod ego intelligo, quoties alium, quam unum ex rectoribus nominant Rectores in depositarium: nam si unum ex se ipsis in depositarium eligent, vel in deputatum annonae, nullo modo possit ei constitui salarium, nisi exiret civitatem pro emendo frumento, vel pro aliis annonae negotiis, nam tunc possit ei pro diebus itineris & absentiae constitui salarium, ut in terminis nostris inquit Mellia in pragma. rassa panis. conclu. 1. numero 68. cum §. seque. nimis enim grave & laboriosum esset Regem adire in singulis salarii deputantis in iis & similibus negotiis civitatis & populi.

In eod. c. 3. ibi. De fianças abonadas. Et sic cautio juratoria non sufficere, neque divitem depositarium excusare ad praestationem fidejussionum sufficientium, ex dictis per glos. Tomar. in l. 6. tit. 4. part. 3. & per nos in l. si glos. Sea preso, tit. 21. lib. 4. supra, & in l. 23. tit. 7. n. 11. lib. 3. supra, & quia ubi pro forma requiritur satisfactio (prout hic per legem nostram novam) & ex necessitate, non sufficit cautio juratoria, ut per Graves. conf. 31. num. 4. vol. 1. & Avend. in ist. De las excepciones. n. 36. vers. item sequitur. & ante eos. Jal. in l. 1. n. 23. limitatio. 10. ff. qui sat. dar. eogan. & quia ut ipse ibidem in §. limitatio inquit, ubi aliquis est praestandum per alium sub satisfactione, non sufficit juratoria cautio, secundum Molinam de primogen. lib. 2. c. 16. n. 44. & Roland. Valle conf. 43. n. 6. cum sequentibus pluribus. vol. 2.

In eo cap. 3. I si las fianças no fueren bastantes. Ergo executio requiritur prius quod fiat, quam ad decuriones nominantes depositarium deveniatur sicut in tutoris & curatoris nominatoribus requiritur etiam de jure, ex text. in l. adversus. C. de magistr. conveniend. Sed an debeant fidejussores esse solvendo tempore solutionis, vel sufficiat, ut decuriones nominantes depositarium excusentur, quod tempore nominationis, & depositarius & fidejussores sint sufficientes, & dicendum est sufficere, neque requiri, quod etiam tempore solutionis sint etiam idonei, ex text. in l. 1. C. de peri. nomina. lib. 11. & ex text. in l. 1. §. si magistratus ab iure & in l. quod ad heredes. ff. de magistr. conv. & faciunt dicta per nos in l. 13. num. 14. tit. 9. lib. 3. Recop. sicut si tempore nominationis non esset electus depositarius sufficientes, neque dati fidejussores, sed tamen essent tempore solutionis faciendae, sufficeret, nec tenebuntur decuriones, ex d. l. 1. ubi glos. ver. mutatum. C. de peri. nom. lib. 11. & quis teneatur probare fuisse, vel

non sufficientes, vide text. in dict. §. magistratus. in ver. probatio autem.

In eod. c. 3. ibi. Eseren obligados por ellos que se nombraren. Prius facta excussione in bonis depositarii, & fidejussorum ejus, ut in glos. praecedente diximus, imo ut ibi diximus si tempore nominationis essent idonei, licet post mortem, non tenebuntur decuriones nominantes, & ex text. abonadas. Dum loquitur, de presentis tempore, & sic si tunc sint sufficientes excusabuntur, qualitas enim illa, Abonadas, debet intelligi secundum tempus praesens, & intelligenda est, secundum tempus verbi, cui adjicitur, ex juris Brocardico.

Caput quartum.

- 1 Susceptores tenentur conficere librum & scribere annonam susceptam & pecuniam frumentariam.
- 2 Susceptor tenetur veritatem scribere & non elare, & quia pana puniatur contrarium faciens.
- 3 Partitas utriusque libri tenentur firmare, non solum susceptores sed decuriones nominati ad hoc faciendum.
- 4 Depositarius, non potest pretium ponere in pane cocto, nec in tritico, quia pertinet ad civitatem villam, seu populam.
- 5 Ordo in omnibus rebus est servandus & in hac lege interpretatur in frumenti distributione.
- 6 Decurionum consilium, an possit taxam in minus justo pretio imponere. Forensibus, seu vicinis & contra. n. 7.

**I**bi. Que aya dos libros. † Debet enim susceptoris annonae susceptae & pecuniae frumentariae librum conficere, quem aliqui breves appellant, in quibus scribantur quantitates specierum & pecuniarum, ut secundum illos breves fiat distributio annonae, ut probat text. in l. excellentia. C. de erog. mil. an. lib. 12. & text. in l. 1. C. de apoch. pub. lib. 10. & in auth. de col. in prin. nam qui tenetur reddere rationem, tenetur habere & ostendere librum & partitas hinc inde datorum & receptorum, & ostendere singulos actus administrationis, & reliqua restituere, secundum Soc. conf. 24. num. 38. vol. 1. & decis. Genua. 187. num. 2. & alibi, nos diximus, & sic tutores librum rationum conficere & pupillo reddere tenentur. l. 1. §. offic. ff. de tuto. & ratio. distrah. plura per Bac. de decima tut. cap. 2. num. 172. cum sequentibus. Sic & quilibet obligatus habitorum & gestorum rationem reddere, Codicem rationum conficere debet. l. si quis sub conditione rationum. ff. de stat. lib. facis l. inter cetera. §. 1. ff. d. lib. leg. aliis contra non confidentem librum jurari potest in iure, secundum Bald. in d. §. officio. & in l. Tutor. qui reperitur in prin. per illum text. ff. de administ. tut. Ita enim praesumitur contra non confidentem

cientem librum, sicut contra non conscientem inventarium, secundum Socin. *consil. 46. cum in present. 2. dub. lib. 1.* Tenenturque iidem susceprores, cuiuslibet annonam, vel pecuniam frumentariam deferenti apocham de summa recepta facere. *l. frumenta. C. de suscepro. & arcar. lib. 10.* cui apocham praestatur plena fides contra ipsam susceprorem, alio quod contra ipsam apocham non potest opponere exceptionem non numerate pecuniae. *l. in contractibus. §. quoniam. C. de non num. pecun. l. 1. C. de apoch. Publi. lib. 10.* ubi Ant. de Bar. & Joa. de Plat. inferunt, quod si Camerarius Regis, vel civitatis constitutus se debitum recepisse a debitore Regis, vel civitatis, illico debitor est liberatus, licet revera non solverit, licet in subsidium agi possit contra debitorem camerario non existente solvendo, de cuius dicti veritate videndus est Salicetus in *dist. 1. in contractibus. §. quoniam.* ubi optime distinguit.

**1.** Ibi *Assenten et pan. §. Veritatem* scribendo, & nihil celando, ut probatur ex *tex. in d. l. excellentia. C. de erog. milit. an. lib. 12.* & si aliquid omiserit scribere in dubium Republicae tenentur, ex *d. l. excellentia.* ubi DD. quem *tex. in hoc dicit singul. Roman. sing. 35 §. Postus ad scribendum,* ubi dicit, quod postus ad scribendum introitus communes si deficiat in scribendo aliquem particularem, sibi manus est amputanda, in *auth. de mandat. princip. §. coges.* sed si scribit diminutive, ita quod totaliter non omittit, tenetur in duplum ejus, quod omisit, ex *dist. l. excellentia.* & cum in non sint in presenti postus ad solum scribendum, sed ad plura alia eis incumbenda, ex nostrae legis dispositione, in duplum non in manus amputatione erit pena imponenda: & tradit Castillo in *l. 27. Taur. sub materia rationum reddend. in ver. quoad septimum. folio mihi 124. col. 3.* & hanc annonae descriptionem facere debent susceprores gratis, sine eo quod subdit aliquid pro ea scribenda praebent, ex *tex. in auth. de mand. princip. §. deinde comperent. ibi,* pro veritate necessarium, juncto §. illud tamen ubi, sed propter quandam occasionem.

**3.** Ibi *¶ Y entrambos firmen las partidas en entrambos libros.* Sic enim facile fraus inveniri poterit, si ambo non firmaverint partitas utriusque libri: ita ut si hoc factum non sit, utrumque teneatur ad damnum inde secutum annonae, & ad dupli penam, cum diminue scripserint, ex *dist. l. excellentia.* & ille qui innocens in effectu fuerit, id quod solverit, ab alio, qui culpam habuit, jus habeat petendi, ne unus pro alio puniatur: Ex iisque verbis manifeste deducitur depositarium hunc hujus annonae debere scire scribere, cum sua subscriptione utriusque libri partitas tenetur subscribere: & consequenter, videtur posse electum in depositarium nescientem scribere hac de causa se exculare ab officio hujus susceprore, sicut ex *l. 2. tit. 17. part. 6.* Tutoribus se excusandi causa praestatur, sed in practica nullo modo excusatur nesciens scribere a susceprore hujus officii: quia licet lex nostra id requirat, satis videtur subscribere ille, qui per se, vel per alium, si nesciat scribere, subscrip-

tiones has fecerit. Ibi *No puedan dar pan ninguno, ni poner precio en el.* Dicitur haec, *¶* in presenti non apponitur copulative, sed disjunctive, cum nihil horum depositarias possit facere, neque tradere panem, neque in pane tradito pretium apponere, cum id concilio civitatis de jure committatur, ut licet videre ex *l. 1. §. cura. ff. de offi. pref. ubi.* Ripa *de post. tit. de remed. praeser. fol. 16. n. 195. cum seq.* ubi an minus, quam valeat possit taxare, & intellige quod rectores taxant pretia victualium accumulativa ad correctorem, qui potest taxare & revidere taxarum ad querelam venditoris, vel procuratoris, populi, seu concilii, secundum *Bal. per tex. ibi in l. §. in aliqua. n. 5. ff. de offi. proconsul. & leg. Mellia in pragma. par. 2. el. 1. n. 52.* & ex nostra etiam lege depositarius, si aliquid horum fecerit, ultra damni restitutionem, arbitrariae puniri poterit.

Ibi *Sin orden, y mandado del ayuntamiento.* Bonum enim consistit in ordine, secundum August. in *lib. de natura hui.* Daque ordo rei perfectionem. *7. quae. 2. e. nihil.* & ex malo administrationis ordine crescit fumentum carissima, secundum Bar. in *l. 1. C. de frum. urb. consuet. lib. 18.* & ideo priores qui habent arbitrium super abundantia, possunt hujus nomine ponere ordinem, qualiter & quo ordine in civitate, & quantum frumentum possit vendi qualibet die & mense, secundum *Franc. Marci. decis. Disposit. 540. n. 1. & facit l. 1. §. cura carnis. ff. de offi. pref. urb. & que dicit Rip. in glos. praecedent. allegatas.* Unde quando frumentum est ordinatum pro annonae, sub pane cocto, non debet solvi frumentum pro annonae, vel pane cocto, ut in *dist. l. 1. C. de frum. urb. consuet. lib. 11.* unde inquit ibi Platea, quod prohibetur portare frumentum, extra districtum, non prohibetur portare panem, nisi facere in fraudem. *l. franc. ff. de legib. sed si prohibetur portare frumentum, bene prohibetur portare farinam, ut per Franc. Mar. ubi supra. num. 2.* & sic iure optimo lex nostra in his verbis ordinem & modum dandi panem & pretium constituendi frumento annonae Concilio civitatis relinquunt: ordo enim decurionum potest constituere pretium, modum, & mensuram, & taxare omnibus rebus vendendis. *l. fin. §. Episcopi. ff. de mun. & hono. & alia jura allegata in mea Curia. Pisana. de decurio. lib. 2. c. 18. num. 8.* Ubi ego in additione sub *licet. M. & in alia dixi,* & tradit idem Franc. Mar. ubi supra, num. 42. & Greg. in *synag. jur. 3. part. pag. 740 in fin. cum sequent. & an liceat majus pretium constituere forensibus, quam civibus, dixi in dict. cap. 18. Curia Pisana. num. 17.* & per Tyber. Dec. *respon. 55. n. 7. vol. 1.* ubi inquit, quod per statutum possit fieri, ut plus forensibus venderetur, & de istis etiam agit Rebus, in *2. rom. consil. Fran. tit. de hospit. consuet. 8. num. 14.* Et an possit Concilium decurionum in minus justo pretio taxam imponere, tradit Rip. in *6. glos. praecedent. allegatas, ubi distinguit, ex Bar. in dist. §. cura carnis.* & ex Abb. in *cap. 1. de emptio. & vend. quod aut subest necessitas, quia est tempus caritatis, & tunc taxare poterit*

poterit etiam minus quam valeat arbitrio suo, ut communem cum Bart. dicit *Mel. in prag. pan. concl. 1. n. 4.* nam tempore caritatis divites cogi possunt, non solum vendere minus justo pretio, sed etiam officio iudicis possunt compelli facere elemosinam, secundum *glos. in c. sicut. 47. dist. 1. & in cap. exiguntur. 1. q. 7. Abb. in cap. 1. de cler. ergo.* Imo & divitibus reluctanti bus elemosinam facere, liceret ipsis egenis furari & derobare pro necessitate viduus tantum *c. §. qui proper. de furt. c. discipulos de consecratio. dist. 1. Mellia in 7. prag. taxa pan. conclus. 1. num. 11. 12.* Aut nulla subest caritas, & tunc, aut taxare volunt decuriones triticum & victualia minus justo pretio, & non possunt, & ita loquitur *tex. in l. fin. §. item rescriptorum. ff. ad leg. Jul. de anno. Aut volunt taxare justum pretium, & prohibere ne carius vendatur, & tunc possunt ex *dist. §. cura carnis. & in dist. §. item Episcopi.* haec autem distinctio procedere poterit in pretio apponendo personis vendentibus frumentum, cibaria & alia similia in Republica, sed in pretio apponendo in expeditione frumenti publice annonae, nullo in tempore apponi poterit per concilium civitatis in minus justo pretio, ex nostra lege & pragmatica, maxime in *ejus cap. 6.* & sic practici communiter videmus quotidie: lucrantur enim & non perdunt annonae frumentariae, quapropter in dies magis discurat fortassis in pauperum detrimentum, & ideo maxima cum consideratione consilium civitatis debet pretium frumenti annonae constituere, ne annonae perdat, neque multam, sed moderate disticat, ne pauperibus detrimentum fiat, & ne carissima in populo constitatur, ut & inquit *Mellia in prag. taxa pan. concl. 6. num. 17.**

Caput quintum.

1. *Intelliguntur verba secus pragmatica, & bene.*
2. *Priores civitatis, seu decuriones possunt ordinare qualiter, quantum, & quo ordine vendi debeat frumentum.*
3. *Decuriones possunt nominare discursum, qui provinciam visitet, discurat & inquirat, & susceprorem qui enat frumentum, cum salario iusto.*
4. *Rustici non tenentur portare paleas, lectos, & similia militibus hospitalis, ultra 20. milliaria, & cum aliquibus limitacionibus num. 5.*
6. *Qualitates quas debent habere employes frumenti.*
7. *Praefectus annonae potest constituere salariam employaribus frumenti sine licentia Regi, cum adaptacionibus & limitacionibus, num. 8.*

Ibi *¶ Unos Ares de la cosecha.* Si iis verbis addiderent verba sequentia, a me considerata, scilicet, *Entendiendose que el año es esteril, y falso de pan,* justa esset ejus dispositio, sed iis verbis non additis perniciosam esse credo & causam caritatis panis, nam cum ante panes collectos a laboribus habeat eos venditos ad forum publicum, tempora messis, & postea

nullos est, qui afferat panem, & panis penuria causat carissimam, & consequenter nullo in tempore reperitur minori pretio taxae panis, ut experientia videmus, & sic supplicanda essent verba haec nostrae legis, dicto modo.

In *cod. c. 5. ibi, Acargo del qual ayuntamiento.* Ipsi enim concilio (ut ex glos. praecedente apparet) incumbit apponere non solum ordinem expediendi panem annonae, & pretium hujus panis constituere, sed & omnis alia annonae publice administratio, ut apparet ex nostra pragmatica, & ex iuris in glossis praecedentibus allegatis: nam (ut inquit *Bart. in l. 1. C. de frum. urb. consuet. lib. 11.*) priores civitatis possunt ordinare, qualiter, quantum, & quo ordine vendi debeat frumentum, & consequenter, quando & quomodo eni debeat pro annonae publice provisione, ut inquit *tex. nos. ter in iis verbis.*

Ibi, *¶ Nonbrar las personas que han de yr a comprarlo.* Pro conservanda enim annonae hoc facere potest civitatis concilium, sicut pro conservanda annonae ubertate possunt ejus praefecti, cum expediens videbitur, minore discursum, qui provinciam visitet, discurat, & diligenter inquirat quantitatem annonae & singulorum capitulum motumque describat, ut sciat an tantam annonae sit in provincia, quae singulorum necessitatibus sufficiat, an vero urgeat necessitas praevidendi aduersus inguentem ineam, qua nihil durius & populo perniciosius, *cap. 2. de obser. jejun. & ubi descriptione facta cognoverint non plus annonae in provincia esse, quam sic necessarium usus provincialium, poterunt edictum proponere, ne quis extra provinciam annonam deferat, sub poena quae eis convenire videbitur, valeat enim tale edictum, & observandum est poena contractacionis imminente l. §. qui post. C. de edif. privatis. l. eodem ferreo. in princip. ff. de publica & vetig. l. 1. §. 2. C. qua res expor. non deb. ut in proposito inquit Rip. in *trat. de post. tit. de remed. ad conservan. uber. n. 40.* cum duobus sequentibus. ubi a numer. 43. cum sequentibus pluribus, plures in proposito edicti prohibitorii annexit questiones, de quibus & in hac diximus pragmatica, an scilicet prohibitus frumentum extrahere, possit extrahere farinam, panem coctum, & alia similia: Sed an poterunt cogi comitantes, ibi deferre frumentum, & dicendum est, quod sic, sicut compelluntur portare comitatum ad exercitum *l. pro locis. C. de ann. & trib. lib. 10.* minus tamen gravandi sunt remotiores propter majores expensas ratione longioris itineris, ut dicitur in *d. l. pro locis* quam ibi notat Bar. pro comitantes, qui quotidie gravantur deferre paleas, bladum, & similia, qui minus gravari debeant, qui longius distant, & bene facit *tex. in l. 1. ubi Plat. C. de sum. h. miro. lib. 1. & in C. de ann. & trib. lib. 10. l. primo.**

vicinos ergo sunt primo gravandi, argumento *l. quicumque idemque ver. illud. C. de omni agr. deserto. lib. 11.* secundum *Plat. in d. l. pro locis & bene pro hoc facit *tex. in l. sent. fieri. C. de erog. milit. ann. lib. 12.* & si propinqui passibus viginti millibus possunt sufficienter providere de annonae necessitate, non sunt*

remotiores, ullo pacto vexandi. l. 2. de erog. milit. anno. lib. 12. & ibi notat Bar. † quod nulli non sunt compellendi deferre stramina, paleas, lectos, & similia militibus hospitatis, ultra viginti miliaria, sed si comitantes non possunt supplere necessitates civitatis, tunc vicini, etiam aliter provincie possunt à superiore iure compelli portare annonam † ad civitatem egentem, secundum Ang. in dist. l. pro locis. per text. in l. in nomine Domini C. de off. praef. atri. & quia tempore necessitatis omnia debent esse communia l. 2. §. sed si ff. ad legem Rhod. de jalt. & saltem isto casu relaxandus esset deventus, si prohibito exportandi frumentum extra provinciam: argumento l. si quis per ditium. C. de aq. dnt. lib. 11. & ibi notat Bartol. ut autem exteri alliciantur, & comitantes ad portandum vidualia in civitatem, poterunt ordinare quod quicunque portaverit frumentum, vinum, & similia ad urbem, habeat pro labore suo duos grossos pro salmata, Alex. l. 1. C. de frum. item providebunt, quod deferentes annonam, & cetera ad victum necessaria nullam ab incolis vim patiantur, neque pro repraesentis capiantur, neque tunc ratione delicti, vel contractus conveniantur, neque gabelis, portariis, pedagiis, ullave impositione angariantur l. 1. C. de navicul. lib. 11. facit text. in l. 1. ff. de nunti. ita Rip. in d. tract. de peste. tit. de remedi. praef. contra pest. n. 190. cum 4. seqq. fol. 16. & plus refert Mellia in prag. causa par. concl. 1. numero 1. cum sequentibus.

6 Ibi, Las personas que nombraren han de ser de quien se tenga mucha confianza, que lo daran con mucha fidelidad, y con el mas aprovechamiento del pofito que se pudiere. Copulativè procedit hic legislator, scilicet, quod personae hae sint fideles & maxime confidentiae, & insuper quod sciant id facere ad utilitatem possibilem depositi, & unum sine alio non sufficiat, quia copulativa utriusque copulati requirit verificationem, & sic fidelitas & experientia requiritur, ad haec adimplenda, & advertit ad haec concilium, quoniam ex mala electione, & nominatione tenebantur concilii nominatores talem eligentes, ut dictum remanet de electione depositarii, ad eorum tamen excusationem sufficeret probare sufficientem, & fidelem tunc reputari tempore nominationis, sicut & de depositario dictum est.

7 Ibi, A los quales se les dara un salario moderado. Licet enim Decuriones non possint alicui constituere salarium sine licentia Regia, ex l. 1. C. de prob. salarium & diximus in l. 13. tit. 9. lib. 3. supra n. 4. & Octavian. decis. Pedemont. 95. n. 26. & glol. penult. l. 10. tit. 28. part. 3. tamen in hac materia dispositum habemus de iure, quod praefecti annonae possunt eligere unum vel plures expertos & discretos viros qui pro frumento comparando se conferant ad alienas provincias, & eis sine iusta Principis salarium constituere, ex l. 1. C. de frum. Alex. lib. 11. & ita quotidie praticari inquit Mellia, in prag. par. concl. 1. n. 54. & tenet Ripa, in tract. de peste. tit. de remedi. praef. serv. contra pest. fol. 15. n. 186. & Avend. c. 10. part. n. 17. lib. 2. & hoc non solum si aliis per-

sonis extraneis à concilio Decurionum negotium hoc committatur, verum etiam si aliquibus de concilio, nam quamvis Rectores populi non possint habere salarium ob hoc quod operibus publicis construendis seu restituendis tantum assistant, seu praeficiantur, & quod illud restituere teneatur iure forti, & iure poli, ut per plura comprobant Dominicus & Fran. in c. statutus §. assessorum de rescrip. in 6. ita ut remissio eos non excuset à reali & vera restitutione, secundum eisdem, & alios relatos per Melliam ubi sup. n. 69. tamen secundum eum ibi n. 70. id intelligendum est quando intra vel prope populum quem regant illa fierent opera, seu aliis occuparentur secus autem si ad alia deputarentur negotia Republicam concernentia extra ejus terminos, limites, seu districtum, peragenda, in quo officialis deberet eques ire, aut cum oporteret aliquas expensas facere pro annonae frumenti, vel carniis emenda, vel pro legatione facienda: nam tunc populi concilium iudicis autoritate atque decreto potest in expeditione cujuslibet negotii taliter se habentis salaria administrantibus deputare pro exigentia temporum & personarum qualitate, secundum Lucam de Pen. & Plat. dist. l. 1. C. de prob. salar. & idem in tutore peregre proficiente inquit Mellia ubi supra num. 71.

Caput sextum.

- 1 Quomodo publica annona eroganda sit, & per quas personas.
- 2 Decuriones tenentur ratione sui officii gratis annonam inter vicinos erogare.
- 3 Decuriones debent inspectis sumptibus iustum pretium annonae imponere.
- 4 Frans est observandum in casu huius legis, & quod non mensuretur fideliter frumentum, & annona & quomodo hoc intelligatur, & forma, qua in distributione servanda sit n. 5. & frans dignoscatur & possit evitari. num. 6. & num. 10.
- 7 Decuriones tenentur resarcire, & restituere damnum in conscientia, si per negligentiam, vel malitiam pretium iustum panis cocti, vel tritici imposuerint in vicinorum praerudicio.
- 8 Si prohiberetur ne Decuriones possent vendere panem suum nondum collectum tempore Augusti pretio constituto à lege nostras: plura utilia sequerentur.
- 9 Per decurionem constituatur pretium frumenti cum consideratione. num. 3. idem in pistoriibus faciendum est & 10.
- 11 De eadem re.
- 12 In pane cocto & non in tritico nec farina distribuita facienda est, ut pauperibus majorem afferat utilitatem.
- 13 An possit vendi panis coctus majori pretio exteris, quam vicinis, bene discutitur.
- 14 Intelligitur littera pragmatica cum distinctione bona ad veram dubis & questionis interpretationem num. 13. & iterum quomodo sit distributio inter pauperes facienda. num. 15.

- 16 De eadem re.
- 17 Susceptor tenetur resarcire damnum si sua negligentia, vel mala administratione annona perderetur, per incendium sua causa casuum, vel per aliam rem.
- 18 Nova frumenta non emanant, nec comparantur nisi antiqua consumantur.
- 19 Renovatio frumenti facienda est, & in quo casu & tempore.
- 20 Mutare frumentum vicinis, & e contra quando, & quomodo fieri potest.
- 21 Decuriones possunt cum autoritate iudicis tempore fertilitatis triticum inter vicinos, aut mutare, aut vendere, & qua de causa hoc faciendum sit bene tractatur.
- 22 Vicini an teneantur reddere triticum in pecunia, vel in specie tritici.
- 23 Susceptores tenentur praestationem facere Decurionibus, ut debita sibi debita per vicinos recuperentur, alius ad restitutionem damni obnoxii sunt.

Ibi, Que el repartimiento y gasto del dicho pan, la justicia y regimiento pudiendose buentamente juntar, y donde no, la justicia y dos regidores por lo menos que para ello sean nombrados. Ad officialibus enim ad id deputatis specialiter, (quia actuarii possunt nominari) eroganda est publica annona, secundum Plateam, in l. ne dimisus. C. de num. & actua. lib. 12. per illum text. eligunturque erogatores ii eodem tempore, & eodem modo quo eliguntur depositarii, & susceptores annonae, & sic ii actuarii in principio officii idem praestabant iuramentum quod debent susceptores praestare, & uterius jurare solebant de iure antiquo, ex l. per hanc C. de erogatione milit. an. lib. 12. se propria manu & non per alium quemquam praefertim tempore caritatis, & necessitatis, sed apponuntur particulares personae, il facientes ordine ipsorum erogatorum, neque ad hoc erogatorum officium aliquis eligatur, qui sit in dignitate constitutus, ne ratione dignitatis fiat audacior ad fraudulenta publica utilitatem l. nemini. C. de num. & actua. lib. 12. notat Ripa, de peste. tit. de remedi. ad conserv. ubi n. 141. ubi n. 142. inquit praedicti erogatores officium suum exerceat, si nihil de novis fructibus tanquam prius, quam veterem erogaverint annonam l. 1. C. de cond. impub. hor. nisi frumentum novum incipiat corrumpi, & vetus non, tunc enim prius detraheatur ex l. si autem. §. qui legatorum servandorum, & ubi glol. ff. de ius. pos. legato. vel ut inquit Ripa ubi supra num. 145. miscetur corruptum cum frumento bono: ita enim fiet quod velata corruptio Republicae, à damno conservabit, ex dist. l. 1. C. de cond. impub. hor. Sic etiam oportuum est malum venenum miscere cum bono, quia hoc modo fit optimum antidotum l. quod sape §. venen. ff. de contrahend. emptio l. qui venenno. ff. de verbos. significo. Et si dicatur talem menturam in se peccatum habere, respondet Ripa ubi supra. n. 145. cum Platea, in d. l. 1. quod illa procedunt quando corrupta cum incorruptis taliter incorporantur, & dicitur in Rescriptationem. Tom. IV.

quod sciri vel discerni non possit mixtura seu fraus, tunc quia contrahens decipitur, peccatum est, secus quando mixtura patet, & cognosci potest, non enim tunc potest contrahens allegare dolum vel fraudem l. 1. §. si intelligatur. l. quaritur. §. si. ff. de adil. edl. De quo diximus in l. 3. tit. 5. lib. 1. sup. & in l. 8. tit. 18. lib. 7. sup. cum tamen mixtura hac panis corrupti cum bono facienda est ab erogatoribus annonae publicae, debet ita fieri, ne sit majore mixtio corrupti, quam est mensura boni frumenti, & quod corruptum non sit ita corruptum quod sit nullius utilitatis, ita denique debet pretium commenturari ratione framenti corrupti ut sit minus, quam esset, si non immisceretur corruptum cum bono: ad haec enim omnia debent boni erogatores annonae advertere. Errogatoresque ii debent esse prudentes, scilicet, quod sint discreti industrii & fideles. Clem. 1. §. sani. & ibi notat Card. & Imol. de heret.

Ibi, A cuyo cargo ha de ser esto. Scilicet, dictorum duorum rectorum nominatorum, debentque gratis id facere cum ex necessitate officii ad id teneantur, ut notat Plat. in l. 1. C. de delato. lib. 10. & satis eorum honor illis pro premio esset, & reipub. consuluisse, quodque qui tenetur aliquid facere gratis, & suis saltem expensis debeat facere, secundum Bart. in l. cum servus. n. 4. ff. de verb. oblig. idem Bart. l. ne servus. ff. de nego. gest. Camp. in tract. de doct. 1. p. previl. 16. Rip. l. 1. n. 90. ff. solut. matrim. sicut per Mell. in pragmat. par. conclus. 1. n. 68. & il regulare est in quocunque obligato, ex text. in l. sui victu. ff. de op. liber. in l. §. si non forem. §. libertus. ff. de condit. instab. & hanc notat Bart. regulam; communem vocat Jai. in l. cum servus. n. 4. de leg. 1. Baeca, de decem. tit. cap. 1. n. 17. & optime Bartol. Socin. consil. 26. n. 3. lib. 1. & si aliquid pro hoc recipitur, turpiter recipitur, & restituere tenetur, ut ex l. 1. C. de condit. ab imp. ven. probat Loazes in allegatione de multa 1. dubi. par. 163. cum seqq. in parvis, & iterum diximus in l. 1. tit. 4. glo. 2. per totum lib. 6. supra, etiam in Aviles, capit. prator. glof. abrogados; n. 1. aliud velle, & curiam quam allegat, scilicet Caviam Pisanam de Decurion. lib. 2. cap. 13. ubi & ego dixi in additione, nihil ibidem Curia ipsa de hoc salario tractat, ubi ex his dicit Rectorem civitatis in iudicem electum in causis decem milliarum morapetitorum, si iteratus est, non posse alios locum recipere: sic & iidem Rectores ii ad revivendas computationes & rationes annonae publicae, non possunt pro eis recipere salarium ab ipsa annona neque de publico nisi aliud sit constitutum, secundum Guid. Pap. decis. Dolsi. 68. relatum per Avendam. cap. 1. Pratorum. §. lib. 1. & haec vera nisi foras extra civitatem & membra ejus proficiatentur tales Rectores & Depurati annonae, nam tunc salarium eis est praestandum, ut dictum remanet supra in glof. a las qualter.

Ibi, Con el mayor beneficio y aprovechamiento del pofito que sea posible. Observandum est enim annonae rationem magistratibus habendam, ut non vili, sed iusto pretio veniat, quod & arguit Amianus Marcellinus, l. 22. historiarum, relatus per Petru Gregor. in Syntax. G g ij juris.

*juris. 3. part. lib. 36. cap. 30. n. 4.* nulla inquit probabilitate suscipitur popularitatis amore utilitati studebat venalium rerum, quæ non nunquam secus, quam convenit ordinata, inopia gignere solet & famem, quapropter justè dixit lex nostra commoditatis possibilis habendam rationem pro conservatione annonæ publicæ, & dicitur hic, *que scia possibile*, quasi cum maxima consideratione agendum sit, ita ut annona publica non minuatur ex vilis pretii constitutione, neque multum augeatur pretium cujuslibet fanecæ in detrimentum vicinorum & præsertim pauperum, sed omnibus consideratis pretium constituatur justum in argumentum, & non in diminutionem annonæ: cautio enim ad magistratus nunc politicos (maximè annonæ) esse debet, ut justis pretiis vendantur, singula ut frumenta, & ad victum potissimum necessaria quotidianum, prout inquit Petrus Greg. *ubi sup. num. 10. cum seq. aliquibus*. de quibus & in hac mentionem fecimus pragmaticis, & sic quotidie videmus Dardanariis (vulgo recatores) qui hostes Reipublicæ Darialii, quod lucrum justum pro revendendis minutatim rebus, quas emerunt, quod justus est ut fiat cum annona publica frumentaria.

Ibi, *Que en ello no aya fraude ni cautela alguna*. Fraudibus enim & malitiis obviandum est, & fiet fraus, si fideliter non mensuretur, & detur mensurandi minuta panificis sibi appropriando aliquid erogatores panis, prout ante pragmaticam tassæ panis utrarie fieri assere, Messia *ibidem conclus. 1. n. 48.* vel cum quadraginta panificis deberent dari certæ mensuræ, triginta tantum dentur sibi alia retinentes, vel dando unis & non aliis, vel si majore pretio detur unis, quam aliis, illud plus sibi usurpantes, annonam & enim publicam fraudate est, id agere, ut tandem carius vendatur, ad privatam ejus, qui fraudat utilitatem, ut inquit glossa in *l. vis certis. verb. annona. ff. de jud. fraudate etiam annonam, videtur dispensator annonæ, id est, cibariorum, quæ colebant dari militibus, si justam portionem singulis non tribuat, ut in *l. 1. C. de erog. milit. annu. lib. 12.* Unde inquit Aret. in *l. qui Roma. §. coheredes. ff. de verbor. oblig.* quod in hoc multum solers, & prudens debet esse iudex, ut videat si possit perpendere fraudem, quæ quidem fraus & dolus conjecturis & præsumptionibus probatur ex *l. dolan. C. de dol. & l. apud Celsum in princ. cum glossa. ff. de dol. mal. except. latè Menoch. de præsumpt. libro 5. præsumptione 3.* Ubi allegat Lucam de Pen. & Mascard. latus agentes, & in *lib. 1. præsumpt. 58.* ipse Menoch. alia describit, quæ conjecturis & præsumptionibus probantur, & sic Aurelianus Imperator gravissimas penas infligebat iis, qui annonam militibus fraudabant, ut scribit Vopisc. *in ejus vita.* veriisque penas puniebantur annonam gravantes: fuit enim lex Julia de annonæ, ut in *l. 1. Jul. de anno. qua puniebatur, qui quid faciebant, quo annona carior venderetur, vel qui impediebatur, quominus annonam in civitatem asportaret l. 2. ff. eodem.* Ubi viginti aureorum pena imponitur, item lege monopoli punie-*

bantur etiam, qui pacationem inibant, ut species & annona carius venderetur. *l. 1. C. de monopol. pena viginti aureorum, crimine etiam stellationatus puniebantur ementes annonam pluris quam valeat, ut ceteri & eodem pretio ad emendum inciderent, & sic pretium augeatur l. 3. §. item si quis, secundum intellectum Bart. ff. de criminis. stellationat.* extraordinariè itidem puniebantur, qui totam comerebant annonam, quam in provinciis reperiebant, ut soli postea pretio, quo vellent eam vendere possent. *l. annonom. ff. de extraord. crim. Ripa de peste fin. p. numer. 178.* imò & in conscientia tenentur relatare bonum commune & ex eorum malitia resultans, secundum Magistr. Fra. Lud. Lop. *in suo instructio. conf. 1. p. c. 226. col. pen. pag. 561.* ubi & inquit Rectores habentes taxare pretium panis cocti, si negligenter in hoc se habeant, teneri restituere damnum ex hoc factum; Dardanarii autem erant præcipuè illi, qui annonam onerabant, ut ex *d. l. annonom.* hæc referens inquit Dec. in *2. tom. de delict. lib. 7. cap. 12. de fraudan. annom. num. 7. cum 4. præcedent. ubi num. 14. cum 4. sequen.* plura describit specialia contra eos, qui annonam fraudantes vitæ totius populi insidiantur, & *num. 19.* quartè cum crimen hoc legis Julæ de annonæ, sit publicum, ut dicitur in *l. 1. in suo. ff. de pub. judic. & inter publica crimina titulus ille sit positus, quare tam levi puniatur delinquens nempe viginti aureorum, ubi num. 39.* in hoc propositum concordat leges, quæ contrariè videbantur, & *num. 120.* inquit etiam annonam onerare falsis ponderibus utentes, & *num. 21.* refert illud pro sublevanda annonæ rescriptum Severi, & Antonini, ut jus non esset ordini, cujusque civitatis pretium gravi constituere, ne scilicet, ipsi qui illo ordine sunt, nempe nobiliores plebem pro privato commodo in annonam gravare valeant. *l. final. in principio. §. 1. ff. ad l. Jul. de anno. l. non debere. ff. ad municip. l. Decuriones. ff. de administr. rerum ad civit. pertin. & sicut hoc justum erat & ita & esset hodie si prohiberetur ne Decuriones civitatis possent vendere panem suum nondum collectum, præstantum tempore æstus pretio constituto à lege Regia, cum ante tempus venditur, quæ ex *l. 17. titul. 11. lib. 5. infra:* nam ex anticipata emptione Decuriones sibi appropriant omnem pecuniam annonæ, ita ut pauperibus laboratoribus parum aut nihil pecuniarum superesse ipsis pro frumento suo dandam, quibus pecuniis necessitates presentes subveniant, vel saltem esset in hac distributione dandus ordo quidam, ut subveniri posset laboratoribus, sicut & Decurionibus.*

Ibi, *Que distribuya el pan a las panaderias* & personas que mas conviene, & mas diere por baneza. Intellige, hæc verba, *que mas diere por baneza*, scilicet, in pane cocto, ut sic panis coctus distribuatur prout in verbis sequentibus jubet distribuì, non vero quod pro fanecæ tritici detur id quod plus reperitur in pecunia: nam triticum, non debet in excessivo pretio dari, sed inaxato per civitatem habita consideratione pretii, quo emptum est, & expensatum, & cum aliquo moderato lucro cum pro pecunia

pecunia dandum est pistioribus ut ipsi suo periculo in pane cocto vendant, & istud fieri solet cum non adest inopia & penuria, sed ea existente datur pistioribus unaquæque tritici faneca, ut ipsi in pane cocto reddant depositario tot panes pro faneca præstanto, & in hoc, qui plures panes dederit præferendus est, & querendus qui plus det, & de hac forma dandi triticum annonæ loquitur istud capitulum in iis verbis: duobus enim modis solet pistioribus dari triticum annonæ. Primò vendendo ipsi pistioribus triticum annonæ pro tali pretio pro faneca moderato per concilium civitatis, ut ipsi pistiores suo periculo vendant illud in pane cocto pretio per civitatem inaxato. Secundò modo datur triticum ut vendatur in pane cocto per depositarium annonæ & deputatos ejus, vel alios ad id nominatos publico præconizando, ut qui plus panis cocti dederit pro faneca, ei detur, & afferatur, ad domum publicam & ad vendendum deputatam, ut ibidem pro ipso deposito vendatur: & in hoc secundo modo loquitur lex nostra, & in hoc secundo casu potest non solum dari pistioribus, à consilio designatis, sed etiam aliis quibuscuque personis meliorem conditionem & licitationem panis cocti offerentibus, ut apparet ex verbis his, quæ commentamus, quæ est optima limitatio ad pragmaticam taxæ panis, dispensentem, quod panem coctum nemo vendat, nisi sit pistior deputatus ad hoc, vel persona talis, quæ secundum qualitatem suæ personæ id potest facere.

Ibi, *Con el mayor beneficio, y aprovechamiento del pueblo que fuere posible.* Verè quæ diximus supra eodem in glossa *con el mayor beneficio*, & cavendo ne longi temporis brevis hora consumat, ut extra de *conf. cap. cum pluribus.* notat Lucas de Pen. in *l. 1. ad fin. C. de frum. urb. conf. lib. 11.*

Ibi, *Se distribuya y gasta en pan cozido.* Utilius enim & salubrius est in pane cocto, quam in frumento erogationem facere, ne si detur frumentum pauperibus, dispergant illud, & in alios usus convertant. *l. 1. C. de frum. urb. conf. lib. 11.* & sic capitulum obligatum ad dandum tot panes, & tot vini amphoras singulo die interessentibus, in divinis non poterit dare frumentum vel pecunias, secundum Joann. de Platea, in *ead. l. 1. & Franc. Marc. decis. 540. num. 1.* & Ripa de *peste. tit. de remedi. ad conserv. ubert. num. 147. ubi num. 148.* inquit, id male observare Canonicos Avenionenses: nam si panem & vinum dicim acciperent, quæ usui superessent, pauperibus præerogarent, sed quia frumentum recipiunt, ex pretio quandoque thesaurizant, & ex auro aurum quaerunt, quod & alii multi, ultra Avenionenses Canonicos faciunt, quod ut ibi inquit Ripa. *num. 149. cum duobus sequentibus.* non convenit viris ecclesiasticis, & quod aliâ facientes faciunt male, & contra exequutores testamentorum debent dare pauperibus panem coctum & dant in pecunia, notat Franc. Marc. *ubi supra n. 4.* ex quibus iuste lex nostra erogationem fieri jubet in pane cocto, quia de causa inquit Angel. in *l. anno. num. 5.* & Franc. Marc. *ubi supra n. 18.* quod caupones,

stabularii, & pistiores possunt emere frumentum & hordeum pro sacrum officiorum sustentamento, & vendere in minuto hordeum, & in pane cocto frumentum, quia eorum officium est necessarium & quod frumentum commune, (vulgo dicitur, *del pueblo*) potest ante dicta ratione mutuari, vel (ut melius dicas attende lege nostra) vendi pistioribus, & traditur faciunt panes ad sustentationem Reipublicæ, siquidem hoc etiam tendit ad expeditionem ipsius negotii, in quod reponitur & congregatur frumentum commune, refert Messia in *pragmat. tassæ pan. conclusione 1. num. 55.*

Ibi, *Se de el que viviere a los dichos caminos* & *7 vezinas pobres, y que mas necesidad tuvieren.* Ex æqualitate hac parificentem viatores cum vicinis pauperibus in erogatione panis cocti publicæ annonæ colligitur, non posse vendi panem coctum exteris plus quam vicinis, ut ex *cap. 2. de emp. & vendit.* tenent Doctores per me allegati in *l. 25. tit. 15. lib. 8. Recopil. & in mea Curia Pisana de Decurios. lib. 2. cap. 18. num. 27.* & tradit etiam Rebus. in *2. tom. conf. Fran. tit. de hospis. conclus. 8. num. 14.* & faciunt dicta per Tyber. Decian. *conf. 55. num. 7. vol. 1.* Ubi per statutum id posse fieri contendit, sed statuto sublato non potest id fieri, ut & inquit Castillo in *Politica de Conveges. res. lib. 3. cap. 4. n. 31. & 32.* quicquid velit distinguere Ripa. *de peste. 4. p. tit. de remedi. præserv. contra pest. num. 200. & 201.* Sed in tempore necessitatis, prout nostra lex in hoc capitulo loquitur, prius exteris, quam vicinis erit erogatio faciendâ, & ex ordine literæ nostri text. vocantis primo viatores, & sic exteris, videtur quod sic, tum ab ordine literæ, quod est validum argumentum in jure, ut per Bal. in *l. conventiculum. C. de Episcop. & Cleric. tam etiam quia ex ordine arguitur prærogativa, secundum glossa. in *l. ita quorundam. verbo. predicatum de electione in 6.* ut utrumque traditur per Everardum in *centuria locorum. loco 1. ab ordine literæ:* & sic exteri, qui in principio, & prius sunt nominati, videntur præferendi vicinis in casu nostri text. sed quia hoc iniquum videbatur, quia ex legum dispositione vicini exteris præferuntur, eo quod charitas bene ordinata à seipsis incipit, frumentis que annonæ regulariter expensis vicinorum construuntur, vel saltem populus ipse est qui constructioni earum adlitteratur, & locum præbet & ordinem assignat, & humos ac frumentum, ut providetur annonæ præbet, ideo nimirum si vicini præferantur, & sic videmus quod Theodoricus Gothorum Rex, ut reperitur apud Cassiod. *lib. 4. var. 34. Epist. Fausto præposito scribens, jubet, ut prius incolis secunditas frumentorum propria serviat, & rusticum Comitum Silaccatorum, scribit in *lib. 2. var. Epist. 12.* ipse Cassiodor. speciem lardi nullatenus jubemus ad peregrina transmitti, sed in suis nostris propriis divinitate serventur, ne quod in nostris partibus conficitur nostra negligentia desse videatur. Item quia si testator iuste bona sua distribuì inter pauperes, nec dicitur cuius loci debent distribuì inter pauperes illius loci, ubi domicilium testator habebat, ex *l. ff. quis ad* G g ij de-**

declinandum. C. de Episc. & Cleri. l. 20. tit. 3. par. 6. & ibi. De aquel. l. 1. alia jura allegat. ergo ne quod iniquum ex hoc resulet intelligendum est ordinem litterarum nostri text. non esse appositum restrictivè, & substantialiter, sed demonstrationis causa, neque aliud hic voluisse legislator intelligendum est, quo casu non curamus de ordine, ex text. in cap. auctoritate Martini. de concessis. prab. in 6. quem & alios allegat Everardus, ubi supr. vers. secundum quod volo ubi in fin. capituli, idem esse dicit, quoties apponitur ordo gratia exempli, neque est censendum legislator voluisse hic exteros vicinis præferre in erogatione annonæ publicæ. Et quæ publicæ annonæ per actuarios illis eroganda, quibus erogari debere mandatur Decuriones seuannonæ præfedi. l. huius scholaribus. C. de erog. milit. annon. lib. 12. in qua quidem erogatione tempore inopia & inedia ac carestia erogatores inquirere debent, quot & quales sint pauperes in civitate, & si facultates suppetant, pium est omnibus subvenire: est enim omnis donationis immensitas in pauperes mensura, ut in authentica de non alienand. §. finimus. quorum pauperum nomina, & singulorum habitationes in uno libro debent scribi, & cuilibet assignandi sunt unus, vel duo panes singulo die secundum vires reddituum ipsius civitatis, argumento l. fina. C. de frument. Alexand. qui panes debent per hominem ad id electum delicti ad habitationes ipsorum pauperum ne pro elemosyna pauperes maxime contagiosi discurrant urbem, & discurrendo alios inficiant. Sed si reddituum tenuitas obstat, quominus omnibus subveniri possit, solum describantur pauperes originarii ejectionis forensibus. l. fina. C. de annon. civil. lib. undecimo. secundum intellectum Bartol. communiter approbatam. Ex quibus ut dictum remanet executor testamenti prius pauperibus loci domicilio testatoris tenetur subvenire, quam alienigenis, & dicere solet Cicero, Potiores nobis sint cives quam peregrini: ex quibus multa appositum originarii & vicinis permilla, quæ forensibus sunt prohibita in l. 14. tit. 3. lib. 1. supra ad fin. legis, & sic valet statutum quo prius cives quam exteri vocantur ad honores & officia. l. ut gradatim. §. sic lege. ff. de mun. & hono. prout Veneti observant, quod si Respublica omnibus originariis nequeat succurrere, tunc infirmis & invalidis pauperibus prius subveniendum, ex dict. l. si quis ad declinandum. & ex authentico. de Eccl. l. tit. §. si quis autem unum fundorum, & data paritate, pauperibus magis dignis, secundum Joann. Andr. in capitulo primo. de testament. in novel. argumentum. l. cum quidam. de legat. 1. Frederic. cons. 282. factum tale est, & magis digni sunt, qui majoribus abundant virtutibus. l. 1. C. de annon. civil. & pauperibus monialibus magis, quam viris etiam religiosi, propter majus periculum. capit. 1. de statut. regni. in 6. & sic inquit text. in dict. l. 20. tit. 3. par. 6. quod pauperibus in carcere, aut hospitali existentibus subveniendum, & danda est elemosyna pauperibus relicta, quia nequeant foras exire ad eam procurandam: & potius pauperibus nobi-

libus, quam rusticis, & potius senioribus, quam juvenibus, capit. consideranda. 86. dist. 11. de erogatione facta inter cives, & inter eos prius inter pauperes, & eorum infirmis, & invalidis prius, & nobilibus antefendis, & eorum seniores juvenibus & moniales viris etiam religiosi, & carceratis præstabatur annona si de suo non habebant, ex l. judices. C. de Episc. aud. notat Alciat. Parerg. libro 1. cap. 17. Tum iis impletis exteris ibidem existentibus providendum est, ita latè colliges ex Ripam dict. vult. de peste. in vult. de remedi. ad conserv. ubertat. a numer. 1. §. usque ad 174. ubi multa infert, & eo citato per Melliam, in pragmat. taxa pan. conclusioe 1. num. 42. num. segg. pluribus, & late quomodo & quibus sit largienda elemosyna, vult per Lucam de Po. l. 1. C. de annon. civil. lib. 11. verbo. civibus. Et in summa Ripa ubi supra n. 175. inquit modum erogationis esse optimum, si ad tria erogator animadvertat, videlicet, ad honestum, necessarium, & debitum: nam assignare determinatam prelationis regulam in singulis impossibile videtur, quia singulares conditiones, que considerandæ sunt, dinumerari facile non possunt: erogatorum etiam doceat ratio, & prudentiæ consilium.

Ibi, 7. que mas necessitas invierem. Nam inter pauperes superiores præferre, & horum magis dignos: nam quoties causa pietatis aliquid pauperibus relinquit, pauperes eligendi sunt saltem in foro conscientie, secundum Dec. consilio 72. num. 3. de quo alibi in consiliis meis latius videbis Deo volente.

Ibi, 7. de los daños que por ello vinieren. 17. Nam si ubi susceptoris negligentia quidquam ex publicæ annonæ aperuerit, susceptor tenetur recedere instar tutoris, ut in l. 1. C. de condit. impub. horreo. reticet Mellia, in pragmat. taxa pan. conclusioe 1. numero 72. Ripa de peste. tit. de remedi. ad conservand. ubert. fol. 18. num. 11. cum 4. sequentibus, ubi ampliat etiam dimiserit factorem, & sic etiam tenetur de incendio horrei, secundum Menoch. de arbitrar. casu 390. num. 6. ergo ad fortiori tenetur, si fraude ejus vel dolo aliquid perpetratur, ob quod annonæ detrimetur ad damnum patitur.

In Capit. 7. ibi, 7. fere menser. Aliter 18. enim non debent nova frumenta omni, nisi consumantur antiqua l. 1. C. de condit. impuber. hor. libro. 10.

Ibi, Renovalle. Oportet enim præfictos annonæ diligentes esse, & admonere concilium pro vendendo, aut renovando annonæ frumento, si præ vestitute, vel alia ratione adit, vel imminet deterioratio, vel speretur in proximo ubertas, nec enim tunc concilium aut quisvis alias mutans ad renovandum frumentum, ut novum recipiat, usuram committit, secundum Joan. de Lignia, in cap. in civitate de usur. quicquid Hostiensis & Gofred. in summis distinguunt 3. qui tamen possent procedere quando quis mutaret frumentum putrefactum, & nihil valens ut melius recipiat, ut inquit eos referens Mellia in dict. pragmat. pan. conclusioe prima num.

num. 73. Ubi & inquit sic intelligendos Abdo. num. 25. & Anan. num. 36. in cap. fin. de usur. dicentes non licere recipere frumentum, quod valet carius, quam valebat tempore mutui, quando quis mutuavit frumentum vetus, ut reciperet novum, ut intelligatur quando esset putrefactum aut corruptum, nam tunc esset usura ut per Jacob. de Graf. in decisioe consilii, libro secundo. cap. 103. num. 11. pagin. 387. & declarat late Frat. Lud. Lop. in suo instructo. consil. 1. par. cap. 225. per tot. pag. 566. cum sequentibus. locus si non esset corruptum, & bona intentione quis mutuasset, nam quæ ratione si vilius valeret, teneretur mutuum recipere, eadem potest licitè recipere si carius valet. ex qua ratione infert idem Mellia ubi supra, quod si tempore mutui, frumentum est carissimum, & quis hoc pacto mutuat, quod certo tempore reddatur sibi tantum frumentum, & quantum potuisset habere pro illa pecunia, quam nunc tempore mutui valet frumentum mutuat non est usura, licet sit plus frumentum in quantitate quod restituit, quam quod fuit mutuatam, & est etiam ratio quia iste intelligatur vendere alteri frumentum nunc & mutuo pecuniam gratis, quam sibi vult reddi in frumento tempore solutionis, & ad hoc ubi allegat Joan. de Fantu. & Anton. & Anan. num. 37. in dict. cap. fina. de usur. & Ancharta in capitulo primo. eodem tit. in 6. quod ego sine dubio procedere non credo, tum quia mutuat frumentum tempore quo carissimè valet, reddendum tempore quo certum est minus valere, quo casu usura committitur, ut per Ant. Nat. in consilio 670. per totum. libro quarto. Secus si se exponit aqua li aliter periculi & lucrandi, nam tunc non esset usura, sed licitus contractus, secundum Frat. Ludovic. Lopez, in loco infra proxime allegando in col. fina. de quibus remissivè diximus in l. 1. tit. 1. §. num. 8. lib. 5. supra. Tum etiam quia fortassis excederet taxa panis, quod non licet, & sic non caret scrupulo si reddendum est tempore, quo & communiter accidentibus carius valet, & sic circa hæc cum maxima prudentia procedendum est. Sed an poterunt populi statuere licitè & in conscientia & sine restitutionis obligatione, ut triticum, vinumque populi prius vendatur & expendatur, antequam vendatur triticum, aut vinum forensium, vel aliunde allatum, & interim cariori pretio exponunt, quam valeat si aliunde traheretur vide Magist. Lop. in suo instructo. consil. 1. par. c. 224. col. per. pag. 556.

Ibi, Que los ayuntamientos lo mandan prestar. Et nemo excusabitur ab hac receptione, vel emptioe, ex l. n. C. ut nemini. lic. ab emp. ff. se excus. lib. 10. Imo si quis se excusaret tempore caritatis, nihil egerit dandum ex l. 7. C. de erog. milit. anno. lib. 11. ita ut si civitas habeat annonam non distribuendam inter pauperes, sed quam conservat, ut obviaret futuræ inedia, & contingat tanta ubertas, quod expedit forte propter vestitatem eam vendere, nec sit qui emere velit, poterit Resp. ordinare, quoscuilibet civis tenetur emere certum quid de dicta annonæ plus & minus, secundum ratam patrimonii, ex l. uni. quod


dicit Bartol. se practicasse in civitate Perusii pro sale Reipub. vendendo, refert Ripa de peste tit. de remedi. ad conserv. ubert. num. 176. ubi inquit hoc intelligendum, ubi necessitas vendendi neget, Secus si causa lacti & mercimanti civitas velit gravare cives: quia non posset l. nec emere. C. de jur. delib. & ibi Ripa. numer. 177. ex hoc jur. delib. & ibi Ripa. qui causa lacti mercantur sal & subditos compellunt illud emere pro numero capium, non enim id jure agant: quia angant eos emere plaris quam valeat, quod est peccatum mortale, ob quod Papa & Metropolitanus possent interponere partes suas, & prohibere, ne de cætero majori pretio vendatur, quam sit justus valor e. 1. de emp. & vend. & ibi alia Rip. in proposito alserit per ipsum videnda & per Principes, & consiliores eorum consideranda, hæcque (ut ad propositum redeamus) procedunt, ut etiam compellantur cives emere partem etiam vetustarum, ne fucus, vel Respublicæ detrimetur patiantur, ex d. l. 1. C. de cond. in pub. hor. notat Dec. in 2. tom. de delict. lib. 7. capit. 22. de fraudant. annonam num. 25. ubi inquit Principes abuti dicta lege.

Ibi, De quo loolveram. Sed an in frumento, vel in pecunia ad taxam exit restituum si annus sit sterilis, te committit novissimè Castillo in Politica correctio. lib. 3. c. 3. num. 72. cum segg. & Inf. num. 4. Ripa. 10. & 11. in l. 2. §. mutuum. ff. si cert. per. & l. 8. & ibi gl. 1. tit. 1. p. 5. & l. 5. tit. 2. p. 1. Suarez in l. post ven. 3. ampliat. pag. 285. & in §. antep. incipien. quaratur. pag. 302. ubi an crescat restim. ob Moram.

Ibi, Si no lo hiziero, sea a su culpa, 3 se le haga cargo dello. Intellige, scilicet, depositarii, cum quo in proximis præcedentibus verbis loquitur: quod tamen intelligi procedere si ipsi depositatio per prædecessorem suum, vel ipsi depositatio civitatis sunt tradita instrumenta debitorum à quibus habet debita illa recuperare: secus vendit alius, & ideo solo ego consulere depositariis iis, ut requirant concilium, ut præbeat sibi instrumenta quibuscum debita illa recuperentur: aliter enim, quod non, si culpa ejus, sed ipsorum de concilio: imò & itidem requiro, ut rationes exquirant à precedente depositario, ut & ab ipso, & ab aliis debitoribus ex rationibus capis resultantibus possit residuum & debita recuperari, sub dicta protestatione, sic enim remanebit depositarius requirens liber à pena nostri text. aliter vero non.

Caput octavum.

- 1. Prefectus annonæ, decuriones, seu susceptores qui aliquid de publicæ annonæ converterunt in proprios usus, aut subtrahunt, aut male distribuunt, aut ex pecunia publicæ, vel ex frumento horrei quicquam mercari fuerint, quo pena plectantur.
- 2. Pecunia publicæ negociantes, an debeant lucrum illud ab eis auferri.



**I**bi. Incurren en pena de pricion de sus officios, lo buelcan con el quarentano. Sufceptores enim, & annonæ prædicti, qui aliquid de publica annona convertunt in proprios usus, aut subtrahunt, aut male distribuunt, aut ex pecunia publica, vel ex frumento publico, quicquam mercati faciunt, bonorum publicationis pena plequantur l. fin. C. de cond. impub. lib. 10. licet aliis pro furto sic imposita pena arbitraria, ex l. fin. ff. de furs. Nam cum uti non debeat re ad alium usum, quam destinatum ex l. Parhippum. & ibi Plat. C. de Curis. pub. lib. 12. notat Pala. Rob. in repetit. c. per zophran. verb. l. 6. §. 2. in fin. Nimirum si dicta pena puniantur susceprores ii, & præfecti annonæ usum non servantes: quæ omnia notanda inquit Ripa de peste. rit. de remed. ad conseru. ubi. fol. 18. numero 18. contra officiales, qui de pecunia communitatis, & de frumento faciunt mercantias: nam contra tales plurimè agunt iura, & acriter sunt castigandi l. 2. C. de his qua ex pub. collati. ille non usup. lib. 10. Et ultra criminales penas, etiam Reipub. tenentur in quadruplum l. 1. & 2. ubi Bartol. C. de iis qui ex pub. ratio. pecu. mut. accip. lib. 10. facit tex. in l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de administ. rer. ad ex. perti. §. l. §. C. de can. frum. urb. Rom. lib. 17. & ex lege nostra privationis officii, & quadrupli pena imponitur. Sed dabitur Ripa ubi supra. num. 17. an si tales pecunia & frumento publico negotiantes lucrati fuerint, debeat lucrum illud ab eis auferri, & communitati, vel annonæ publicæ, cuius sunt pecunie, vel frumenta applicari, & inquit Bartol. in l. prima. C. de anr. pub. persecut. lib. decimo, per illum text. applicandum esse tale lucrum Reipublice, cuius erat pecunia, vel annonæ, cuius erat frumentum: unde qui tale lucrum tenet, contra conscientiam facit, & licet idem Bartol. in l. Titum. aut Mexium. §. altero. vers. quo dicit. ff. de administ. tutor. aliud velit, tamen in pecunia frumentaria & publica annona primam Bartol. opinionem inquit Ripa dicit. numer. 17. esse tenendam. Tum, quia sic prohibitum reperimus: tum etiam, quia ad alium usum, quam destinatum converti non debet, de quibus & agitur per Messiam in pragm. panis. conclusione 1. numer. 67. & diximus latè in l. 22. n. 12. titul. sexto. lib. 3. supra.

Caput nonum.

**1** Necessitati causa, an possint decuriones, vel præfectus annonæ, hoc est (hodie iudex ordinarius) aliqua de frumento horrei pecunie publicæ accipere. Et quando speciale mandatum consilii requiratur. num. 2. & 3.

**I**bi. Pura ninguna necesidad. Processit ad l. 2. §. de frumentaria. ff. de administ. rerum ad ex. perti. not. Parlad. lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. par. 5. §. 3. n. 39. pag. 229. in novi.

**2** In eo cap. 9. ubi. Que no se pueda tomar dinero

ninguno del poño para ninguna necesidad que se ofrezca. Pout & probatur ex l. 1. & ex l. fin. C. de frum. urb. consil. lib. 11. non enim debet in alios usus converti, ut dictum est in præcedenti glos. & ex dictis iuribus probatur.

Ibi. Solum si eviere especial comicion para ello. Sed à quo habenda est hæc commissio, & dicendum est quod à Rege: quia ejus est solvere legem, cuius est condere: & sic videtur quod ad mutandum frumentum rusticis laboratoribus ad seminandum, Regia provisio petitur quotidie & datur à Rege & ejus consilio, & aliter non eis mutuatur etiam ad hoc.

Caput decimum.

- 1** Mutare triticum, hordentum, vel farinam, quando fieri potest per decuriones, & iudicem, cum imitatione & num. 2.
- 2** De eadem re, & de pena contra mutantes.
- 3** Dicitur, si color, quomodo in iure intelligatur.
- 4** Noctis tempore non potest metiri frumentaria annona, & qua de causa. Et quando dicatur nox, numer. 6. & ejus partes num. 7.

**I**bi. Que no se pueda prestar dinero, trigo, 1. ni cevada del poño. Non enim (ut dictum remanet) debet ad alium usum converti, quam ad deputatum, prout in pecunia sicuti disponit text. in l. 1. & ibi glos. sumptus. & in l. 2. C. de his qui ex pub. ratio. lib. 10. & in l. 2. §. 2. C. de iis qui ex pub. coll. illata sunt. lib. 10. & facit illud quod inquit Fran. Mar. despoñe. Delphin. 40. numero 3. quod ubi conluctum est dari præbendam canonis in specie, non debet dari in alium modum.

Ibi. Entra de lo que dicho es. Scilicet in cap. 7. supra eod. cum panis est renovandus ob superabundantiam, vel ob verustatem panis, & detrimentum ejus, ne deterioretur in totum, & sit nullius effectus: nam in unoquoque horum casuum mutare potest, licet enim dictum capitulum 7. solum ob abundantiam disponat, ne deterioretur panis, à fortiori idem erit, si cogit deteriorari & corrumpi, cum sit tunc eadem & fortiori ratio.

Ibi. Con el quarto tanto. Ut & in fiscalis pecunie mutatione disponit text. in l. prima C. de iis qui ex pub. ratio. libro decimo.

Ibi. Si color de decir, que preso de su hacienda, o de otra alguna. Ponderanda sunt dictiones illæ, si color, quæ licet unica dictio videtur sunt tamen due, nam illa, si, latius sub, verificatur: & illa, color, est nomen latinum color coloris: & dictio illa sub, importat conditionem, nam idem est quod, cum, ut probatur in cap. penult. extra de sent. excom. ibi, sub hac forma, & cap. ex transmissa de for. comp. ibi, sub debito fidelitatis, & ideo conditionem inducit, l. si cum heres. ubi Bartol. & alii. ff. quando dies legat. ced. l. usum. §. fin. ff. de manus. tradit Bartol.

in l. 1. col. 4. vers. quare. quid de conjunctio. ff. de condicio. & demonst. & in l. Julianus. in 1. app. eod. titul. & not. in l. 1. qui præmissi. ubi Jaf. numero 1. ff. de corat. indeb. & de Parisi. consil. 15. numero 18. volumine 2. & consil. 38. numero 76. vol. 3. Allegat Tyber. Dec. respon. 1. numero 28. volum. 5. & nomen illud color, capitur aliquando pro velamento, fuce, sive prætextu, quo veritas obscuratur, aut culpa excusatur, ut ex Juven. Satira 6. probat Calepinus in suo dictionario. verb. color. ex quibus cum dictio illa sub, pro, cum accipitur, & conditionem importet, & nomen illud color, figmentum, fucum, sive prætextum, manifestè colligitur, legem nostram velle, tunc mutuatum triticum, dum esse annonæ depositarius, vel deputator, aut præfectus, tenet legis nostræ pena, quoties probatur per denuntiatorem frumentum illud mutuatum esse dictæ annonæ, licet denuntiator allegaverit & dixerit esse suum, vel alterius tertie personæ, cum in effectu non esset, sed annonæ, verumtamen ad se excusandum id allegavit, ut sub hoc quæsitio colore, prætextu, aut figmento se excusare possit, non vero, quia sic esset, quæ de causa si denuntiator figmentum & colorem quæsitum non probaverit, probando quod ipse, vel tertia illa persona possent, sed quod ex annona erat, erit denuntiator excusandus à denuntiatione, quia actor non probante, reus si & nihil præstitit, est absolvendus, l. actor. C. de probationibus. & in occultis, prout est figmentum, semper accipimus interpretationem in optimam partem, nisi contrarium probetur. c. si omnia. 6. quæstion. 1. c. ex turann. de privil. notat. Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsumptione 37. num. fin. Conditioque illa figmenti & coloris quæsitio, probanda est per denuntiatorem, quod si denuntiator probaverit, se tunc habuisse frumentum, quod mutare potest, erit facilius absolvendus à denuntiatione, & sic in facti contingentia, si bene recorder, pronuntiavi, vel vidi pronuntiarum, & iure optimo, quæ notanda sunt, & sunt ex meis considerationibus ad hanc legem factis.

**I**bi. Que de noche no se pueda medir pan ninguno del dicho depósito. Ne deur causa & occasio futuri, damnis inferendis, in frumento annonæ, nocturno enim tempore multa mala perpetrantur, æqueque male odit lucem, & cum lex occurrere iis debeat ne fiant, merito noctis tempore prohibuit frumentariam annonam metiri, vel aperiri: & dicitur nox, quando sol non est super terram. l. hac verba. ff. de verb. sig. ut & inquit Berdach. in repetit. ver. max. & dicitur à nocendo, quia hoc tempore nocentibus aptum est, ut inquit Rebut. in l. 1. ff. de verb. sig. pag. 28. ad §. ubi inquit quod nox est umbra terræ: in solis oppositum diametraliter extensa, ex quo inquit Bar. in l. 1. §. hoc autem. Senatus consultum. ff. ad Sillanum. quod mane ante solis ortum dicitur nox, & sero post perfectum solis occasum, & ideo inquit idem Bar. in l. aut tempus.

ff. de pan. quod quando testes deponunt aliquid esse factum de sero, vel de mane, debent adungere aut ortum solis, vel post, seu ante occasum, vel post, ut sic appareat an de nocte, vel de die sit factum: & hæc de nocte vera procedunt, de qua lex nostra est intelligenda, non vero de facta, ut quando sol adhuc est super terram: sed tamen pulsata est campana, quæ ex statuto noctem interpretatur, ut quando statutum dixit, quod nox intelligatur à primo sono campanæ de sero, usque ad aliam campanam de mane: quia post primum sonum campanæ de sero, dicitur nox, tamen si sol nedom occiderit: ita Bart. in dicit. §. hoc Senatusconsultum: noctis autem vera supra declarata, septem sunt partes, scilicet vesperum, crepusculum, conticinium, intempesivum, gallicinium, matutinum, & diluculum. Vesperum à stella Occidentali vocatur, quæ solem occidentem sequitur, & tenebras sequentes præcedit. Crepusculum est dubia lux: nam creperum dubium, quod est inter lucem & tenebras, significat: quia scilicet, dubium est, an sit ultima pars diei, vel prima pars noctis. Conticinium est, quando cuncti silent: conticæ enim flere est, juxta illud Virgili:

Conticere omnes intenteque ora tenebant. Intempesivum est medium, & inaccessibile noctis tempus, quando nihil agitur, & omnia sopore quæta sunt: nam tempus per se non intelligitur, nisi per actus humanos: medium autem noctis actu caret: ergo intempesivum dicitur quasi sine tempore, id est sine acta per quem dignoscitur tempus. Gallicinium propter gallos lucis prænuntios dictum est. Matutinum autem est inter abscessum tenebrarum, & auroræ adventum, & dicitur matutinum, quia hoc tempore mane fit. Diluculum dicitur quasi parva lux jam incipiens & præcedens auroram, quæ solem præcedit. Est autem aurora diei clarescentia exordium, & primus splendor æris. Ita de istis septem partibus noctis loquitur Archid. in c. superveniens. 1. quæst. 1. & eo relato Montolomus in suo promptuario juris, vers. nox. in glos. 1. quæ hic inferui, ut per manibus habeantur, & sciatur, quando dicatur nox ad incurramdam nostri text. penam, quæ lex cum sit pœnalis de vera & propria nocte, non vero de facta est intelligenda.

Caput Decimumsecundum.

**1** Tempus ad erogandum frumentum assignatur.

**I**bi. dentro de treinta Dias. Idem tempus dabatur erogatoribus frumenti annonæ publicæ, ut erogati frumenti rationem redderent, & sinem facerent per scripturas, & instrumentum publicum, ex text. in l. 2. l. 2. C. de erogat. milit. anno. lib. 11. quem ad hoc allegat. Rip. de post. rit. de remed. ad conseru. nber. num. 180. & 181.

Ibi. T despues del tiempo que se les huviere dado para empleallo. Raro vel nunquam terminus

pro hoc solet assignari, sed simpliciter, & sine terminis assignatione dantur nummi pro emendo frumento in tali, & tali parte, & quia nescitur quod tempus erit ad hoc necessarium, non solet assignari & praestigi, verumtamen postquam venerit, tenetur statim implere dispositionem nostri tex. si nullum emit frumentum, sed si emit, reddet rationem frumenti empti, ubi & quo pretio illud emit, & frumentum emptum introducet in annonam domum, prout solet fieri quotidie.

Caput Decimumtertium.

- 1. Susceptoris & thesaurarii officium unale debet esse, & rationem reddere tenetur. Et plura de ratione reddenda traduntur numero 2.
- 2. Ecclesia an habeat tacitam hypothecam in bonis suorum debitorem.
- 3. Decuriones an possint, ut affirmant in rationibus aliquod salarium accipere.
- 4. Finis potest revocari ratio susceptoris lucris, ex ad partis petitionem, hoc sine officio iudicis, quod est invariabile in hac lege.

Ibi, cada año se toma cuenta del dicho depositario. Officium enim susceptoris & thesaurarii, debet esse unale, & non ultra, nisi consuetudo civitatis, aut autoritas ordinis decurionum illum per biennium in officio permanere compellat, si neminem, C. de susceptoribus & area, lib. 10. in casu tamen, in quo ob aliquam justam causam per biennium illud depositarium remanere compellat concilium civitatis, cum reformando. omnes debent consentire, alias uno reluctante non valebit confirmatio, ut est text. unicus in jur. in ant. de defen. civi. §. si. quem singularizant per me allegari in l. 4. tit. 5. lib. 3. supra. Idemque debet finito officio, antequam reformatione dicta facta depositarius utatur, reddere rationem anni praeteriti, nullus quippe qui ex aliqua administratione pretendatur debitor Reipublicae potest ad honores in eadem civitate promoveri. l. rescripto. §. debitor. ff. de mun. & hon. Sed an elapso biennio reformationis & electionis poterit ordo decurionum, & iterum susceptorum in officio reformare, glof. in dist. 4. neminem inquit quod non, & sequatur DD. ibi. Ne videatur susceptor usurpare dominium dicti officii, & bene probatur in d. §. fin. in ver. modis omnibus, & ibi glof. ita expresse concludit, non enim debet civitas alio modo eligere officiales perpetuos, nisi velit Kemp. occupatam & oppressam teneri. l. 1. & per totum. C. de mun. & honos non continuand. declarant rationes Abb. & Fel. in cap. si. de iudi. & quia omnis actus pro prima vice intelligitur. Est text. & materia in l. boves. §. hoc sermone. ff. de verb. signifi. & sic reformatio & relectio pro prima intelligitur vice, finitoque officio depositarii & susceptoris annonae, est ab eo exquirenda ratio administrationis, ut si fuerint inventi in furto, facilius queant recentem reintegrare iacturam, ex dict. l. neminem &

facit text. in l. 1. C. ut omnes iudices, tam civi. quam crim. in ratione reddenda tenentur edoceri, quibus titulus suscepta dispensaverint, & quibus nominatim tradiderint, causam traditionis & diem demonstrando. l. 2. C. de novient. & ibi Bart. dixit notabile ibi esse text. docentem modum considerandarum rationum, tenenturque susceptoris & depositarii, statim solvere reliqua, & ad id precise cogi possunt: quia pecunia frumentaria moram solutionis non accipit. l. 2. §. frumentaria. ff. de administ. rer. ad civi. pertinet. adeo ut non habeant dilationem quatuor mensium, quae iudicatis à jure conceditur, neque itidem possunt compensationis exceptionem opponere. l. 3. & l. si ex venditione. C. de Compens. & l. 26. tit. 14. part. 5. & ea est ratio, quia pecunia frumentaria non debet in alios usus converteri, ut semper civitas ubertatem servare valeat, ut inquit expresse Alber. in d. l. 3. per illum text. in ver. neque ejus, qui statim suspensus servit, ad idem est bonus text. in l. 2. ad frumentum. ff. de administ. rer. ad civi. pertinet. & text. in l. auferetur. §. ut debitoribus. ff. de iure ff. & haec sunt singularia in jure pro conservatione ubertatis annonae publicae. Sicur & illud quod contra debitores, debitorum exactio fieri potest favore dictae ubertatis conservandae. ex d. §. frumentaria. secundum unum intellectum, & facit text. in l. in fraudem. §. multa. ff. de iure ff. & debitor ex hac causa ad usuras semelles olim tenebatur. d. l. 2. §. si admittat. ff. de administ. rer. ad civi. pertinet. & si frumentariam pecuniam susceptor in usus proprios converterit ad centenas usuras conveniri poterat. l. qui sine. ff. de neg. gest. Item & est aliud singulare, scilicet, quod licet regulariter civitas non habeat tacitam hypothecam in bonis debitorum suorum. l. simile. ff. ad municip. Traditur per gl. & Bal. in l. 2. C. in qui. cau. pag. 7a. coor. tamen bona debitoris ex causa frumentaria sunt Reipu. tacite hypothecata. l. Imperatores. §. item rescriptum. ff. de administ. rer. ad civi. pertinet. & praecipue bona susceptoris pro mala administratione: nam bona administratorum regulariter sunt tacite obnoxia Reip. secundum glof. Abb. & Can. in c. 2. de pigno. Bal. in l. pignum. ff. qui pignori in pig. hab. not. in l. 2. C. de iur. Reipub. & in l. fin. per text. ibi. C. de reb. civi. & sic bona magistratum, & decurionum sunt tacite obligata pro mala administratione honorum Reipu. Sicut & in tutore, & pro tutore, probat text. in l. pro officio. C. de administ. tut. ubi Alber. & glof. magn. in medio. l. 23. tit. 13. part. 5. & Rebuff. in 2. tom. consil. Franc. tit. de consil. reddituum. art. 1. glof. 14. num. 29. ubi per totum illum glof. ponit casus in quibus tacite inducitur hypotheca, & in bonis administratorum publicorum, sed non privatorum, esse hanc tacitam hypothecam inductam pro mala administratione, tenet etiam Matth. Afflict. in consil. Sicil. lib. 3. rubr. 10. de nominibus heronum. num. 9. fol. 89. & Arend. capit. 10. numero 39. in fin. & cap. 12. numero 16. ver. & an Respublica. lib. 2. Item & est aliud singulare, scilicet, quod pro mala administratione, & praestatione reliquorum, ex ordine primo conveni-

convenitur susceptor, mox ejus fidejussor, & demum in subsidium nominatores si principalis & ejus fidejussor non sint solvendo, ex l. prima. & per totum. C. de peri. nomi. & ibi DD. & cum in subsidium teneantur, debet prius fieri executio in bonis debitoris & fidejussorum, ex dictis per Ant. Gom. tom. 2. var. c. 13. num. 3. quorum debitorum annonae publicae bona capi possunt & distrahi, secundum formam traditam in l. 1. & 2. C. de capien. & distrah. pig. lib. 10. secundum glof. in d. §. item rescriptum. Et si civitas dubitaverit officiales esse de praedictis suspectos, poterit eis officium interdiceret, & alios subrogare. l. 2. C. de fru. Alex. & efficitur ineligibilis susceptor, qui fraudem in officio convictus fuerit commisit. l. 2. C. de pala. sacra largi. l. si cui. §. his ff. de accusatio. & idem in notariis & similibus, secundum Joan. de Plat. l. si aliquid per illum text. C. de susceptor. at si susceptores & thesaurarii laudabiliter officio functi sunt, à muneribus personalibus, immunitatem consequuntur. d. l. Imperatoris. §. item rescriptum. Sitonus, alias, Sitomocas, idest curam annonae habentes, ut annotavit Alciat. lib. annotatio. c. 2. Sed an Ecclesia habeat tacitam hypothecam in bonis suorum debitorum, & dicendum est, quod non, sicut in civitate videtur est, ut tenet Bald. in l. fin. C. de sacerdot. Eccles. & in rubr. C. de iur. ff. Alexand. l. si filio familiaris. §. fin. numero. 5. ff. solut. matrim. & DD. in l. 2. C. qui possit. in pig. hab. Jas. in §. item Serviana. num. 71. inf. de actio. & Bextach. in reperto. verb. civitas. in prin. ubi quid in Ecclesia Romana, sed in administratoro Ecclesiae secus est, nam & in bonis ejus inducitur tacita hypotheca pro mala administratione, secundum quod asserunt Canonistae, ex gl. in c. ex litteris. extra. de pigno. & in c. similiter. 16. q. 1. teste Jas. in d. §. item Serviana. n. 76. ubi n. 73. differit quid in filio, & quid in camera Episcopali.

4. Ibi, Hallandose presente el Regidor, disputado pasado, y el presente. Sed an rectoribus pro revivendis rationibus iis existentibus, debeatur aliquod salarium? Dicendum est, quod non, nisi aliud sit consuetum, & tunc illud quod consuetum est solvi pro salario, vel pro expensis solvetur, secundum Guid. Papae decis. Delphi. 68. n. 1. & 1. faciunt dicta supra, scilicet, quod non datur Rectoribus salarium nisi foras mittantur.

5. Ibi, Puedan rever sempre estas quentas. Limitatio singularis ad text. in l. cum putarem. ff. famul. eris. ubi habetur divisionem, ac computationem factam cum harede, etiam putativo, retractari non posse si iudicis autoritate facta sit & comprobata, secus si sine ea fieret, ut probatur in l. 1. C. famul. eris. secundum intellectum glof. ultimum magis communiter approbatum, ut inquit Menel. in l. si post divisionem. num. 4. C. de iur. & fall. igno. & tradit novissime Ayora de partito. 3. p. 4. q. 6. 7. & 10. & sic etiam debet declarari l. §. tit. 4. lib. 3. fori. vel quoties competit beneficium restitutionis: tunc enim eo mediante retractari potest divisio, & comparatio rationum facta, etiam cum iudicis autoritate, secundum Menel. ubi supra. num. 4. & ex d. l. fori. probatur. Haec tamen, quoad rationes annonae frumentariae locum non habent, ex text. nostro, in eis enim etiam ad iudicis autoritas in redditione rationum possunt semper revideri, sive ad partis petitionem, sive ex officio iudicis. De quo an rationes semel redditae iterum reddenda sint allegato calculi errore, verb. consilium 4. Achil. de Pedracho. num. 1. cum sequentibus. & Bart. Socin. consil. 149. lib. 2. Et notandum est, quod cum lex nostra loquatur per dictionem semper quae perpetuam denotat, non consumitur in prima, neque in secunda revisione: itidem & quia est legis dispositio, quae semper duratura est, & in ea non consumitur in primo actu, sicut consumitur ex dispositione hominis, secundum Tiraq. in l. boves. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. in 9. limitatione per totam.

Caput Decimumquartum.

- 1. Non potest pecunia publici horrei in alios usus converteri, Anas assignat rationes & movet questionem quotidianam.

Ibi, ninguno pueda tomar de aqui adelante el dicho dinero, ni parte alguna del, aunque pague los reditos. Lex nostra, in iis rebus fundatur duabus rationibus. Prima, quia non debet in alios usus commutari pecunia publica, quoniam in eis ad quos destinatur: haec autem pecunia ad etiam redemptionem destinatur, ergo ad hoc & non ad aliud debet applicari. Secunda ratio est, ne deus fraudibus occiso, si aliud permitteretur. Tertia vera est, & verior, & quae ex text. nostro desumitur, scilicet, quod semper bona civitatis, vel annonae huic censu obligata semper remaneant, sub hac obligatione interim, quod census non redimitur, & sic ab eis peti potest census, & post debet ab illo qui numerum cepit peti, & damna, & expensa, exinde sequuntur annonae: ideo lex nostra haec fieri prohibuit, non vero ex hoc quod esset illicitus talis contractus, sed potius licitus: nam si ego habens censum impositum super te mea volens verè illum redimere, accessit Petrus, & dixit, Praebe mihi hos nummos, & ego redimam censum & interim solvam redditus decurrendos, licite fieri potest, ne remaneat in damno dominus horam nummorum, ex dictis per Sylvest. in sum. verb. usura. 1. num. 22. & 23. & per Magist. Lopez in suo instrumto. consilien. 1. par. c. 213. pag. 523. col. 2. in 4. conclusi. Nam si iudicemus in hoc casu adesse damnum emergens, prout adest, in eo concurrant requisiti illud iustificantis, de quibus dixi in l. 1. tit. 6. lib. 8. infra num. 19. cum seqq. sive dicere quis velit esse lucrum cessans, etiam hic concurrunt ejus requisiti, de quibus dixi in ead. l. 1. numero 26. cum seqq. & refert Aragon. de iust. & iur. q. 86. art. 2. pag. 517. ver. his ergo iustificatur hic contractus, ut licitus sit: dum tamen verè & licite



realiter & non sicut habeatur pecunia illa pro redemptione illius census, cujus redemptio cessavit: quia amicus ille petit sibi dari, & quod indemnem se habeat censuram a principali sorte & censibus decurrentibus, & ex dictis per Vegam in Sylva casu. Conf. lib. 1. casu. ad 1. & per Rebut. in rep. l. m. C. de fut. qua. pro eo. quod interest. num. 2. f. & in gl. par. dupl. num. 29. & Rolan. valle. conf. 35. item. 11. cum 3. f. pp. vol. 7. promittitque indemnitatem ad sortem & usuras tenentur, ut per Dec. conf. 554. num. 7. & ad omne interesse & lucrum, secundum Alexand. conf. 332. vol. 4. & conf. 199. num. 7. & dicta per mo. 197. 4. num. 24. l. 6. lib. 8. infra.

Caput Decimumquintum. Pana contra transgressores hujus legis interpretatur, & consilium plene juru.

ibi, que totas res personas pecuniarias. intellige de expressis in capitulis hujus pragmatice: nam in capitulis, ubi pena non est imposta, si neque per aliam juris dispositionem repetitur expressa, ac imposta, est pena arbitraria, contraveniens puniendus: quia ubi jus non desinit penam, remaneat in arbitrio iudicis, & cum arbitraria est pena, si pecuniaria imponitur, dimidia ejus pars debet fisco applicari, ut diximus in l. 2. num. 2. f. 4. tit. 26. lib. 8. infra: Et alia dimidia, pars castri de justitia, & obras pias. Soleat applicari secundum quod iudici videbitur, & hanc dico ne intelligat lector legistorem in hoc capitulo velle, ut pena arbitraria iudex sibi partem ferat, vel dividat, secundum quod in hoc capitulo distinctis jubentur pena in presenti expressa pragmatica.

Caput Decimumsextum. Judices tenentur legem istam in executionem mandare, sub poena ibi imposta. Constitutiones, seu statuta civitatis, vel populi, an sint ante confirmationem consilii Regis servanda, bene interpretatur.

ibi, que las justicias tengan quenta que esta nuestra ley sea cumplida, & executada. Sic etiam per l. 2. C. de cond. in pub. hor. injungitur iudicibus, ut eorum habeant annotatione publicae, & ejus domorum, & faciant verba legis C. ne sanctum Bay. veniretur ibi, que omnia ista custodiri decernimus, ut nulli iudicum liceat relatum ad se crimem innot, aut nulli correctioni mandari, nisi ipsi idem pati velint, quod aliis dissimulando concesserit, & his tota ista lex & pragmatica remanet satis commentata, ac declarata. Solum habens notare pro complemento ad cap. fin. dum dicit, quod, ordinationibus, si quas populi habent contrarias huius legi & pragmatice, non debent eis audiri, nisi prius videantur in consilio, & hoc tam in depositis factis a civitatibus & populis, quam in



in relictis a particularibus personis, utamur Castillo in sua Pollicia. lib. totus cap. 31. 57. num. 1. huiusmodi dicitur annotationes a particularibus personis relictas: nam idem quod in aliis civitatibus lege nostra attendit esse capto, cum merito possit scilicet quin leges in suo testamento locum habeant, l. memo. de legat. primo; & quia lex nostra in hoc cap. generaliter loquitur, neque restringitur per promissionem ejus, cum ejus ratio generalis non debeat restringi ad deposita civitatum tantum, sed omnia deposita que fragmenti pro communi & publica utilitate relinquuntur per particulares personas comprehendit lex nostra. Item erit hic unus casus specialis in quo ordinationes ac statuta populorum etiam contravenientia bonam eorum communi abique Regia confirmatione non sunt exequenda, que quidem specialiter regulam videtur constituere in contrarium, in confirmationem mex, & de iure nostro maxime Regio veteris Hispanie regulariter similibus statutorum observationem non requirit confirmationem Regiam, sed quia auctoritate Regia & auctoritate ejus aliquantulum prejudicari videbatur, secundum aliorum iudicium (non vero secundum meum) quia eorum sententia spectabatur declaratoria, an esset iusta, vel non talia statuta, ut sic observari deberent, an minus tolerentur, Regia provisio solent dari ut interim quod non confirmantur, non observentur.

IN LEGEM VIGESIMAM PRIMAM.

Civitates, villa & populi non sicut spoliandi dicuntur, terminis & locis suis prout servatione, aliter enim restituendi sunt.

SUMMARIUM.

- 1 Civitates, villa & populi habent fundatam suam intentionem infra terminos suos distincti.
2 Occupatio terrarum publicarum iniuste censetur occupatio.
3 Civitates an possint compromittere super terminis suis sine Regia licentia.

ibi, estando en posesion de los no sean despojados, habent enim civitates, villa & populi fundatam suam intentionem infra terminos suos distinctos, possessionem terminis & locis distinctis, ut inquit Avend. cap. 4. par. num. 3. in prim. lib. 1. & sic alius possidens terras has presumitur eas occupasse iniuste & de facto, & nisi ostendat titulum, cogitur ad restitutionem possessionis, qua quidem retinetur ipse civitatem vel villam spoliavit, secundum Avend. ubi supra, numero 10. ubi inquit quod in hoc casu, si de spolio cum violentia constaret, non loquitur lex de Toledo 3. titulo 7. infra ista lib. neque auditur volens docere de titulo, sed ante omnia restituere debet, secundum tex. in presenti, cum in finalibus verbis dicit, sean restituidos de los alienamientos

de audiencia y juyzio, nisi notandum constaret in continenti de titulo spoliantis, secundum quod dicitur in l. 2. de per. tit. 13. lib. 4. supra, & de us. etiam supra dicitur l. 1. tit. de las prescripciones, eodem lib. 4. dante in terminis civitatum differimus aliqua, sed an fas per ista terminis possit compromitti per civitate

res & villas sine licentia Regis, vide gl. magnam, in l. 24. tit. 4. p. 1. ubi, qui que sunt similitudo y ejus, nullus enim etiam detentor debet se sua privari, nisi prius auctoritate, ex tex. & ibi Doct. in cap. licet Episcopus de pascuis, in 6. & 2. lib. 1. dicitur

TITULUS SEXTUS.

Del repartimiento que pueden hazer los pueblos, y de la quiebra que se ha de hazer a los lugares despoblados.

Superiore titulo dictum est de propriis civitatum, villarum & populorum, & quia in defectum horum propriorum pro aliquando collecta communis pro subveniendis necessitatibus communibus & publicis, nunc consequenter subsequitur titulus noster ponens formam & modum circa hoc observandum.


IN LEGEM PRIMAM.

Concilia ad quam usque summam in defectum propriorum possunt dividere ad subveniendas necessitates communes & publicas sine poena, & summa poena non debentur contra facientes absque Regia licentia.

SUMMARIUM.

- 1 Civitas imponere collectas non potest quia est de regalibus, nisi pro suis necessitatibus ut sum. 2. ubi quid sit bodie. num. 4. ampl. & num. 6.
2 Usque ad tres mille moraperinos potest sine Regia licentia imponi collecta etiam per vicium, nisi in pane vel vino aut vinulibus ad limitationem l. 26. tit. 28. lib. 9. infra prohibentem imponi istam.
3 Collecta iam acquisita bene potest prescribi.
4 Licentia praesumpta non sufficit ubi expressa requiritur.
5 Limitatur legis nostre conclusio quod ultra tres mille moraperinos non potest imponi collecta sine licentia Regis aliquibus modis.
6 In Francia idem quod in nostra lege est stat. incho.

bene poterat imponere collectam, ut notat Bart. in l. 1. C. de superinductis, & in l. 1. C. de mul. & in quo loco lib. 10. & concludit Alex. multa allegans in l. 1. non obstat, ff. de re jud. & hoc de jure communi esse in dubitatum allebat Callan. in conf. Burg. rubric. l. 8. 4. in gloss. & super. num. 47. & Afflicis, & Grammaticus, relict per Avend. cap. 34. par. n. 2. in f. lib. 2. ubi ampliant etiam pro necessitate vicorum, & aliorum, qui sunt intra provinciam; Ego tamen etiam de jure communi id non in indubitatum video, sicut asserit Callan. & sequaces ubi supra: nam Sicut, in c. perempt. de immur. Eccl. col. 7. tenebat, quod civitas etiam pro utilitate publica non poterat imponere collectas, ex l. un. c. de superinductis lib. 10. & ibi Bar. Alex. & Jacob. Rebut. sed pro necessitate civitatis bene potest, & idem in provincia tenebat Bart. Imol. & Rebut. in ca. l. un. c. de superinduct. lib. 10. & in l. un. C. de mul. & in quo loco, & in l. Placet, de cens. man. lib. 19. idem Ang. Bar. Bald. & Moderni, l. 4. §. aliter, ff. de re jud. & ibi Jo. de Imol. & Bald. in l. etiam. C. de exec. rei jud. & gloss. & Bar. in l. 1. §. quod si homo ff. quod cuiusque ante. non. & per eundem Bar. in cons. quatuor questionibus talis est, quidam nomine, & facit quod notat Innocent. in c. gravem de sent. excom. per Ang. in Authen. qui non. nat. ff. qui iur. in 2. & in praesentibus, actor. Bald. in l. civitas ff. si cer. per. propter quod Jacob. Rebut. in d. l. un. C. de superinductis, formans questionem in consilium, rem distinctione concordare volebat, scilicet, quod aut consules volunt facere collectam propter necessitatem, sine qua non possunt pretere suam administrationem, ut puta propter



realiter & non sicut habeatur pecunia illa pro redemptione illius census, cujus redemptio cessavit: quia amicus ille petit sibi dari, & quod indemnem se habeat censuram a principali sorte & censibus decurrentibus, & ex dictis per Vegam in Syl. cas. conf. lib. 1. cas. 12. & per Rebut. in rep. l. m. de statut. quod pro eo, quod interest. nam. 2. 6. & in gl. par. dupli. num. 29. & Rolan. valle. conf. 35. in m. 11. cum 3. sepp. vol. 7. promittiturque indemnitatis ad sortem & usuras teneri, ut per Dec. conf. 55. num. 7. & ad omne interesse & lucrum, secundum Alexand. conf. 32. vol. 4. & conf. 159. num. 7. & dicta per mo. 197. 4. num. 24. in 6. lib. 8. infra.

**Caput Decimumquintum.**  
Pana contra transgressores hujus legis interpretatur, & consilium plene juris.

**I**bi, que totas res personas pecuniarias. Intellegit de expressis in capitulis hujus pragmatice: nam in capitulis, ubi pena non est imposta, si neque per aliam juris dispositionem repetitur expressa, ac imposta, est pena arbitraria, contraveniens puniendus: quia ubi jus non desinit penam, remanet in arbitrio iudicis, & cum arbitraria est pena, si pecuniaria imponitur, dimidia ejus pars debet sisco applicari, ut diximus in l. 2. num. 2. 3. & 4. tit. 26. lib. 8. infra: Et alia dimidia, pars castis de justicia, & obras pias. Solet applicari secundum, quod iudex videbitur, & hanc dico ne intelligat lector legistorem in hoc capitulo velle, ut pena arbitraria iudex, sibi partem ferat, vel dividat, secundum quod in hoc capitulo distinctis jubentur penae in praesenti expressae pragmaticae.

Ibi, De nuestros reynos, sed an in locis ducum, comitum & marchionum habeat locum lex nostra & ejus dispositio & Avend. d. c. 4. prat. num. 50. vers. sed quousque cum seq. lib. 1. arguit pro se contra dicens quod videtur quod non, ex l. tit. 5. tit. 24. lib. 3. ord. vet. que est lex 70. tituli proxime precedentis.

cedentis, quæ videtur decidere quoad id, quod est Regiæ coronæ, procedendum esse ad restitutionem occupatorum non extra eam, prout sunt terra dominorum quæ non sunt dicte coronæ, & cui non conveniunt verba neque dispositio l. 4. §. toties. ff. de dom. infec. cum similibus ibi allegatis, hoc tamen non obstante inquit & bene Avend. ibidem contrarium esse tenendum, imo quod lex nostra Toletæ habeat locum non solum in terminis Regiæ coronæ, sed & in terminis locorum dominorum hujus regni, & quod ipsi possunt iudicibus suis committere ut procedatur secundum formam nostræ legis, nam lex nostra generalis est, & sic universaliter in toto orbe servanda à dominis inferioribus ut diximus in tit. 2. libro 2. supra sub l. 5. idque & ex lege nostra probatur clarissime, ubi de nostris regibus especialmente de nostra corona Real, nam cum dicat, especialmente, latine, præsertim, vel maxime de eujus natura est, quod implicet idem jus, sed per majorem ut est text. & gl. in l. illud ff. ad l. Aquil. & gl. in l. quod si minor, in §. restitutorio. ff. de minor. & per Bart. in extrinsecis, ad reprimendum, verbo, maxime, & sic quod statuitur in locis coronæ Regiæ censetur etiam statutum in locis dominorum inferiorum, quod ibi intelligit verum Avend. in locis dominorum popularis tamen & habentibus temp. secus vero si sunt termini Heremi dominorum, nam de his non loquitur nostra lex Toletæ, & tunc in eis ad querelam dominorum ordo judicarius erit servandus, non vero forma nostræ legis, quæ in rebus publicis tantum loquitur, neque obstat supradictis illa lex in tit. 14. lib. 3. ord. veter. nam secundum nostram est intelligenda, & quia licet sit transcripta in l. 7. titulo 5. supra isto lib. verba illa finalia de corona regia loquentia non sunt ibidem jam inserta & sic nihil dictis obstat, ex quibus hanc etiam opinionem tenet Mexia in l. de Toledo, in prima partis r. fundamento, num. 112. cum sequentibus.

¶ Ibi, Se questaron, tanta est enim hominum cupiditas, & hinc præsertim temporibus, ut nitantur totis viribus ascendere ad jurisdictiones, honores, possessiones, & bona conciliorum, ut inquit Ferrara in præf. in forma lib. in act. confes. vers. plenam, & ut his malis medela adhibeatur, lex nostra de remedio providet, ita ut licet in civibus regulariter inquisitio non fiat, in hoc tamen casu fieri possit.

¶ Ibi, Y otras personas, an ejus series & tenor comprehendat Ecclesiam & ecclesiasticas personas. Avend. cap. 4. præf. numero 17. in prin. lib. 1. voluit quod non, cum lex nostra contra seculares loquatur, & sic nova dispositio corrigens l. iudices. C. de iudicis, & multa alia jura in proposito allegata per Afflictis, in confes. Sicil. lib. 1. rubr. 73. incip. bayulos, & per Hippol. singul. 13. in fine, ita quod cum contra Ecclesiam agitur, admittitur appellatio, & idem videtur tenere Mexia, in l. de Toledo. 1. fundamento part. 2. n. 3. cum seqq. fol. 36. mihi tamen tenendum videtur legem nostram & sequentem & eorum tenores comprehendere etiam

Ecclesiam & ecclesiasticas personas occupantes absque jure bona & terras populorum, ita quod possint compelli secundum tenorem nostram legum per iudices suos restituere sic occupata, non tamen est eis deneganda appellatio, neque est exequendum ea non obstante contra Ecclesiam ecclesiasticas personas hospitalia & monasteria & ordines militares, etiam si secundum tenorem legis sequentis procedatur, prout ex ea clarissime colligitur, quæ nostræ declaratoria est, nam cum lex nostra sit justa, sancta & favorabilis ac utilis reipublicæ, ita obligat ecclesiasticas personas sicut laicos, debet tamen uniusquisque sub suo iudice conveniri secundum quod dictum est, & ex dictis per Doct. Ignatium de Salzedo, in addit. ad præf. Ber. Diaz. c. 55. addit. 1. vers. tamen si clericos, cum aliquibus seq. licet ex lege nostra aliud deur intelligi in locis vero de abbadengo itidem & clarus est locus nostræ legis, secundum Avend. ubi supra n. 55. in fine.

¶ Ibi, Especialmente de nuestra corona Real, ex his verbis notavi in glo. 2. nostræ legis, quod lex nostra etiam in terris dominorum locum habet.

¶ Ibi, Que quando algun conçepto, sed an idem sit, si ab uno tantum vicino aliquos civitatis, villæ, aut populi id petatur tanquam ab uno de populo, & dicendum est, quod si bona petatur fide, valet quod actum est, & habebit locum petitio, cum actio sit popularis, de qua in l. cum qui. §. in popularibus. ff. de jurejur. notat Martin. Afflict. in confes. Sicil. rubr. 37. numero 10. quem sic tenendo refert Avend. d. e. 4. præf. numero 31. in prin. lib. 1. ubi ad istud inquit posse induci l. 10. tit. 11. p. 3. & ibi itidem inquit, quod si populus vel universitas vult petere terminos occupatos à Domino, vel ab aliis, & dominus loci prohibeat peti ob id nunquam contra universitatem & curric præscriptio terminorum, & semper potest petere quod usurpatum est ex l. 10. tit. 29. p. 1. & itidem tenet Mexia, in l. de Toledo, in 9. fundamento partis numero 87. ubi 2. numero 88. hoc intelligit procedere, quoties nullam remedium dari possit ad removendum obstaculum istud, secus vero si dari potest, puta quia dominus prohibens est inferior à Rege & recognoscit superiorem, nam tunc debet populus adire Regem & senatum ejus, ut id medeatur, quia ubi potest tolli impedimentum, nihil prodest, ut ibi per Mexiam eum aliquibus numeris sequentibus, & alibi nos diximus, & ita teneo, licet idem Avend. cap. 12. præf. num. 2. lib. 1. velit dicere quod si alius quam universitas petat, tuendus erit in possessione reus, quasi excludat alium agentem, quam universitatem, sed fallitur meo iudicio; nam si unus de populo petit tanquam unus de populo nomine universitatis petat, & per consequens militat ratio & dispositio nostri text. & quæ possessio non datur in occupatore, cui jus restituitur & capad decimas, de restit. spol. in 6. & ex tradit. per Cov. in præf. c. 17. numero 6. Et qualiter formaliter libellus in remedio nostri text. tradit Aviles, d. e. 6. præf. gl. l. ij. de Toledo fol. 113. d. e. 6. præf. gl. l. ij. de Toledo fol. 113.

numero 6. scilicet, compareo & coram vobis, & conqueror de Titio & dico quod cum civitas hæc vel villa aut populus (pro quo agitur) possederit & possidet talem terminum, dictus Titius turbat dictam civitatem, villam vel populum in possessione sua, quare peto utque ad tales terminos & fines dicte civitati, villæ vel populo adjudicari, & tales debere esse confines & terminos declarari, & super talibus finibus silentium dicto Titio imponi quem tamen libellum ego intelligerem, quoties terminus occupatur per aliquem, sed si certa pars terre petita sub confinibus civitatis vel villæ ab ea ab antiquo possessis posita petatur, tunc melius meo iudicio ordinabis libellum dicendo: coram vobis compareo & conqueror de Titio, & dico quod cum talis civitas, vel populus habeat suos terminos distinctos & divisos per sua confiniâ & limites, intra eos dictus Titius habet injuste & contra jus occupatam talem partem terre in tali parte & sub talibus confinibus & limitibus turbans dictam civitatem, vel populum in sua possessione, quam de jure fundatam habet in tota sua jurisdictione, termino & territorio, quare peto breviter, & summarie secundum formam, ordinem & terminos legis de Toledo Titium ipsam excludi à turbatione dicta, & civitatem, villam, vel populum in sua possessione defendi, & si de aliqua decessit possessione restitui, & in pristinum statum reduci & reponi turbatorem ipsam vel spoliatorem graivibus compensando penis, ne deinceps contrarium attentet, & quod suis expensis si aliquid ibidem malificatum habuerit demoliarur, super quibus omnibus & singularibus & annexis & dependentibus peto mihi jus & justitiam ministrari omni meliori modo, & expensas peto & protestor, & juro, &c. & peto quod procedatur secundum formam & ordinem nostræ legis & ejus terminus assignatis & observatis. Et hic mihi videtur congruentior libellandi modus in materia nostræ legis, ex qua, si bene inspicatur, colligitur clare.

¶ Ibi, Y otras cosas pertenecientes al tal conçepto, & infra in hac columna dum dicitur, o otra qualquier cosa comun que ocupe, per hæc verba etiam comprehenduntur domus, & c. iudicis & allandizans de conçepto, & alia descripta in l. 1. tit. 5. supra isto lib. quam ad hoc sic tenendo allegavit Avend. dicit. c. 4. præf. num. 32. vers. item remedios lib. 1. & Mexia in l. nostra de Toledo, in 1. fundamento partis 1. n. 15. fol. 3.

¶ Ibi, El psequidor que sobre ello por vos s'fuerá dada, & sic particularis commissio & requiritur ut executio nostræ legis locum habeat, nam si absque commissioe hac processum fuerit, non habebit locum executio sententiae parte condemnata appellante, nam cum lex nostra sit nova, & novi juris introductiva, ita ut non obstanto appellatione executio sententiae sit facienda, si secundum legis nostræ formam processum fuerit, quæ substantialis forma est, & omnino servanda sub nullitatis pena, ut tenet Mexia, ubi supra

pra. in 12. fundamento partis 2. num. 1. cum sequentibus, merito quod omnia ad eadem proposita requirantur in progressu litis & sic quod commissio specialis requiratur Regis, vel ejus supremi senatus, ut videtur voluisse Avend. dicit. cap. 4. præf. num. 31. vers. tamen in civitatibus, ubi numero 32. in principio, inquit, facillime debere Regem concedere iudices ad inquirendum super terminis iis, ex l. 5. tit. 17. partita 3. maxime contra facientes defensas, aut prava, quæ vulgo, prados acortados, vocantur, de quibus in l. 13. infra eodem ubi aliqua dicemus. His tamen non obstantibus contrarium mihi tenendum videtur, imò quod specialis commissio non requiratur, sed quod corrector talis civitatis aut villa poterit procedere secundum terminos nostræ legis, & sic procedendum ejus remedium locum habebit, ut colligitur ex lege nostra, ibi que el corrigidor o otro juer, &c.

¶ Ibi, Llame a la otra parte, nam etiam deceptor & occupator & injustus citandus & vocandus est, ut late diximus, in l. 2. titulo 13. num. 3. cum sequentibus pluribus, supra lib. 4.

¶ Ibi, Treinta dias, per legem sequentem septuaginta constituuntur.

¶ Ibi, Y mostrar el titulo y derechos que tiene, nam cum civitas & villa possidet terminos sub certis limitibus & intra illos censetur de jure habere fundatam suam intentionem tam quoad & dominium quam quoad possessionem, ut inquit Avend. cap. 12. præf. num. 3. lib. 1. & in cap. 4. vers. constituto, cum sequentibus lib. 1. & iterum ibi, num. 5. vers. pactet, & diximus in l. 1. tit. 15. n. 58. cum aliquibus sequentibus lib. 4. supra, nimirum si, ut ubi dixi Avend. cogatur occupator terrarum intra terminos illos existentium demonstrare titulum, ut inquit lex nostra, neque quis est tuendus in possessione & refragante juris presumptione, secundum Covar. in præf. c. 17. n. 6. vers. undecimo, cum sequentibus, & Avend. c. 4. præf. n. 7. vers. si vero regio lib. 1. & facit dicta per nos in l. 2. tit. 1. lib. 4. supra, & per Mexiam, in l. de Toledo, 9. fundamento partis 2. n. 15. 16. & 17. fol. 82. Sed cum hic agatur de remedio restitutorio, & sic spoliationis, quomodo admittitur exceptio tituli, cum in remedio restitutorio solet dici non habere locum regulam illam, frustra petitis quod statim restitutus es, sed omnino sit facienda restitutio spoliatae possessionis non obstante exceptione domini, & dicendum est ideo, ut esse vel quia lex nostra loquitur in spolio præsumpto vel clandestino sine violentia per occupationem terrarum factam, in quo admittitur probatio domini in continenti & facta, ex l. 27. tit. 2. part. 5. & in l. 5. tit. 10. ead. part. quod non est in spolio facto per violentiam in quo non auditur volens docere de titulo etiam incontinenti in odium violentiæ, ex regula spoliatas est ante omnino restituendus, ut, c. in literis, de rest. spol. & in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Juliani. de vi. & probatur ex l. si. tit. 10. p. 7. & ideo nimirum si lex nostra titulum admittat etiam probandum per testes noviter receptos & examinatos intra terminum nostræ legis, quod

UNIVERSIDAD

UN

AL DE

R

non est in spolio cum violentia facto, in quo exceptio domini non admittitur nisi statim conflet de dominio ex titulo, vel probatione probata inter easdem partes, ut diximus latissime in l. 2. tit. 13. num. 73. cum sequen. pluribus libr. 4. supra & ita hanc rationem ad nostram legem assignat & considerat Avend. d. c. 4. par. n. 12. ubi n. 10. & 11. inquit legem nostram in dicto spolio presumpcio loqui, non vero si cum violentia, & Mexia, in l. de Toledo. in 9. fundamento partis 2. num. 39. & 21. fol. 83. vel quia ex consuetudine & sic a fortiori ex legali dispositione, ut hic, induci potest, quod simul de possessioe & petitorio agatur, ut not. Anton. de But. in c. si in fine, de ordine cogn. & expresse Avend. d. numero 12. vers. etiam potest cum sequen. & ideo iuste lex nostra admittit probationem tituli, si iusta enim causa ostenditur, quare concilium non possideat, sed reus conventus, etiam si allegatur presumpcio spoliium, non fit restitutor, ut not. Innoc. in c. cum ad sedem de resit. spoliar. Allicis, decis. Neap. 392. numero 17. & sic contra iniuste & indebite occupantes nostra lex loquitur, non vero contra possidentes cum titulo, secundum Mexiam ubi supra in 1. fundamento 2. par. numero 1. fol. 55. & latius in 2. fundamento eisdem 2. par. numero 1. & sequen. ad hoc ponderando verba nostre legis, ubi: *injustamente*, & bene: debet tamen a reo convento probari titulus vel jus certum ex tex. nostro in iis verbis, *ingrese el titulo o derecho que tiene*, & sic jus proprietatis, non vero antiquioris possessionis, eo quod in hoc casu non sufficit probare possessionem ad probandum dominium, quod quidem etiam presumpcio non probatur per eam, & ut not. Bar. in l. si duo in fine. ff. uti posside. & Avend. in d. c. 4. numero 8. in prin. & iterum ibidem numero 13. ad finem, eo quod conflictu quod res occupata erat intra consuetudinem civitatis vel ville probata est ejus intentio tam quoad dominium quam quoad possessionem, & sic resistit jus possessioni contrarie ab occupatore allegata, & per consequens nihil prodest, neque quoad dominium inducit probationem, & consequenter reus conventus debet ostendere titulum & jus certum, ut inquit Avend. d. numero 13. in fine. & Mexia, ubi supra in dicta fund. 9. partis 2. numero 20. fol. 83. Aliam rationem quare lex nostra admittit tituli probationem reddere poteris, scilicet, quia cum civitas sit persona potens & a qua, facta ei restitutione, difficulter res restituta recuperari possit, ideo denegatur ei possessionis restitutio, nisi in defectum probationis tituli a reo convento demonstrati, ut regulare est, in hoc casu, in quo & denegatur possessio, ut colligitur ex Abb. consil. 55. & aliis relatis per Avend. dicit. numero 14. & diximus in l. 3. numero 65. tit. 13. lib. 4. supra. Sed est necessarium videre in casu & remedio nostre legis, quem titulum tenebitur demonstrare reus conventus ad excludendam civitatem, villam, aut populum a possessionis petitione, ex remedio nostre legis intentata, & quia hic est principaliter nostre

legis punctus cum late declarandum judicavi. Et in primis principaliter titulum reputo, licentiam Principis datam civitati ut huic reo convento daretur terra illa super qua lis mora est, hanc enim licentia est verus titulus, ex l. 11. infra isto tit. & libr. Rex enim est legitimus administrator reum civitatum & villarum ac populorum & bonorum eorum, & ad eum super iis est recurrendum. Et ante assignationem terminorum potest illas, cui voluerit donare, post assignationem vero non liceret nisi ex populi consensu & adhuc non nisi ex causa publica id Rex faceret, ut utrumque membrum & prosequitur Avend. in dicit. cap. 12. 17. numero 19. & 20. Rex enim ipse nisi ex causa & cum maxima moderatione & causis cognitione id facere non solet, ut experientia compertam habemus, maxime illic temporibus in quibus magna necessitate populi concurrunt ex militum congregationibus; & missionibus in has partes, ubi pro eorum sustentatione & expensis, magna consumplerunt bona, pro quibus damnis reparandis necesse est fuit imponere censum, & alienare aliqua ex publicis, & id neque rex concedebat, nec alienari volebat, nisi adhibita causis cognitione necessitate illarum, & expensarum factarum, & quod non habebant populi alia bona, ex quibus id satis fieri ac solvi posset, & alia, que in ipsa schedula Regia jubebantur probari, quorum informatio cum ipsa originali schedula Regi remittebatur & camere sue, & ab inde cum maxima deliberatione providebatur id, quod iustum erat, & necessarium pro illorum necessitatem reparacione & satisfacione, & necesse est hac datus a rege, datus censetur ad petitionem populorum, & hic est verus titulus pro defensione habitorum a populo illo. Secundus vero titulus erit, possessio immemorialis, probando, quod reus conventus & antecessores sui possideret & possederent rem illam per tantum tempus, cujus in contrarium non est memoria articulando immemorialem ipsam, & probando eam juxta juris formam, sufficeret: probans enim eam, probat se esse verum Dominum & possessorem, ut in cap. super quibusdam 4. 1. de verb. signif. l. 1. §. denique, de aqua plu. ureca. per glo. l. 1. de ser. & aqua, ut per Fel. & Ripam, relatos per Avend. in tenentem in dicit. cap. 13. par. num. 5. libr. 1. & de hac immemoriali tradit placit. Covar. in Regul. possessor. 2. par. 9. 3. num. 6. & 7. de regul. jur. in sexto, & nos alibi diximus. Quod addo verum est, quod secundum Avend. dicit. cap. 12. num. 6. non solum procedit quoad terminos verbales, vulgo Baldios, sed etiam intra illud, quod dicitur, *Plaza, Exento o Dehesa*, & nam licet illa sint imprescriptibilia, ex l. 7. tit. 29. par. 3. & ex l. cum publicum. ff. de via publ. neque in talibus possit constitui servitus perpetua, ex l. 13. tit. 32. par. 3. & sic non possint pro censu obligari, sed neque pro censu universitatis vendi, secundum Alex. in l. commedus. ff. de re jud. & prescribitur publicum omne quod est intra limites illos, secundum Bal. in Rab. C. de contrah. emptio. locutum per Socin. consil. 227. vol. 2. Tamen hanc presump-

presumpcio excluditur per probationem possessionis immemorialis & privata esse prescribitur & non publica terra illa petita, cessaret tamen hac presumpcio ex tali immemoriali causata si quoquo modo constasset terram illam fuisse publicam, ex l. si arbor. & ibi glo. ff. de probatio. notat Fel. alios allegans in c. sicut olim. de re jud. & sic cum de certa parte agitur, non vero de tota platea, vel defensa aut exitu prescriptio immemorialis procedit, secundum Avend. dicit. num. 6. ubi num. 7. & 8. respondet legibus contrariis ut non obstant huic ampliationi. Ego camen in l. 1. num. 64. tit. 15. lib. 4. supra, tenui & nunc etiam teno contrarium, ut verius, imo quod etiam in parte platee exitus, aut defencie publice non procedat prescriptio immemorialis quoad proprietatem, quoad quam imprescriptibilia sunt, licet quo ad usum & servitorem paculandi, bibendi & similia bene procederet hac immemorialis prescriptio. Et cum quoad proprietatem non procedat ulla prescriptio, & pars exitus defencie aut platee sit in ipsis exitu platee vel defencie inclusa, nulla ratione effici potest quin illa pars sit publica, cum alie partes & publice sint, id enim indicandum est de parte quod de toto, & accessorium naturam sequitur principalis, quod si totam plateam exitum vel defensam imprescriptibilia esse fatetur Avend. cur & non partem sub toto & in toto illo comprehendam non reddemus etiam imprescriptibilem, & sic ampliatio hac Avend. quoad exitum, plateam & defensam non placet, nisi tantum quoad usum paculandi vel bibendi & similia, non vero quoad proprietatem & sic consilium cum aliis in quodam colmenario posito ab immemoriali tempore in quadam defensa publica boyal, vel quando defensa, exitus & platea non redeunt ex tali prescriptio in possessionem privatorum, sed manet semper publica, ut est videre in defensa, que est communis duabus civitatibus, universitatibus vel populis, nam per prohibitionem unius universitatis contra homines illos alterius universitatis acquiritur jus, ut illa defensa, que erat communis, remaneat apud unam ex illis universitatibus publica, & in usum publicum tantummodo altera universitate a communicatione & iure ejus exclusa, ut per plures allegationes concludit Jacobus in sua prescriptio, titulo de ser. p. & voluit glo. 1. 7. tit. 29. par. 3. & Avend. eos allegans in dicit. cap. 12. num. 9. & in dicto Colmenario, sic ego conclusi, & alii adhererunt huic meo consilio, scilicet, quod Colmenariis terra illius publica remaneret, ut omnes illius partu uti possent, nec prohiberi per Dominum colmenariis, prout volebat & pretendebat, & sic usum, non vero proprietatem prescriberet, & secundum hanc dicta l. 7. tit. 29. par. 3. & est declaranda, procedatque quoties nititur per prescripcionem bona talia, que sunt publica, facere particularia & privata, sed si semper publica manent, lex illa hoc non verat, ut optime probat Avend. in eo. cap. 12. numero 9. & 10. ubi numero 11. ex supra dictis inferit, quod manente sylvia vel defensu

publica potest acquiri prescriptioe jus vendendi in illa per certos homines alios exclusis, & jus piscandi, & hoc est quod diximus supra nos tenuisse in dicit. l. 1. numero 64. tit. 15. lib. 4. supra, quod jus piscandi, bibendi vel paculandi potest hac prescriptioe immemoriali acquiri in defensa, platea aut exitu publicis, non tamen proprietatis, & secundum hanc etiam est intelligendum id quod inquit Avend. dicit. c. 12. num. 11. versic. Quarta conclusio cum numero 12. Iste etiam notandum est in declarationem supradictorum, quod si id quod est occupatum, per aliquem particularem ad petitionem civitatis, villae, vel populi restitatur civitati ipsi, villae vel populo, & ipsemet populus retinet hujusmodi bona non in forma platearum exitus, via aut defencie publice, sed retinet sibi illa edificia, plantas, aut arbores ibi constituta per privatum illum occupatorem & restitutum, & utitur populus eisdem velut bonis ipsius particularibus, & non in usu communis facultatis, in hujusmodi casu, quia rediguntur ad bona communia in redditum solius universitatis, & non in usum omnium, tunc si quis hujusmodi bona sic redacta possederit per spatium quadraginta & 13 annorum prescribit ea, ut in l. 7. tit. 29. par. 3. ibi, *T esto es por que muguer sean de todos comunamente*, no usam comunamente dellas todos, mutante egin talia bona naturam primariam mutato usu possessionis, ut in l. 25. tit. 3. par. 3. ibi, *Deven usar dellas assi como de las otras rentas comunales que ovieren*, si ergo sic uti eis debent, prescribi poterunt, cum esset prima causa ob quam imprescriptibilia reddebantur, & sic debet cessare effectus, ex cap. cum cessante, de appellat. & ex notatis per Doct. in l. maritum. ff. solut. maritim. ex quo inferit idem Avend. dicit. cap. 12. numero 16. versic. & ex hoc inferunt, lib. 1. quod si defensa, que debet esse in usu paculandi tantum pro bestis agriculturae & non non pro aliis, quam defensam vulgus vocat, *Defensa boyal*, si talis defensa mutatur ab universitate & aratur ut fructificet frumenta & hordas in redditum populi ad solvenda vectigalia Regia, puta servitia & similia (ut nunc sit, *Para pagar lo de los ocho millones*) vel forte quotannis venditur herba ad dicta onera solvenda, tali casu lapsa decennio quo consuetudo hac & populi voluntas hoc approbantis colligitur, dicta defensa, que jam non est in commodo publico & usu communi, poterit licet aliis bona, que sunt in redditu universitatis prescribi spatio quadraginta annorum, ut ex ratione dicit. l. 7. tit. 29. par. 3. inquit Avend. ubi supra, colligi, quod ut firmum non refero, obstat enim & nimis huic illationi *De la defensa boyal*, prohibito l. 12. infra isto tit. & lib. Item intellige supradicta quod edificia facta in viis, plateis & defensis publicis populo restituta possint populo volente facta remanere, quoties non nocent & viis publicis & plateis & partu communi, nam tunc volentibus & contententibus singulariter omnibus in publico concilio non sunt demolienda ex l. dicit. 23. tit. 32. par. 3. secus vero si impediunt curiam publicam & partum, vel aliter offendant,



ostendat, nam tunc iudex populi poterit ea dirimere non obstante consensu concilii, nec sunt tunc retinenda ut inde populus commodum, vel redditum percipiat, ut deducitur ex l. 7. infra isto tit. & lib. ibi, *Pero en quanto toca a los popos, y aximozes, &c.* que sic est intelligenda ne oblit legi 9. hujusmodi tituli & libri edificia non esse demolenda disponenti, ut & ibi dicimus, & ita inquit Avend. *ditt. cap. 12. numero 17. & 18. ubi asserit, quod hac demolitio poterit fieri per iudicem & secularem etiam si edificium factum sit ab Ecclesia, ut per eundem Avend. e. 19. pr. numero 30. eod. lib. & Menochium, de reuim. possess. rem. 3. numero 489.* Et notandum est pro hac secunda forma probandi, quod si de antiquis agatur per indicia & probatur dominium & per famam publicam & possessionem, ut optime per Beronum, in questione familiar. 67. numero 6. cum sequent. Tertio modo probatur titulus circa terras Zebidas, & Baldia; vulgo dictas, de quibus noster est sermo, quando cum populi licentia datur aliqua pars terre hujus alicui, ut ibidem seminet hordeum, avenam, vel aliud genus leguminum, vel ut ibi plantet arbores, vel ut edificium faciat ad populi ornatum, & tam sic isto titulo possederit spatio 20. annorum seminando & arando, vel plantando arbores, vel edificando: nam licet sit prohibitum administratoribus civitatum & aliis regulariter terras has dare vicinis, ex l. 11. infra isto tit. & lib. notat Avend. *ditt. cap. 12. numero 21. & 22.* Tamen si dantur per populum & concilium ejus ad plantationem, seminacionem vel edificacionem, licet licentia sola esset inutilis, tamen si cum ea probatur possessio illa 20. annorum & quod plantatum est, aratum, vel edificatum & factum id ad quod fuit concessa talis terra, valet utique, & tuendus est in possessione possessor hic imposito sibi solario & censu, ex l. 9. infra isto tit. & lib. quam sic semel feci practicari, & tenet per eam Avend. *ditt. cap. 12. numero 24. versic. item dictum cap. cum sequentib.* nam appellacione terre vel agri non venit plantata, vel vineata, ut in l. nulla, & ibi per Bal. & Apollin. C. de acquir. possess. secundum Avend. d. cap. 12. numero 22. & 23. ubi in versic. quod intelligerem, hoc intelligit adeo esse verum, quod etiam si vellet possessores arbores dirumpere & tollere, & edificia destruere, non possunt, nisi essent, ut diximus, edificia & plantaciones populo nociva, & ornati ejus, nam tunc essent diruenda ex dicta l. 7. infra, eod. & prosequitur ipse Avend. ibidem numero 27. versic. si vero cum sequentib. ubi idem inquit si adesset titulus hereditarius, puta quia possessor talis terre eam habuit a majoribus suis titulo hereditario vel donati, ut ibi per eundem Avend. numero 29. vel alio particulari vel universali cum possessione 40. annorum & edificatam, vel aratam & cultivatam secundum terre illius qualitatem, & sequitur Mexia, in l. de Toledo in 9. fundamento part. 2. numero 42. fol. 86. datur tamen concilio restitutio intra quadriennium post impletam prescriptionem, secundum Suarez, allegacione 15. allegatum



UN

ad hoc per Avend. in dicit. numero 27. versic. si tamen, ubi in versic. sequente, addit ad Suarez de plantatis solum loquentem, ut idem sit de aratis, vel ad culturam appropriatis, prout sunt terre date, Para Alcazales licet secundum eam ibi in eod. numero 27. versic. in plantatis, datur quid plus in plantatis quam in aratis, scilicet, quod post factam plantationem si terre sunt habitae a consilio perpetuo durabunt apud possessores, etiam si possederint minori tempore 40. annorum, & istud operatur licentia populi & bona fides causata ex titulo illo imposito eis solario, sive censu ex dict. l. 9. infra eod. nam si ultra quadraginta annos dicta bona sic fuerint possessa in tali casu liberet & sine ullo solario prescribentur, nam dicta l. 9. infra eod. non loquitur quando cum licentia & concilii adesset possessio major 40. annorum. In terris vero aratis, de quibus lex illa 9. non meminit, vel in plantatis habitis tamen alio titulo quam Regis vel concilii quadraginta annorum spatium & cum titulo dotis vel hereditario requirerent ut possessor tueretur in possessione imposito sibi censu ex dict. l. 9. si probet eas an alle temporibus congruentibus, ut voluit Avend. *ditt. cap. 12. numero 27. versic. quando vero, & ibi versic. in plantatis.* Imo & plantata si ad populum revertantur eique restituantur ex aliqua causa, debent, ut dictum remanet, conservari & in eisdem plantis & edificis, secundum legem 7. infra eod. & secundum hanc est declaranda lex 1. supra isto tit. disponens quod omnia plantata vel edificata in publicis terris & paribus demoliantur, nam non procedit in iis, quae per spatium quadraginta annorum cum quolibet titulo possesse sunt, vel spatium viginti annorum cum licentia Regis vel concilii plantatae sunt, edificatae, vel cultivate, nam non auferuntur a possessoribus, sed imponitur census, secundum quod in dict. l. 9. infra eod. disponitur, nisi edificia essent multum nociva, tunc enim diruuntur, ex dict. l. 7. infra eod. & sic declarat dictam legem Avend. d. cap. 12. part. numero 29. in princ. lib. 1. & Humada, in l. 5. tit. 26. part. 2. glof. 6. num. 10. cum sequent. Quae notabis, quia non sic reperies congeita & declarata. Alius & quartus titulus vel quintus possit esse ut possessor in possessione tueretur, scilicet, quoties res quae petitur, fuit in extimo publico postea & allibrata tanquam illius a quo petitur, nam quoad ipsum populam agentem alio non petente probatur dominium ex extimo illo secundum Paul. in l. si pater. C. de Altit. empr. notat Soc. consil. 90. col. 4. vol. 1. & Avend. *ditt. e. 12. numero 9. versic. item ultra,* ubi in versic. alios, allegat l. 10. tit. 14. part. 3. alios modos assignantem, quibus titulus iste probari possit. Ultra quos ego considero alium probandi modum titulum hunc, scilicet ut possessor excusetur a petitione concilii, scilicet probando, quod res illa existit extra limites & territoria populalius, vel quod populus ille petens non habet fines & terminos limitatos & confinis distinctos, nam hoc probato, obtimeat utique possessor hic convectus & excluderetur concilium

a pe-

a petitis, eo quod lex nostra solum loquitur & procedit, quoties populus habet terminos distinctos, & facta est assignatio terminorum illius loci ab antiquo, idque debet concilium probare ut obtimeat, ut jam in hac diximus lege, & tenet Mexia, in l. de Toledo, *ditt. 9. fundamento, 2. part. numero 2. cum sequentib.* aliter enim diceretur *Tierras Realegas.* ut inquit Avend. in cap. 4. part. numero 5. versic. patet ergo, lib. 1. & Humada, in *ditt. l. 5. tit. 26. part. 2. glof. 6. numero 15.* Probanturque limites & confinia & multis modis, & decem modis concludentes probationem terminorum, notat Guileo Papae, *decif. 193.* & octo descriptit Caflan, in *Conf. Burg. Rubric. 1. s. 1. glof. Ou tercioire. verbo, Malita.* & Avend. *ditt. cap. 4. numero 19. & Aviles, cap. 6. part. glof. La ley de Toledo, num. 14. cum sequentib.* & Mexia ubi supra, numero 2. cum sequentib. & Mascard. de probatio. tom. 1. consil. 393. cum 9. sequent. & in probationibus confinium & terminorum probatio per aspectum est potior, ex text. in l. si irruptione. 9. ad officium. ff. fin. regum. l. 4. tit. 14. part. 3. l. fin. tit. 15. part. 6. notat Avend. in *ditt. cap. 4. num. 19. versic. ideo lib. 1. Hippolyt. in pract. 4. secunda, numero 23. cum plurib. sequent.* & Mexia, ubi supra, nunquamque probatio hac per aspectum & oculorum ceteris excludit, secundum Jaf. in l. eam. 6. in popularibus. num. 6. ff. de jur. jur. & requisita ut iure fiat hac oculorum inspectio, sive per iudicem causae, sive per commissarium ejus, vide per Rebus. in 31. tom. consil. Franc. tit. de dilatio. art. 2. glof. 2. num. 21. cum seq. & continuatio limitum attento jure communi & omnia provinciae consuetudine debet fieri recta via, & non indirecta, ut in l. adeo. 8. infula. ff. de acquir. rer. domin. cum quo concordat l. 27. tit. 28. part. 3. not. Soc. consil. 181. col. 3. vol. 1. Avend. d. numero 19. versic. & conuatiuo, & Mexia, ubi supra, numero 6. & in consilii probationum se invicem contrariantium, prout quotidie contrariantur, & in finalibus questionibus antiquiore probatio tam testium, quam instrumentorum debet & prevalere, secundum Alber. in l. in finalibus ff. fin. reg. & Avend. d. numero 19. versic. & ob id, & glof. Mojones. l. si. tit. 15. p. 6. standum est enim vetustati, ut in l. 2. C. fin. regum. in Antiven. de admin. offic. in fin. col. 3. l. siue possidetis C. de probat. & testes de actibus positivi deponentes praeferrendi sunt aliis de eis non deponentibus: qui actus positivi sunt, liberatio, pascualio, vel aratio terrarum, qui sunt modi significativi possessionis & terminorum, secundum Bald. l. sient. 6. l. ff. quod cuiusque uni. nem. sequitur Allicid. *decif. 376.* & Avend. d. e. 4. numero 20. versic. & inter alios, & probata in iis antiqua & possessione, praesumitur antecessores iuste possidisse, secundum Bald. in cap. si diligenti. ad fin. de prescript. & praesumitur possessorem tenere justitiam penitentem, & habet talis possessio vira tituli, constitutionis & privilegii, ut per Rolan. Valle, consil. 3. numero 96. 97. & 107. vel 1. & praesumptio oritur ex antiquo actu

Azcedo in Recopilacionem. Tom. IV.

ut not. in c. veniens, de verb. signif. & quod constat praesumptive satis dicitur apparere, secundum Abb. in c. Scribam, de praesump. Bald. in l. si. ff. de her. instit. Allicid. *decif. 13. numero 24.* & verum dicitur & est, quod praesumptive est probatum & acquit ac si verum probaretur, secundum Tyraq. in l. si nunquam, verbo, Donacione largitus n. 158. cum seq. pag. 238. & sic antiqui limites praescribantur, ut per Franc. Marcum, *decif. Delphin. 216.* Iidemque testes deponentes de limitibus solo affixis & in terra natis, vel per montes, vel flumina & aut rivulos distinctis praescribantur testibus de limitibus diversis deponentibus, qui solum sunt positi supra terram, vel in arboribus & positis per manus hominum, qui enim mutabiles sunt, appositus verbi a natura immutabiles ut flumina, & aeterni ut montes, & in eis quod cum fuit verum, & hodie etiam est verum, l. qui bona s. si quis stipulaturus. ff. de damno infecto, notat Bald. in *ditt. l. in finalibus ff. fin. regum.* & ubi duae concurrunt rationes & praesumptiones, naturalis praesertur accidentalibus, l. eum qui probabilem. C. de episcopis & cler. & ibi Bald. inquit, quod praesumptio & naturalis praevalet alteri cuiuscumque opinioni, & tenet Craver. consil. 250. numero 2. volum. 1. & quia limites ut tales sunt, debent esse erecti & terre affixi. l. 1. s. qui in rebus. ff. de falsis. l. qui cabolas, in princ. ff. de furis, & debent ire recta via non vero indirecta & tortuosa, ut in l. adeo. 8. infula. ff. de acquirend. rerum domin. Item & praescribantur testes de limitibus deponentes in favorem rei ad excludendum delictum reo impositum ex occupatione limitum, & eorum functione, praesertur enim praesumptio exclusiva delicti, secundum Roma. consil. 68. ex Barr. Doctrina, in l. non solum. s. sed ut probat. ff. de novi ope. num. quom legatur totus muodus, secundum Jaf. ibi, sequitur Gramm. *decif. 28. numero 2.* eo quod praesumptio est potentior, quae benignior, ex Barr. in l. si pupillo. ff. ad l. Falcidia. Jaf. in l. nominatum. numero 5. ff. de lib. & posth. Alciat. l. 2. in princ. numero 34. ff. de verb. oblig. praesertim si terra convicinas itidem limitantur per eisdem limites, quibus terra de qua est questio, nam ex contiguitate & vicinitate & verisimilitudo capitur & colligitur, ex text. 44. in l. si servis plurium, s. fin. de legat. 1. l. heredes palam, s. sed si necam. ff. de testam. quae iura ad hoc allegat Dynus, in cap. inspicimus, de regul. jur. in 6. Mantica de consil. tit. volum. lib. 6. tit. 13. numero 3. & Mascard. tom. 3. de prob. concl. 2409. vicinias. & prius in 1. tom. conclusi. 271. Castrum, sicut & una scriptura per alium declarat, & unum privilegium & per aliud, ut hanc & alia per Jaf. 45. in l. triicum. numero 6. ff. de verb. oblig. fol. 127. quae & alia multa in facti contingentia in quadam oculorum inspectione ab uno ex auditoribus Pinciane cancellariae facta allegavi, quae longum esset hic referre, & alius itidem praesumptionibus justificari poterit, per conjecturas enim limites probantur, ut per Mascard. *ditt. tom. 1. concl. 393. cum 5. sequentib.* Quem post supradicta vidi

K x unum

urum tamen in proposito volo te scire tanquam singulare, scilicet, quod si dono tibi vel vendo talem fundum talis nominis, solum fundi illius corpus considerando, etiam si adiciam, qui est sub talibus limitibus, & iugerum, si post appareat alia plura iugera continere, erunt donatarii & emptoris, ex tex. in l. si venditor habens, in princ. & in princ. & in versis. si minus. ff. de actio. emp. ubi si vendo tibi servum cum peculio, quod peculium est decem aureorum, si peculium est majus, erit emptoris, si minus debet suppleri usque ad illa decem, & ratio est quoniam tunc solum corpus consideratur, & illa decem vel limites & iugera causa demonstrationis adiciuntur, & apponuntur, & ea quae demonstrationis causa dicuntur non disponunt, ex l. si verbis. C. de testa. milit. & cum non disponant, non obligant, & sic augmentum est emptoris, vel donatarii, prout in specie consilii Oldrad. consil. 197. coramuniter approbatus secundum relatos per Burgos de Paz, consil. 25. numero 22. & in l. 3. Tanzi, numero 268. & 269. & Socin. Jun. consil. 42. numero 4. vol. 2. & Ant. Gom. tom. 2. cap. 2. numero 16. Afflict. decisio. 68. numero 3. & ibi Addit. ubi declaratur quando dicitur inceptum à corpore, late per Pinel. in l. 2. C. de re. vend. 3. part. c. 2. numero 3. cum pluribus sequentibus. & illam Oldradi doctrinam sequitur Dec. consil. 347. & Soc. consil. si. lib. 3. ubi optime inferit ad plura, & Tyber. Dec. Resp. 44. per totum lib. 1. declarat & exornat. & Alex. consil. 8. lib. 4. neque obstant doctrinae adductae per Bart. Socin. consil. 98. volum. 1. quoniam ut ibi ipse attestatur in facto illius consilii alia diversa & urgentia intervenerunt ad contrarium consulendum, quae in transitu retuli ut cum casus eveniret, scias partem tuam defendere ex dictis Doctor. vetera colligendo.

¶ Ibi, O tra qualquier cosa, & sic etiam pro officio conciliorum & jurisdictionibus & similibus locum habebit, prout iam dictum remanet.

¶ Ibi, Pesquisa simpliciter, y de plano, hic est unus casus ubi in civibus potest fieri inquisitio contra occupatores terminorum publicorum, quem & alios refert Aviles. c. 3. prat. glof. Ley, numero 5. cum sequentibus fol. 119. & quod fiat simpliciter & de plano est maximi effectus, ut constat ex dictis per Doct. in Clem. sape, de verb. signif. & per Marant. in prat. 4. p. dist. 9. numero 12. & per nos in l. 10. num. 125. cum sequ. aliquibus tit. 17. lib. 4. supra, quorum duos effectus describit Avend. dist. cap. 4. prat. num. 16. lib. 1. scilicet ut non admittatur testium repulsa in causa nostri text. ut infra in glof. Ni racha de testigos, dicemus. Item quod etiam inter duo concilia agatur remedio nostri text. non admittitur appellatio in isto possessorio, & ob id non procedit practica Marante. in sit. de appellat. num. 301. posita, ut advertit Avend. ibidem. d. num. 56.

¶ Ibi, O testigos, & sic novis testibus probari poterit. Sed an & ex parte occupatoris

novis testibus probari poterit dominium in iudicio restitutorio, ut impediatur restitutio petita ex remedio nostri text. & crederem quod sic, & quod est hic specialis dispositio in hoc, ita ut licet de iure civili in remedio recuperanda possessionis (secundum aliquorum opinionem) admittatur exceptio defectus dominii & proprietatis, hoc tamen verum est & procedit, dum tamen non ex novis probationibus id probatur, sed ex probatione probata antea inter eadem partes in alio iudicio, vel ex sententia vel instrumento, ut diximus in l. 2. numero 42. tit. 13. lib. 4. supra, tamen in remedio nostri text. id est singulare, scilicet, ut admittantur probationes dominii & ejus exceptiones probatae etiam ex novis dictis testium nunquam antea super hoc examinatorum, & hoc nulla alia ratione, nisi quia proceditur in casu nostri text. ex praesumpto spolio, ut supra dictum est, & ideo nimirum si haec probatio, quae alias in remedio probati spolia & veri & non praesumpti non admittetur, admittetur in terminis nostrae legis. Sed an admittantur testes in testes pro ipsa civitate vel contra, & contra eam nulli dubium: pro ea vero an admittendi sint, vide quae late diximus, in Tract. de decurion. Curia Pisana lib. 2. cap. 19. per totum, maxime in additione magna.

¶ Ibi, Dentro del dicho termino, ita ut si lapsus ejus termino fiat probato nihil proficit, nam cum lex ista sit nova dispositio cum novis modificationibus facta, quicquid in ea expressum est, censetur esse de forma substantiali, ita ut ea non observata corrumpant in contrarium acta, ut in simili diximus in l. 3. tit. 10. lib. 4. sup. & in terminis nostri text. dixit Avend. d. cap. prat. 4. num. 17. versis. est advertendum, lib. 1.

¶ Ibi, Ni racha de testigos, nam cum ista causa sit summaria, non admittitur testium repulsa, ut not. Rom. singul. 283. & Marant. cap. 1. & Lansian. relati per Avend. dist. cap. 4. numero 16. in princ. eo quod praedictum in summaris est reparabile, secus vero si irreparabile esset, nam tunc admittitur testium probationes, secundum Rebus. in Tract. de reprob. test. artic. 1. gl. 1. & 2. numero 16. sed cum ex lege sequente sint termini prorogati, datur potestas reprobandi testes, ut ibidem expresse disponitur.

¶ Ibi, Ni de las escrituras, pura si esset allegandum, quod erant falsa instrumenta, & cancellata, fraudulenta, nulla, vel à notario aut tabellione publico non confecta, vel quod non erat tabellio. Haec enim in materia legis nostrae allegari non possunt, cum sit causa summaria, & in qua simpliciter & de plano procedendum est, & attentata lege nostra id sine dubio procederet, sed cum ex sequente terminus prolongetur, & datur facultas reprobandi testes, poterunt & instrumenta contradici.

¶ Ibi, Que luego sin otra figura de juriso, & sic abique obstaculo appellacionis, ut in glof. Antiqua, illius legis dicitur.

¶ Ibi

¶ Ibi, Pierdan, y sea perdulo, quam tamen potest tunc incurreret resistens hic, quoties in sententia illa & processu super quo lata est, observatus fuit ad unquam tenor nostrae legis, secus vero si non esset; nam tunc neque dicitur & perturbari concilium neque contraveniri sententia, neque incurritur legis poena, secundum Mexiam, hic supra d. l. De Toledo, in 4. fundamentis. 2. p. numero 2. fol. 52. ubi cum sequent. id fundat eo quod ut ipse ibidem in 5. fundamento ejusdem partis sanxit, sententia nulla non est sententia, & in 6. fundamento, etiam ex aliis pluribus id fundat & prosequitur.

¶ Ibi, T que pierdan, in casu proxime precedente haec intellige, scilicet, cum legitime & iudicialiter lata sententia secundum terminos nostrae legis contra talem occupantem officia haec, & restitutionem rei jam facto concilio condemnatus ille adhuc persistit resistendo & turbando concilium in possessione sua, tunc enim amissio officii locum habet, non vero pro prima occupatione, & ideo idem dicendum, quoties in defectum officii est imponenda poena amissionis tertiae partis honorum, ut inquit versiculus sequens, T si no iuviere, qui in casu in quo loquitur versiculus hic, Pierdan los officios, intelligendus est, cum subrogatum fiat naturam illius in casus locum subrogatur, ex iuribus vulgaribus.

¶ Ibi, Aunque la parte que tuviere becha la tal ocupacion apelo, hic versiculus correspondet primae nostri text. dispositioni, scilicet, cum proceditur ad restitutionem rei occupatae contra occupatorem, tunc enim si processum est servato legis nostrae tenore, exequenda est sententia abique obstaculo appellacionis, quod intellige, ut non tollatur ex toto appellatio, sed tantum quod appellatio non obstat quin executio fiat, ita ut haec appellatio non habeat effectum suspensivum, non tamen perdit devolutivum, nam executione sententiae facta prosequi potest appellatio, ut colligitur ex finali versiculo nostri text. T por que esta causas; Limitatur tamen haec nostri text. conclusio aliquibus modis. Primo quoties non appellatur à sententia, sed ab inordinato processu, tunc enim admittenda est appellatio, secundum Bald. in cap. ex conquezione, col. 1. de restit. spol. Bart. l. 2. col. 2. ff. de app. recip. Ibi in l. 1. notab. 3. ff. de bon. poss. secund. tabul. Mexia in d. l. de Toledo, in resp. ad 2. fundamentum 1. part. numero 49.

Secundo limitatur nostra lex, ut procedat respectu executionis sententiae in possessorio, secus vero quoad condemnationem fructuum in ea factam, quoad eam enim bene admittitur appellatio & superseditur in executione quoad fructus, & ita colligitur clare ex nostra lege dum tantum quoad restitutionem possessionis loquitur, & verba proferunt, nihil autem de fructibus meminit, ut scribit Baldus in lege prima, C. si de monumenta possessio. Afflictus, decisio septuagesima septima. & alii relati & secuti per Mexiam ubi supra, numero quadragesimo octavo, folio centesimo sexagesimo octavo, & Avend. dist. cap. 4. prat. numero decimo septimo versis. item ex serie. Tertio limitatur nostra lex, ut non procedat quoties agitur contra Ecclesiam, aut Ecclesiasticas personas, hospitalem, vel monasterium vel ordinem militarem, tunc enim ex lege sequente suspenditur executio sententiae interposita ab ea appellatione, & refert Avend. disto numero decimo septimo, versiculo, Itaque quando, & tunc appellatio est interponenda & presentanda coram supremo Regio senatu, non vero in cancellaria secundum legem sequentem, ubi repetemus. Nota tamen quod si Ecclesia, vel aliqua ex dictis personis in hac limitatione contentis tantum pro fundamento vel intentionis ostenderit solummodo licentiam concilii tunc illius, & facerentur se nullum alium titulum habere, neque possedissent longo tempore, in hoc casu etiam contra Ecclesiam & personas ecclesiasticas & loca pia fiet executio, non obstante appellatione, ut colligitur ex lege quinta, infra, isto titulo & libro, adnotante sic subscriptione marginali posita in columna penultima, in fine legis quartae sequentis. Nam etiam si antea ex lege nostra praesentato titulo concilii, interim quod dispatetur de eius validitate, esset admittenda appellatio, tamen iam ex lege quinta, infra eodem, non admittitur, si solum modo titulus concilii praesentetur, prout inquit Avend. dist. numero 17. versiculo, Item quando, & Mexia, ubi supra, numero 50. fol. 169. Sed an admittitur & restitutio iam quod cesset appellatio, & in hoc viderit non cessare, eo quod lex nostra non excludit expresse restitutionis remedium, sicut appellacionis, & restitutio non censetur exclusi, nisi aliud expresse dicatur, ut diximus in lege prima, titulo sexto, numero vigesimo primo, libro quarto, supra & late per Franciscum Becium, consilio duodecimo, numero sexagesimo octavo, cum sequentibus, & ita in terminis nostrae legis tenet Avend. dist. c. 4. pariter, numero decimo septimo, in fine, cum principio sequentis libri primi, & Mexia, in dicto Responso ad secundum fundamentum, prima partis, numero quadragesimo quinto, folio 168. Sed eorum pace dixerim, Mihi videtur in terminis nostrae legis contrarium, nam lex nostra postquam exclusit appellacionem, & ideo nullitatem, omne etiam quodcumque aliud remedium excludit, & sub universali illa, O de otra qualquier remedio contra la sententia, restitutio censetur exclusi, ut neque per eam executio sententiae impediatur, ut in simili late diximus, in l. 2. numero 4. & 5. titulo 19. lib. 4. supra, & in l. 4. titulo 17. numero 5. cum sequentibus, eodem lib. Et hoc (supposito pro vero) esse processum in causa secundum

K x ij tenorem

Arredo in Recopilacionem. Tom. IV.

tenorem nostrae legis, & eo servato, tunc enim etiam inspectis probationibus videtur iudicem ius partis convenisse, non impidetur executio sententiae ob restitutionem contra eam intentatam, & ita mihi videtur salva in omnibus dictionum partum & aliorum censura, & versiculus nostrae legis in finali ejus columna, ibi, *Pero si las tales sentencias fueron dadas sin llamar, e sin oyer las partes*, non obstat, nam loquitur & procedit, ut ex precedentibus versiculis apparet, quoties executio sententiarum jam productarum petitur, & ex tenore earum, & processu apparet formam nostrae legis non esse servatam, ex eo quod pars condemnata non fuit audita, quia tunc non est exequenda, sed de novo est processus fulminandus, non vero non loquitur in hoc casu, sed cum pars est audita, gravata tamen in condemnatione, in hoc enim casu dicimus nullitatem & restitutionem denegandas, ut non impediatur executio sententiae condemnatoriae latae contra talem occupatorem, idque etiam colligitur ex aliis verbis versiculi sequentis nostri text. dum de pendencia litis dixit, addit, *I no embargante otras qualesquier causas, y razones que allegare para impedir la execucion*, notanda sunt enim haec universalis verba, & geminatio, ut etiam in contrarium allegata quaecumque sint non impediatur executio, nisi illa tantum, quae impediunt lege nostra attenda dictum est.

¶ Ibi, *Que parezcan ante vos en el nuestro conejo*, hoc ut inquit subscriptio marginalis nostri text. alteratum est per l. 2. titulo 4. libro 2. supra, scilicet, quod super appellationibus prosequendis in iis causis non est adeundus Rex, neque ejus sensus supremus, sed Cancellaria & districti illius, in quo fuit restitutio occupatorum ex dist. l. vigesimoprimum. fallit tamen ejus generalis dispositio in casu legis sequentis propositae sub versiculo, *Salvo si la sentencia fuere dada*, scilicet, cum processum est contra Ecclesiam, aut ecclesiasticas personas, hospitale, monasterium, vel ordinem militare, nam tunc etiam a sententia lata contra Ecclesiam, & personas ecclesiasticas, & hospitale, & monasterium, vel ordinem militare, in gradu appellationis adeundus est Rex, & ejus Regius senatus, & hic casus cum sit specialis & in favorem dictionum statutus, non censetur derogatus per dispositionem generalem dictae legis vigesimaprimum, sed potius haec lex vigesimaprimum per supradicta declaratur, ut non procedat quoad haec.

¶ Lex Quarta sequens est declaratoria hujus lege nostrae terrae, & ideo quae in hac legis 3. dicta sunt, sunt etiam pro declaratione hujus lege 4. dict. ut ibi videri potest, & sic non est necesse iterum ea repetere.

¶ Lex Quinta itidem est declaratoria dictae nostrae legis 3. & ejusdem materiae, & circa eam solum notate debetis quod licet titulus solus concilii per reum conventum allegatus non sufficiat, tamen si cum eo

concurrat possessio longa & res illa sit plantata, vel edificata, sufficit ad impediendam executionem sententiae condemnatoriae, durante appellatione, ut ex lege 9. infra eodem dispositum est ad hujus declarationem, aliis nullo modo leges haec se compati possent, & in lege 3. supra eodem diximus.

## IN LEGEM SEXTAM.

Quae sunt illa, quae reducenda sunt ad passum communem, declarat l. nostra, quae quidem breviter summatim non potest.

¶ Lex ista dividitur in quatuor casus. Primus apponitur in principio, ibi, *Por ende para obrar*, usque ad versiculum, *T los otros terminos*, & abinde usque ad versiculum, *T los terminos y exidos*, ponitur secundus casus, & ab isto versiculo, usque ad versiculum, *T an quanto*, apponitur tertius casus: & ab isto versiculo, *T en quanto*, usque ad finem, apponitur quartus casus, & in versiculo, *Lo qual todo*, in fine nostrae legis jubetur omnia dicta in iis quatuor casibus esse omnino servanda & exequenda, & in relatione senatus Regis supremi mittenda illa, quae in executione supradictorum egerint, & haec continet tota nostri text. dispositio, quae solum loquitur quoad reducendam ad passum illa, quae cum antea passui communi essent deputata, in culturas redacta sunt, ut ad passum antiquo communem reducantur & restituantur.

¶ Ibi, *Rompien los pastos*, ex quo magna incommoda proveniebant, ut inquit notat text. hic; expedit enim Reipubl. pastibus abundare, ita ut licet militum animalibus suis danda & pascula & alimenta, id tamen ita fieri debet si sine laesione caralium & vicinorum id fieri possit, ex text. in l. 2. & ibi Doctores. C. de pasculis publi. libro 11. Adde ut si statuto usu munio concedatur singulis de populo, certo tempore anni, quod eorum animalia cujuscumque sint generis sylvas publicas, seu ipsius populi pascula depascantur: & deinde major pars ipsius populi statutum hoc reformetur, & constituent, nulli licere sub certis penis sylvas seu pascula, aut eorum partem ejus animalibus pasci, nisi illis tantum, quibus agri & terra arantur, quod ab hac reformatione, seu statuto & utpote iniquo, appellare licet, imo & hoc ultimum statutum esse diruendum, eo quod praedicto ultimo statuto cives oppidorum expelluntur ab usu communium pascorum, contra l. 1. C. de pasculis publi. libro 11. & in l. in tantum, §. universitatis. ff. de rerum divisione, & ex eo etiam quia pauperes tali reformatione onerantur, quos ipsi pasculis jure uti posse non est ambiguum ut colligitur ex l. 4. titulo 28. part. 3. & tenet in expressis terminis Ripa Respons. 95. quem refert & sequitur Burgos de Paz in l. 1. Tauri, numero 352. cum tribus sequentibus ubi & alia infert, ubi in lege 3. num. 90. cum sequentibus pluribus examinat an pascula pro modo possessionum, vel indigen-

indigentiae cives habere & debeant, & an plus divitiis quam pauperibus sint applicanda: & nota quod pascorum quaedam sunt & activa, quaedam hyberna, ut inquit Ripa ubi supra, numero 12. & rerum experientia ubique & praesertim in iis provinciis De Estremadura, clarus apparet & quotidie videtur, locantur enim hyberna suo tempore & activa iisdem suo, quae vulgo vocantur, *Invernaderos*, & *Veranaderos*, ibi, *Sin licencia nuestra*, ex his verbis junctis verbis sequentibus, *Sin embargo de qualquier appellacion*, colligit Avend. cap. 4. part. numero 17. versic. Item quando, libro 1. quod ubi adest licentia Regia in terminis occupatis per personas particulares, appellatio & ab eis interposita a sententia condemnatoria de restituendo eas suspendit effectum sententiae, ut in lege 3. supra eodem, diximus: Neque obstat versiculus nostri text. ibi, *T los terminos, y exidos*, ubi appellatio rejicitur, etiam si ad sit licentia, quia non rejicitur si durante tempore licentiae haec condemnatio restitutiva, sed tunc demum cum tempus licentiae est adimpletum, & sic non est contrarius versic. ille nostro.

¶ Ibi, *T reducir a pasto comun*, iudicem enim decernere debere, eam manere despiciendi necessitatem & quam statuit antiquitas, disponit Imperator, l. 1. C. de pasculis publi. lib. 11. & notat Ripa, Respons. 93. num. 13.

## IN LEGEM SEPTIMAM.

Omnia restituta civitati seu montium, vinearum & adificiorum ut aliarum rerum conservanda sunt pro bono communi, & utilitate, nisi impeditura sint publicis commodis, hoc dicit in summa.

## SUMMARIUM.

1. Civitas potest edificatum vendicare.
2. Major favor publicis videtur in conservatione plantarum & vinearum & adificiorum civitati restitutorum, quam in destructione.
3. Statuto fieri solet ut ligna de fociis & non de viridibus fiant. Nisi aliter utatur, & tunc ordo nostri text. erit servandus, ut ibi.
4. Locatio pastuum communium nihil valet, nisi omnes praesentem consensum, vel ex licentia Regis fiat. quod ibi discutitur & examinatur.
5. Diruenda sunt edificia & planta, si viis publicis impediunt.
6. Adificium ubi ledit viam, potest iudex illud propria autoritate diruere. & hoc de causa potest jus prohibere ne quis proprium fundum vallet aut circumdet, ut n. 7. & n. 8. quod ex hac causa potest appendicia frangere, nisi ut ubi.
7. Civitas ut latior & pulchrior efficiatur, potest iudex destrinere domos parvi praesentis felato pretio.

¶ Ibi, *Otros edificios*, potest enim civitas, si vult edificatum vendicare & ex text. ubi glos. Bart. & Platea in l. 1. C. de diversis praedi. lib. 11.

¶ Ibi, *T fuere restituendos*, intellige in casu, in quo de jure essent restituenda, & restituta forent, non vero ex hoc intelligas quod indistincte restituantur, sed in eo casu in quo de jure restitutio fit, eo quod possessor non docet de titulo, ut in lege 3. supra eodem dictum remanet & sic declarabis legem 9. infra eodem, ut dixi in dicta lege 3. & in eadem lege 9. repetemus, nam haec lex 9. loquitur & procedit quoties non auferitur terra, aut edificium a possessore, quia probavit titulum, nostra vero cum auferitur.

¶ Ibi, *Los conserven para el bien y pro comun*, cum in hoc major favor publicis vertatur, ut inquit Avend. in nostra l. propositum, in cap. 12. part. numero 23. versiculi. Cum in hoc tantum lib. 1. ubi in versic. quod intelligerem, ampliat hoc, ut etiam adificantes, vel plantantes voluerint diruere adificia, vel arbores asportare non possint, & nota quod bona populi restituta quae debent, in redditu populi remanere & non in communi usu, possunt praescribi, etiam si sint plantata, secundum Avend. cap. 12. n. 16. in fin. lib. 1. & alibi dixi in lib. 3. supra eod.

¶ Ibi, *T dexando en ellos horcas y pendon*, hoc regulariter jubetur servari in l. 10. infra eod. ubi canque montes ad ligna facienda scindi possunt, imo & in locis bene gubernatis solet statuto ordinari, quod ligna solum de fociis arboribus fiant, non vero de viridibus & sed ubi aliud liceret, debet servari ordo nostri textus, scilicet, ut cum moderamine scindantur, ita ut non ex toto incideant arbores remaneant, sed relinquatur *Horca y pendon*, idque quotidie inter partes convenitur dantes & recipientes defensas aliquas habentes montes, arbores ad cultivandum. Et nota quod in praesenti versiculo: *Salvo los montes*, usque ad finem legis triplex casus constituitur in modo fruendi terminis restitutis civitatibus, villis, & populis. Primus casus est in isto versiculo: *Salvo los montes*, scilicet, ut si montes sint magnarum multarumque arborum, de quibus montibus hic loquimur, deputentur ad usum lignorum scindendorum. Secundus casus est in versiculo sequenti: *T que los otros montes*, scilicet, ut si montes non sint ita populosi sicut in versiculo sequenti dicitur, tunc non scindantur, sed remaneant potius ad glandes legendas, & tutamen armentorum tempore hyemis, & ipsi montes & alii etiam termini sunt etiam pro passu communi armentorum. Tertius vero casus constituitur in versiculo: *T las viñas, y huertas, y plantas*, scilicet, ut si restituta civitatibus, villis, & populis sint plantata, tunc remaneant pro propriis conciliis, & haec omnia debent esse, ut in hoc titulo, diximus, ad scindenda ligna, vel pro passu, vel pro propriis conciliis, sed dividi & applicari certa pars lignis, alia pasturae, alia vero culturae, & alia propriis conciliis, nisi aliud videatur convenire, nam tunc & modum fruendi designabit, eo quod ut alibi

aut licentia Regis facta relatione moderabitur, diximus, ipse est administrator generalis eorum & moderator verus pro utilitate vicinorum.

¶ Ibi, Y los otros terminos; hic decerpitur aliud esse, mons, aliud vero terminus, ut jam diximus in hoc titulo, & notat Avend. dist. cap. prat. 12. n. 29. versic. & dicta lex tertia, lib. 1.

¶ Ibi, Embien ante nos; hic colligitur conclusio contradicte per Avend. dist. cap. 12. prat. n. 24. in princip. lib. 1. dicentem, locationem sive arrendationem pastuum communium in redditum populi non valere, si omnes habentes jus pascendi non assentiant, nisi fuerit ex Regia licentia, quasi velit quod si omnes habentes jus pascendi assentirent, valerent sine regia licentia, nam est expresse contra textum nostrum, & sic assumptum illud Avend. a contrario sensu est falsum & non tenendum & contra illud est postea text. hic, qui postquam pasturandi & sciendi & utendi montibus & terminis publicis & concilliorum restitutus civitatibus & populis modum constituit, & inquit quod si civitatibus, villis, aut populis aliud visum fuerit convenire, id cum Regia licentia fiat, & non aliter & licet videatur id procedere in terminis restitutus civitatibus & populis, idem tamen est in illis, quae semper fuerunt civitatum & populorum, neque in manus particularium personarum pervenerunt, ita ut restitutionem facere necesse foret, nam ex lege 1. supra isto libro & titulo, generaliter id videtur, & antiquus usus utendi terminis publicis servandus est, & si aliud est faciendum, debet fieri cum Regia licentia & non aliter, ut in eadem l. 1. diximus, & sic assumptum Avend. non est verum & contrario sensu, nisi Regis addit licentia quae solet dari, licet cum maxima consideratione, & cause cognitione pro solvendis tributis & oneribus impostis civitatibus, villis, populis, & habitatoribus earum, & sic videmus fieri & non aliter, & idem & a fortiori resultat esse falsa nec sequenda dicta per Avend. in eod. num. 25. versic. item licet, dum inquit, quod major pars populi sufficeret ad locationem hanc faciendam, sicut & sufficeret ad hoc, ut Rex licentiam concederet, & valet quantumvis aliis dissentientibus, nam licet hoc de Regia licentia cum majori parte populi sit verum, illud tamen quod Regia licentia non requireretur est falsum, & secundum haec intelliges dicta per eundem Avend. in eodem cap. 12. num. 16. versicul. ex hoc inferitur, & dicta per eundem Avend. cap. 12. num. 1. lib. 2. de propriis civitatum, quod locentur, procedunt in diverso casu, & sic circa propria & redditus proprios civitatis & populorum, quae solent quasi semper locari, secundum quod disponitur in l. 4. titulo 5. supra isto libro.

¶ Ibi, Pero en quanto a los payos, versic. hic limitativus est praecedentium & idem dictorum & dispositorum in lege 9. infra eodem, scilicet, quod si adificia in publico facta & restituta civitati, villa: aut populo, eo quod in solo publico facta, vel idem in publico plantata essent impeditiva cursus platearum

aut callium, vel viarum publicarum, tunc utique non sustinenda, sed dirucenda & sunt, & ita notat Avend. e. 12. prat. n. 24. versic. quod si ex supradictis lib. 1. & clarius ibidem num. 27. in princ. & num. 18. versic. quod si, & sic voluit l. nostram cum lege 9. infra eodem concordare, Doct. Humada in l. 5. tit. 26. part. 2. glof. 6. num. 10. & supra, in l. 3. diximus iterum.

¶ Ibi, Calles; ubi enim edificium publicum laedit viam, aut utilitatem, propria etiam autoritate potest iudex & demolire, ut notat Bald. l. lapilli. ff. de rerum divisione, & facit l. Proculus. §. fin. ff. de usufruct. & l. prescriptio. C. de oper. publi. & hoc est, quod providebitur in toto titulo ff. ne quid in loco pub. notat Jas. in l. de quibus, num. 21. ff. de legibus, & ex l. 23. titul. 32. part. 3. Id videtur consideratum dum dicit, Ca estos lugares tales fueron dexados para apostura e pro comunal de rados los que hi vieren, y no los deve ninguno tomar, ni labrar para si mesmo, quam ad hoc considerat Avend. cap. 4. pratorum num. 7. versic. ubi quod iure lib. 1. & iterum corrupte tamen eam allegando, in eo lib. cap. 19. num. 36. versic. & quando, & itidem in capitulo 12. num. 17. in princip. ubi in versiculo, & talis, ampliat etiam adificium sit factum ab ecclesia, prout in lege 3. supra eodem diximus, & hac de causa, ne via publica occupetur & transitus ejus impediatur, potest iudex prohibere, ne quis proprium fundum valler, aut circumdet, & etiam si fundus esset longe a civitate, & si scandalum ex hoc oriri potest, secundum Plateam, l. 1. C. de fund. limitroph. & Avend. dist. cap. 39. numero 39. ubi sic inquit intelligendum glof. & text. in l. per provinciat. C. de adif. priva. & hac de causa potest iudex frangere pondera & mensuras quantumcumque iustas in via publica & pendentia, secundum Cassian. in consuetud. Burgund. titulo Des justices, §. 1. in princip. num. 97. ad fin. fol. 20. licet, secundum Avend. dist. cap. 39. versic. ubi item limito pergulas, quibus vendentes utuntur, ut se tucantur a vento & pluviiis, non debet iudex prohibere, ex Bal. in l. Basilicam. C. de operi. publi. item supra dicta intellige nisi occupatio haec esset, temporalis, & non perpetua, puta dum aliqui in civitate adificatur, nam lapides & rudera, ac ligna possunt poni in via publica ad tempus, nam si adificatio licita est, omnia illa ad eam necessaria sunt toleranda, ut nominatim notat Bald. in l. preses. ff. de officio presul. Jas. l. quo minus, numero 68. ff. de summi. quos sequitur referens Avend. dist. cap. 19. numero 39. versic. & istam. Imo ut via latius efficiatur, vel pulchrior civitas potest secundum Avend. ibidem dist. numero 39. in princip. iudex de facto projicere & destruere domos parvi praedicti solatio pretio domitis: & haec quoad occupantes vias publicas, quoad illas tamen quae sunt iuxta muros, loquitur text. in l. 22. tit. ff. p. 3. & quae erat poena de jure communi, occupantura vias publicas vide per eundem Avend. dist. cap. 19. numero 40. & iterum in dist. cap. 4. num. 9. versic. facta autem per totum.

IN LEGEM OCTAVAM.

Balcones & similia dirucenda sunt, nec reedificanda, si videntur, ita ut via & calles sint clara, & non occupata sub nostri text. pana.

Ibi, Passadicos, y balcones; post multum tempus a publicatione hujus l. lapsum, vidi executionem ejus in hac Placentina civitate fieri, & justificatur ejus dispositio, tum ne prospectui publico officiantur, tum etiam ne vix publica obsecurentur, & sic latius aperiantur deliciis via, de quibus balconibus meminit Capota, de ferri. Verba. prati. cap. 62. de fenestra. num. 13. ubi se remittit ad alia loca.

¶ Ibi, Ni reedificquen, ni removen, ni adoben; hic est specialis casus ubi non licet reparare, reedificare, vel construere adificia, cum regulariter omnibus id licitum sit de jure in rebus suis, & hoc efficit utilitas publica, ob quam multa sunt specialia in jure introducta, de quibus per Hippolyt. de Macul. in pract. mi. 9. aggredior. num. 61. cum sequentibus pluribus.

IN LEGEM NONAM.

Adificanti plantantur in solo publico cum licentia concilii & per viginti annos possessum non est demolendum, sed census super eo imponendus ad mensuram in l. nostra declaratum, & est singularis lex, quam jam semel feci praticari, multo ante Copulationis hujus publicationem.

SUMMARIUM.

1. Lex hac nostra, & l. 1. supra eodem, in quibus casibus loquantur.
2. Legis 11. infra eod. declaratio.
3. Lex nostra non procedit quoad adificia in plateis & viis publicis.
4. Lex nostra etiam in terris aratis procedit pro censu imponendo.
5. Adificanti in publico potest census imponi ubi quid in adificante in littore maris.

Ibi, con licencia de los sales concejos, & sic l. 1. supra hoc tit. non loquitur cum ad est licentia concilii, sed potius ea deficiente, lex vero & nostra cum ad est dicta licentia & possessio cum ea 20. annorum, tunc enim si solaria haec publica sunt, adificata & plantata non sunt dirucenda nec avellenda a possessoribus, sed eis potius census imponendus, ut in nostro text. disponitur & sic casus declarati in l. 3. supra eod. & not. Avend. dist. cap. 12. prat. num. 29. lib. 1. & legem in sua dispositione considerat Ant. Gom. in l. 46. Tauri, num. 13. in fin. Neque obstat l. 12. infra. eod. & prohibens Concilii & rectoribus eorum datas concedere particularibus personis ex terminis publicis & communibus, quia l. illa procedit generaliter & universaliter prohibendo, sed si concessa fuerint ad plantationem, adificium, vel culturam, & plantate

ac edificatae sint vel arate suis temporibus, y a sus hojas que dicen, tunc utique non dirucuntur neque tollentur a possessoribus, sed imponetur census de quo hic, & sic l. illa 11. per nostram declaranda est, ne sibi contrariantur, prout non contrariantur & ita intelligit Avend. d. cap. 12. num. 23. in princ. neque obstat l. 7. supra eodem ibi, pero en quanto toca, quia loquitur ibi dicti quoties adificia haec essent nociva, & impeditiva viarum & sic quoad plateas & vias publicas & exitus & occupatos non procedit l. nostra, quia illa omnino restituitur concilii & ad plateas & vias ac exitus publicos rediguntur prout antea, quia esset alius nimis nociva impositio census, quibus quidem declarationibus leges istae optime sustinentur, & praticantur quotidie.

¶ Ibi, T por luengo tiempo, scilicet 20. annorum ut ex nostra l. patet, dum infra in decisione meminit de 20. annis, sed si licentia concilii, vel titulus alius non adest, quadraginta anni essent necessarii, & sufficerent, ut per Avend. d. cap. 12. pratorum. n. 27. & 28. & in l. 3. supra eodem, diximus iterum.

¶ Ibi, De veinte años a esta parte, non intelligas quod isti viginti anni sint numerandi a data potius & licentia concilii, alias parum aut nihil operaretur legis nostrae dispositio, & quia cum l. futura regulariter respiciat, non haec sed praeterita omnino respiciet, ut post vidi considerasse Avend. in d. cap. 12. n. 23. versic. & illa pragmatica lib. 1.

¶ Ibi, Se lex ponga censo; eam in hoc considerat Avend. d. cap. 12. prat. n. 23. in princip. lib. 1. qui in num. 27. versic. & in quantum l. nostram pro censu imponendo intelligit etiam procedere in rebus tantum aratis & licet non plantatis, quantumvis in aratis ibidem in d. n. 27. versic. quando vero, quadraginta annorum spatium requirit etiam cum titulo, ut sic in hoc distinguantur a plantatis in quibus cum titulo viginti anni sufficiunt, ut in l. 3. supra eodem, dictum est, & num. 28. ipsemet Avend. inquit quod si cum titulo possessio sint istae terrae cum transcurso pluraquam 40. annorum, nihil solatii nomine est imponendum, sed libere apud possessorem relinquenda, intelligitur tamen nostra l. ut non procedant secundum quod in glof. 1. nostrae l. diximus, quoties essent nociva talia adificia, quia tunc omnino sunt destruenda, & l. nostram in hoc de censu imponendo allegat Suarez allegazione 15. versicul. & quia, & Greg. Lopez in l. 23. tit. 32. part. 3. & quis census sit iste in glof. sequenti videbis, itidem non procedit si in platea, via publica, vel exitu sit plantatum: nam tunc destruitur & diruitur ex l. 7. tit. 29. part. 3. ut jam dictum est.

¶ Ibi, Cinco maravedis por cada alanzada, olim ex l. 1. C. de diver. prad. lib. 11. & in l. §. legatum. §. fin. ff. de operib. pub. & in l. 1. §. ne quis nemine. ff. ne quid in loco pub. & in l. praescriptio. C. de oper. pub. indeterminatem erat & incertum pretium, ex l. tamen nostra videmus jam decimum, nisi in casibus de quibus per Alex. in l. 1. §. tunc videmus. ff. de novi. oper. num.

num. ut inquit Avend. d. cap. 12. prator. lib. 1. num. 23. vers. ex quo concluditur, & hoc nimium est, nam edificanti in publico imponi potest census, secundum Roma. in d. l. 1. §. quod si quis, per text. l. 1. §. si quis. ff. ne quid in loc. pub. & Alex. relatus per Horol. in l. in tantum in prin. ff. de rerum divisione, col. 331. ubi tamen inquit edificanti in litore maris non esse censum imponendum cum iure permittente id faciat, ut per Avend. in d. c. 12. n. 27. vers. item qua dicta.

IN LEGEM DECIMAM.

Donanda non sunt per Regem restituta concilii civitatum & populorum.

Ibi, Et ex dato de la cosa publica, cui quidem nunquam Princeps vult prejudicare, ut in l. 2. §. si quis a princip. ff. ne quid in loco pub. deduxi plura in propositum in l. 14. tit. 3. lib. 1. supra, num. 38. cum sequentibus aliquibus, imo non potest Princeps ut ibi dixi, abique peccato alicui tertio prejudicare, neque tollere jus quaelum, nisi ex publica causa & adhibito bono cambio, ut diximus in l. 1. tit. 1. lib. 4. supra, & in aliis pluribus locis, & ideo nimirum si Rex in presenti sibi auferat facultatem similia bona restituta concilii & ab occupatoribus ablata, aliis quam conciliis tradendi & dandi: esset enim unum altare cooperire, alterum discooperiendo, ut dicitur, imo & proprius diceretur, quod esset, sumere panem filiorum & dimittere canibus.

IN LEGEM UNDECIMAM.

Beneficium a principe non possim concedendum, bonorum publicarum civitatum & populorum, neque concilia & iustitia possunt in contrarium probare, & super datus iustitia ministranda est.

SUMMARIUM.

- 1 Terminorum publicarum civitatis, villa aut populi non debet Rex mercadem facere nisi ex causa publica.
- 2 Corrigitur per text. nostrum l. 3. tit. si. p. 3. permittent dari publica per concilium civitatis.
- 3 Omni populo consentiente an possint dari datus.
- 4 Compromissum factum ab universitatibus super iure pasturandi an valeat.
- 5 Domini in terris suis an possint dare licentiam capiendis publicis.
- 6 Iudices & rectores civitatis non possunt alicui concedere viam publicam sine speciali regis licentia.

Ibi, Non si huzesse merced, intellige per Regem; nam populi nullo modo eam facere possunt, ut in vericulo, pero mandamos, nostrae l. disponitur; Rex autem non debet facere, quia postquam fecit assignationem ter-

minorum civitati, villa, vel populo, hanc donationem non debet revocare, nisi ex causa publica ex l. i. i. v. verborum. §. ff. de rei vendi. l. 2. tit. 1. part. 2. dixi, in l. 1. tit. 10. lib. 4. supra & in aliis locis, si tamen Rex ex certa scientia id vellet derogando legibus & privilegiis contrariis, & sic l. nostra, & l. 2. tit. 5. supra sibi valeret utique tale beneficium, secundum Bald. in c. cum adeo, de rescrip. re-latum & secutum per Avend. c. 12. prator. num. 20. in prin. lib. 1.

Ibi, Pero mandamos, hic corrigitur lex 3. tit. fin. part. 3. permittens ex licentia populi capi posse & publica, & sic datus dari per concilia populorum, ex l. tamen nostra id vetatur, neque est contra l. 6. supra eod. quia ut ibi dixi, illa quantum ad hoc procedit, quoties dantur terrae ad aedificium, vel plantationem, nostra vero quoties non datur ad hoc: item & nostra procedit etiam in terris datus ad plantandum, & aedificandum & nondum est transactum tempus 20. annorum de quibus in illa l. 6. tunc enim etiam si addit licentia populi, dirueretur, nisi praecessisset tempus 40. annorum; nam tunc etiam sine licentia populi non dirueretur secundum quod diximus in l. 3. & in l. 6. supra isto tit. & lib. ad ibi dicta me remitto, ne scipius eadem repetamus & l. nostram ad hoc considerat Avend. d. c. 12. prator. n. 21. lib. 1. & Mexia l. de Toledo. in 9. fundamento secunda partis. n. 44. cum seq.

Ibi, Que la justicia, y regidores, ergo si omnis populus id vellet, valeret utique talis datus, quia l. nostra id non prohibet, neque cenetur velle corrigere l. si. C. de vend. reb. civ. lib. 11. disponentem quod si omnes de populo ad id congregati adhibita forma & solemnitate illius l. id concessissent, valeret utique concessum, quia l. nostra tantum loquitur, quoties iustitia, & rectores civitatis id faciunt, non vero si omnes cives, secundum Avend. in d. cap. 12. num. 21. vers. iure autem cum sequentibus, libro 1. ubi num. 22. id ampliat etiam quoad actiones ad terminos vel terras, nam & haec sine licentia Regia alienari non possunt: attempta tamen nostra l. & l. 1. supra eodem tit. & l. 2. tit. 5. supra eod. lib. ego tenerem quod etiam si omnes cives consentissent, nisi licentia Regis adhiberetur; nihil posset fieri contra l. nostrae prohibitionem, neque valeret in contrarium acta & sic vide postquam haec scripta haberem, quod tener Mexia in l. de Toledo 9. fundamento. 2. part. num. 45. contra Avend. & alios ibi relatos, & an valeat compromissum factum ab universitatibus super iure pasturandi, vel similibus commoditatibus terminorum, & vid. optime Coenent. conf. 148. volum. 1. ibi, no posian dar, neque minus vendere secundum text. in l. 15. tit. 5. part. 5. ubi glol. optime & l. 1. supra isto tit. & lib. aliquando tamen nuntiis Regis aliquid datur secundum Avend. c. 10. prator. numero 11. lib. 2.

Ibi, Sin preceder licentia nuestra, vel domini in terris suis, secundum Avend. cap. 12. prator.

prator. num. 24. in princip. quod dubium apud me est, eo quod domini non possunt derogare l. nostrae Regiae & similibus ex dictis per nos in rubric. tit. 1. lib. 2. supra, licet de facto id aliquando domini faciant, sed fortassis quia non contradicunt: multa enim, per patientiam tolerantur, quae si in iudicio deducta fuissent, non tolerarentur.

Ibi, Ni valgan las dadas en que no oviere intervenido la dicha licencia, intellige Regia, de hac enim locuta est l. nostra permissive: & sic de ea tantum debet intelligi: ita ut si ipsa non intervenerit, nihil valeant datus concessae per iudices vel rectores civitatis terminorum publicarum contra l. nostrae dispositionem, nam officiales Regis non possunt concedere aliquam viam publicam alicui privatae personae sine speciali licentia Regis, secundum Bald. in Rubrica C. de contr. emptio. col. 1. quem & Matth. Afflict. referens sequitur Caslan. in consuet. Burgun. rubrica des justices, rubrica 1. num. 37. fol. 15. & alia huic nostrae l. concernentia diximus in d. l. 3. & 6. supra eod. ex Avend. d. c. 12. prator. num. 21. cum tribus seq. ubi de nostra tractavit l. prout in dictis legibus resolvitur.

IN LEGEM DUODECIMAM.

Defensa pro animalibus cultura deputata custodienda sunt, peneque contra transgressores constituta exequenda per heredes & conductores, vel quolibet alios laboratores terrarum illius populi, vel familiarum eorum.

SUMMARIUM.

- 1 Defensa bonum ad id deputata non potest cum aliis pasci animalibus.
- 2 Rusticus ut pascere possit cum suis bobus defensam bonum, requiritur quod sit habitator illius populi.
- 3 Poena damnificantium prata, exitus aut vineas.
- 4 Animalia inclusa in custodia publica an dabantur sub fideiussoribus.
- 5 Custodes pratorum si animalia ibi capta pro pretio dimiserint, sunt gravissime puniendi.
- 6 Custodes defensione alterius quam de labor non possunt pignorare nisi a iudice saltem sine confirmari.
- 7 Custodes capientes pignora non possunt sibi ipsi illa applicare nec capere penam sine iudicis mandato & pignoratione.

Ibi, Per quanto no, rationem finalem nostrae ter. ut sic ea cessante cessare debeat eius dispositio, & consequenter ubi non adest consuetudo deputandi tales defensas pro pascuis bonum & animalium culturae solummodo, non impediuntur vicini alia animalia ibidem immittere, ubi tamen talis consuetudo adesset, haec & non alia sunt immittenda, & ita apparet ex iis verbis & seq. para lo qual siempre fueron sinuades, Arzedo in Recopilacionem. Tom. II.

& ibi, en que ay la dicha costumbre, & iterum ibi, salvo tan solamente con los dichos buyes, nisi sit pro aliis talis defensa sufficiens: nam tunc servabitur dispositio l. finalis infra isto titulo, & lib. vers. y porque.

Ibi, Los herederos y vecinos y moradores en ellos, ex iis verbis videtur quod si non est habitator illius loci & non potest despicere cum a animalibus suis, etiam si habeat partem, & sit haeres terrarum illius loci, & hoc ex copulativa, & decerpit & colligit Avend. d. c. 1. prator. num. 13. lib. 1. ubi tamen inquit aliquando fuisse iudicatum in cancellaria, que los herederos pascian aunque no sean moradores, imo & non solum aliquando, sed & semper sic fuit iudicatum, & iure optimo, nam copulativa haec, & inter illa verba apposita resolvitur in disjunctivam, prout multoties fit in iure, maxime ubi resulat absurdum, prout hic resulat nisi hic intelligeretur, nam ex l. 9. tit. 28. part. 3. habitator solummodo alicujus loci gaudet ejus partibus publicis & communibus, ergo absurditas esset, dicere, quod si non est habitator non gauderet partu hujus defensae bonum culturae, nisi esset vicinus & haeres, ergo ut haec eviteretur absurditas, necessariò est fatendum copulativam in presenti in disjunctivam resolvi, & consequenter ille qui solum est heredo, gaudebit partu dictae defensae bonum, cum suis animalibus culturae, prout iudicatum quotidie fuisse in cancellaria inquit Burg. de Paz, in l. 3. Tur. num. 391. cum sequentibus.

Ibi, Cayan en pena de cinco maravedis por cada cabeza, intellige nisi plus, vel minus percipiendi sit consuetum, nam tunc consuetudo servabitur, vel statutum usitatum, aut à Rege confirmatum, ubi tamen hoc deficeret, l. nostrae poena imponetur, & quae sit poena damnificantis prata, aut exitus, aut vineas & aut mellis, vid. per Avend. cap. 13. prator. 3. num. 1. lib. 1. ubi num. 3. an imponi possit poena quinti, & vid. l. 15. infra eod. tit. permittentem imponi posse poenas contra sciendes montes, de quo & dixi in l. 5. tit. 7. lib. 3. supra.

Ibi, Que puedan ser pnedados, de pignoratione armentorum contra legis aut statuti prohibitionem depascendum in publico, vel in privato loco, vid. l. 24. tit. 15. part. 7. & dixi plura in propositum in l. 1. glol. pen. tit. 17. lib. 5. supra, & an animalia inclusa in custodia & publica dabantur sub pignoris mortuis, vide Avend. cap. 4. prator. num. 30. ad fin. lib. 1.

Ibi, O renteros, qui quidem & alii custodes pratorum & vinearum si recepto pretio dimiserint animalia, gravissime & puniendi sunt, ex text. & ibi Placca in l. 1. C. de fun. & sal. rei dom. lib. 11. & Rebul. in l. vinculorum 124. in fin. ff. de verb. signif. pag. 993.

Ibi, O otros labradores, etiam si custodes talis defensae deputati non sunt secundum Avend. d. c. 1. num. 15. in prin. lib. 1. & haec, in defensione de qua hic, que esta disputada para pasto de ganados de labor, procedunt: nam si defensa esset propria populi, & non tantummodo in usum agricul-  
L i turae,

tute, de quo est text. in l. sed & Celsus. ff. de contrah. emptio. in isto casu quia pignorate est de mero imperio vel mixto, sola universitas sine autoritate domini illius loci aut saltem iudicis, non potest huiusmodi custodes ad pignora capienda creare, quia esset tribuere speciem jurisdictionis, quam non potest dare, secundum Avend. d. c. 1. n. 13. vers. si autem, qui licet ita teneat, ego tamen cum Bald. in l. 1. n. 2. C. locati, teneo scilicet, quod resp. potest creare custodem publicum, ut bene per Alber. Brun. conf. 101. & ita quotidie apponuntur custodes non solum pro custodia defensionum publicarum, sed etiam privatarum qui nominantur ab ipsis dominis & prebent eis mandatum sufficiens ad hoc coram tabellione publico, & pignorant, vel ad locum destinatum ducunt animalia reperta ibidem damnata, & includunt ibi, vel pignora capiunt, usque dum pena vel damnum solvatur, licet ut credatur tali custodi de damno secundum legem 7. tit. 4. lib. 4. feri, debent presentari coram iustitia & rectoribus civitatis tales custodes & jurate priusquam damnum fiat, & ita utitur & practicitur quotidie, nam custodes si non iudicant, sed pignorant, recurrit tamen ad iudicem pro condemnatione facienda penae vel damni, & probatur ex nostra l. ut in gloss. sequente, & ex statutis civitatum & populorum sic est provium.

¶ Ibi, Cui tanto que las dichas prendas se llevan luego ante la justicia, hic videtur tex. probans quod capientes pignora non possunt sibi ipsi illa applicare, neque itidem poterant capere penam sine iudicis condemnatione, de quo tradit in custodiis pratorum & vinearum, Avend. cap. 1. prat. num. 13. ad fin. cum sequent. lib. 3. & in iudice diximus in l. 11. tit. 6. lib. 3. supra, ubi novissime Joann. Gutierrez sub lib. 1. prat. questio. 9. 35. num. 4. devitavit nostra opinione, ut in gloss. sequente dicemus, ubi & an si pars volens solvit penam, recipi poterit.

¶ Ibi, Si algunas no quisieren pagar las dichas penas, ergo a contrario sensu colligitur quod si voluerint solvere penas, possit custos, vel haeres, vel habitator loci reperiens animalia damnata dantia penas ipsas recipere absque condemnatione; cum lex tunc demum iudicem adendum dicit, cum reus non vult solvere penas, vel tradere pignora, prout voluit Avend. d. cap. 1. num. 13. & 14. lib. 1. & iterum in c. 13. num. 12. eod. lib. sed salva ejus pace & alterius melius sententis contrarium crederem esse de jure, imo quod etiamsi penam solvat, non possit sibi ipsi capere custos vel pignorator, vel tradere alii absque iudicis condemnatione, idque probat ex l. nostra, nam si hunc casum cum penam non vult solvere damnificator equiparat l. nostra casui illi, scilicet, cum pignora non vult tradere, ita ut in iis casibus iudex provideat, & in casu in quo custos capit pignora inquit text. noster in precedentibus verbis quod statim sint ista pignora coram iudice portanda, ergo itidem & in penis, nam cum lex duas

casus equiparat, dispositum in uno censetur & in alio dictum & dispositum, ex dictis per Doct. in l. 4. Tam. & alibi diximus, sicut & in iudice idem diximus in l. 11. tit. 6. lib. 3. supra, quod non possit super penis condemnatis per eam concordiam cum reo facere, si sententia non est lapsa in rem iudicatam, nam licet ut ibi dixit Gutierrez sub lib. 1. prat. questio. 9. 35. num. 4. pro iudice sit praesumendum, quod nihil iniuriam faciet, hoc non sufficere credo, nam leges sicut & formam recte iudicandi proponunt, ita & iniuriam obviare intendunt, & aniam & occasionem leges calumniandi interdicunt, & consequenter se concordant in iudicibus, & habitatoribus, vicinis, colonis, & agricolis incidenda est occasio, non forte si absque iudicis condemnatione penam capere possent, & manifestare ei non teneantur, faciliter se concordarent in damnationem aliorum agricultorum, quibus ex l. nostra pena haec luit applicanda, quod & leges nolunt, & vetare ac evitare omnibus procurant modis, plurimum tamen circa hos custodes operatur in veterata consuetudo inter vicinos populi illius, circa quos ab apprehensio damnum dantibus volentibus solvere penam accipiunt eam cum certa & determinata est per populorum statuta, neque ulla requiritur sententia iudicis, nam negotium hoc iam iudicatum est, & damnificator solvendo sponte penam acquiescente videtur condemnationi a lege vel statuto facta, neque requiritur in notorio ordo iudicarius, sed si damnificator renuerit, tunc utique esset iudex adendum, & sic ubi daretur haec consuetudo sic faciendi per custodes servari poterit, quod totum contrarium est dicendum in iudicibus, quibus nulla consuetudo, nullum velamen juvaret, ut absque condemnatione penas caperet etiam notorias, prout distinguit Avend. id late notat in d. cap. 1. num. 13. 14. & 15. lib. 1. & diximus in d. l. 11. tit. 6. lib. 3. supra.

IN LEGEM DECIMAM QUARTAM.

Hereditates & cortijos regni Granatensis nullo modo possunt defensori defendi, aut prohiberi fructus naturales eorum absque Regia licentia, & mandato, neque in eis possunt pignorare, si non sint plantata vel plane seminata sub nostri text. pena.

SUMMARIUM.

- 1 In concessione territorii alicui Baroni per Regem solum non venit id, quod antea erat vicinis concessum.
- 2 Rex si concedit civitatem cum terminis & aquis, solum jurisdictionem concedere videtur, non vero terminos ipsius civitatis.
- 3 Rex sine sine causa non tollit rem privatam, ita neque qua communia sunt.
- 4 An cum consensu populi & domini illius possit

quis defendere aliquam sui termini partem.

- 3 Herba nascentes naturaliter in terra collectis iam fructibus est & debet esse in partu communi, neque potest dominus terra illius defendere vicinas ne immittant ibi animalia.
- 6 Lex nostra licet localis videatur, tamen idem per eam est iudicandum in quibuslibet locis ubi est eadem ratio.

Ibi, Obedieremos merced, nam quod partiales vicini possidebant tempore donationis alicui baroni a rege factae, quodque iam per occupationem vel ex alio legitimo titulo, vel a lege erat acquisitum, id nullo modo venit in concessione illius territorii alicui domino, et vel baroni facta, ut est text. & ibi Bald. in c. 1. de capit. qui civ. vend. scribens quod si Imperator concessionem alicuius Castris cum pertinentiis fecerit, in huiusmodi concessione non veniunt defenses, vel molendina, quae communitatis propriae erant, neque res vicinorum singulares, quia tantum videtur Rex concedere quod ejus erat proprium, l. si dominus §. si de leg. 1. l. uxer patri. C. de legat. l. qui tabernam ff. de contrah. emptio. & Bald. sequitur Aret. conf. 15. vel. 3. cum enim ab ipso Rege (cujus proprium est provincias dividere l. si eadem ff. de officio assessorum l. 1. C. de metrop. ve. lib. 1. c. 1. §. praterea ducatus de prohiben. feud. alie. per Freder. notat Brunus conf. 93. in causa & lite: ) illud territorium integrum assignatum prius jam fuerit, formamque limitibus Rex ipse dederit, nimirum si novi domini non possint terminos hos dividere, neque permittere intra eos adhiberi, vel septa & novas defensas fieri herbarum, vel fundorum ut inquit Bald. relatis per gloss. in l. 5. tit. 28. par. 5. & Bertran. conf. 1. 3. par. & Avend. cap. 4. prat. num. 7. lib. 1. & Mexia in loco nunc allegando num. 67. contra Suarez contrarium asserentem allegatione 7. col. pen. vers. habito, quem in hoc reprobat idem Mexia in l. de Toledo. 9. fundamento 2. partis. num. 75. ubi tamen inquit ejus dictum procedere posse quando de consuetudine immemoriali aliter in regno esset assuefactum, ut ante ipsum Mex. dicit Avend. d. c. 4. num. 7. vers. quod notat ex Boerio, decisionis 217. num. 16. & sic si Rex concedit villas aut civitates cum suis terminis & aquis, jurisdictionem tantummodo concedere videtur non vero terminos ipsos talis villae aut civitatis, secundum Mexiam ubi supra num. 77.

¶ Ibi, Ni desobedi la tierra ni otras fructos que naturalmente la tierra lleva, justificat haec verba doctrinam Fabri in rubr. de lege fisci. can. tollen. relati per Avend. cap. 13. prat. num. 8. & cap. 4. num. 31. vers. item nota, & cap. 1. num. 30. lib. 1. & Covar. d. cap. 37. num. 3. vers. quiquidam dicentis, quod herba nascentes naturaliter in terra collectis iam fructibus, est & debet esse in partu communi, nec potest dominus terrae defendere alios vicinos immittentes animalia sua ad pascendum talem herbam temporibus consuetis, prout quotidie fit, en los arcales cercados, nam collectis fructibus aperitur porta ut possit herba ibi nascentes depasci per animalia vicinorum, & vide Covar. d. c. 37. num. 2. cum sequent. alia in proposito adducentem, & nota quod licet ista lex videatur localis circa Mauros regni Granatae, tamen idem est iudicandum in quibuslibet locis ubi eadem ratio decidendi daretur, et dictis per nos in rubric. tit. 4. lib. 3. supra pro lege 14. sequent. sufficienti in hac l. dicta & quod l. haec 14. in finali ejus eorum. & dispositione, allegat Avend. in d. c. 4. prat. num. 32. vers. & ideo lib. 1.

tacito desumpit Mexia in ea l. de Toledo, & ideo Rex difficulter licentiam hanc & cum maxima deliberatione & causa concedere debet, & non alias: advertendumque est hic esse text. contra Avend. cap. 12. num. 30. lib. 1. & Mexiam in d. num. 69. & 70. dicentes, quod ex voluntate & consensu populi & universitatis, possint domini in aliqua parte defendere, & sic commoda pasturae prohibere, vel si omnes cives singulatim voluerint sponte renuntiando juri suo, & obligando per pactum se & suos ad observantiam huiusmodi defensionis possint id facere: nam ego semper dubitavi & dubito de hac opinione, & teneo id non sufficere sed expresse Regis licentiam omnino requiri, ex text. nostro & ex l. 1. tit. 14. §. 8. lib. 3. supra, ubi id etiam asserimus, nisi, ut ibi dixi, id fieret ad parvam tempus.

¶ Ibi, Ni desobedi la tierra ni otras fructos que naturalmente la tierra lleva, justificat haec verba doctrinam Fabri in rubr. de lege fisci. can. tollen. relati per Avend. cap. 13. prat. num. 8. & cap. 4. num. 31. vers. item nota, & cap. 1. num. 30. lib. 1. & Covar. d. cap. 37. num. 3. vers. quiquidam dicentis, quod herba nascentes naturaliter in terra collectis iam fructibus, est & debet esse in partu communi, nec potest dominus terrae defendere alios vicinos immittentes animalia sua ad pascendum talem herbam temporibus consuetis, prout quotidie fit, en los arcales cercados, nam collectis fructibus aperitur porta ut possit herba ibi nascentes depasci per animalia vicinorum, & vide Covar. d. c. 37. num. 2. cum sequent. alia in proposito adducentem, & nota quod licet ista lex videatur localis circa Mauros regni Granatae, tamen idem est iudicandum in quibuslibet locis ubi eadem ratio decidendi daretur, et dictis per nos in rubric. tit. 4. lib. 3. supra pro lege 14. sequent. sufficienti in hac l. dicta & quod l. haec 14. in finali ejus eorum. & dispositione, allegat Avend. in d. c. 4. prat. num. 32. vers. & ideo lib. 1.

IN LEGEM DECIMAM QUINTAM.

Plantandi montes & fronsa arbores, & pro eorum conservatione & montium novorum & antiquorum facianda sunt statuta & ordinationes.

¶ Ibi, Que sea nuestra licencia y especial mandado no los puedan desbar, quam quidem licentiam non passim & indistincte Rex concedere potest, sicut enim sine causa publicam privatam tollere non debet, ita quae communia sunt prohibere, ac quae omnium sunt tollere, et ut scribit Hernia in tit. qua sint Regal. verbo, portus, col. 2. & eo relato Mexia in d. l. de Toledo in 9. fundamento 2. partis. num. 69. & ante eum Avend. d. c. 12. prat. num. 31. in prin. lib. 1. a quo multa eo accedo in Recopilacionem. Tom. IV.

SUMMARIUM.

- 1 Ripa que sit, & que dicatur, ubi & quid sit litus.
- 2 Rivum habens an possit in ripa ejus salices plantare.
- 3 Illud quod personaliter est expediendum non potest committi.
- 4 Civitas potest imponere penas pro conservacione montium publicorum.
- 5 Populus potest res suas per custodes publicos custodire.

Ibi, En las riberas, que sit ripa & et alia huic l. concernentia dixi in l. 5. tit. 7. lib. 3. supra. Et ripa dicitur fluminis, litus vero maris, licet aliquando ad majorem declarationem dicatur ripa fluminis, & litus maris ut l. 2. & l. nepos ff. de verborum divisiōe l. qui autem ff. de acquir. rer. dom. optime per Rebus. in l. litus est 96. ff. de verb. signific. pag. 572. ubi pagin. 573. ex hoc inferit aliquas utilitates, quas longum esset referre: & an rivum habens possit in ripa ejus salices plantare, vide Rebus. in l. subsignatum in princ. pag. 294. ff. de verb. signific.

Ibi, Por sus personas y sin lo cometer, nam illud quod personaliter est expediendum non potest alteri committi, & glos. personaliter in c. pralatorum de accusat. not. in c. cum dilecta de rescrip. neque habet locum regula qui per alium de reg. jur. in 6. notat glos. juncto tex. vers. publice & personaliter in clemen. 1. de vita & honest. cleric. not. Bart. in l. aut qui aliter, §. hoc verba ff. quod vi aut clam. & l. hac verba ff. de adulter. quod no. pro statutis imponentibus penam aliquid personaliter faciunt.

Ibi, A los vecinos, idem crederem quoad alios, qui etsi vicini non sunt, habitatores tamen sunt illorum locorum, nam cum & ii gaudere possint si velint dictis terminis, ut l. 4. & 9. titulo 28. part. 3. nimirum si teneantur ad hanc contributionem, nam qui commodum sentit, sentire debet & onus, ex regula, qui sentit commodum de regulis juris in 6.

Ibi, Yo las penas, & sic civitates & in hoc casu imponere possunt penas & statuta poenalia facere pro conservacione & plantatione montium in qua publicum versatur commodum, ut dixi in dicta l. 5. titulo. 7. lib. 3. supra.

Ibi, Y que deputen las personas, aliquando enim custodia datur ab homine ad custodiendum defensas populorum, quia necessaria est custodia illius defencie, vel alterius salus publici, ut l. si ira. §. ff. de fund. instr. populi ejusque universitas & potest rem suam per custodes publicos custodire, ut inquit Avend. in c. 1. pre. num. 13. in princ. lib. 1. secus vero secundum eam ibi, si defensa sit propria populi: nam tunc secundum eundem Avend. ibidem in vers. si autem, non potest sola universitas sine autoritate saltem judicis custodes hos ponere ad pignorandum, quod

tamen jam supra hoc titulo, reprobaui, nam ubique ponitur per dominos defensas, & pignorant, non tamen creditur eis de damno dato nisi cum licentia judicis id fecerint, ut in l. 12. n. 6. supra isto tit. diximus.

Ibi, Enere ordenado, & id etiam clerici tenebuntur servare quia redundat in commune & publicum omnium commodum, secundum Avend. cap. 4. pre. num. 25. versis. & sicut lib. 1. quod si judices in suis locis servare non faciunt hoc, puniuntur in syndicato, ut dixi in d. l. 5. tit. 7. lib. 3. supra & ex verbis seq. id colligitur, ibi, por que et bien universal al bien y pro comun. Lex sequens 17. ponit formam & ordinem servandi, & exequendi dispositionem nostrae l. 15.

Pro legibus 18. & 19. & 20. ejus declaratorie & restrictoriae, solum scire debes, & notare quod in incendendis lignis, etiam si sit pro usu domus Regie certis ordo servandus est, quo mediante, montes non dissipentur & destruantur, & sic hac de causa in pluribus locis statutum est, quod ligna solum fiant de arboribus sicis, vel insensibilibus, ut dixi in d. l. 5. tit. 7. lib. 3. supra, vel ubi licet arbores deficient subetur secundum quod in l. 20. infra eod. disponitur, & in l. 7. supra ead. quod in qualibet arbore relinquatur borca y penden, quod verum intelligerem, ut dico nisi adint sicca arbores, & caetera, nam tunc de his ligna ponus facienda sunt quam de fructiferis, & non caetera, ubi de hoc, ut dixi, esset in loco statutum, quod de sicis fiant ligna.

IN LEGEM VIGESIMAM SECUNDAM.

Defensa pastui deputata si cultivata & rupta sunt a tempore constituta in nostra l. revocantur aut pastum antiquum.

SUMMARIUM.

- 1 Monasteria, concilia, & hospitalia an veniant appellatione persona, ubi aliqua inferuntur cum num. sequent. ubi num. 4. in propositum nostra lege aliud est.
- 2 Excommunicatio prolata contra quascunque personas non comprehendit universitatem.
- 3 Privilegia derogantia quibuscunque personis non derogant collegio, ubi idem in procuratore constituto contra quoscunque personas & num. 6. declaratur id de procuratore.
- 5 In lata significatione appellatione veniunt capitula & alia corpora inanimata ubi ex hoc declarantur aliqua doctrina.
- 7 Qualitatem unam sufficit rem aliquam acquisivisse, ut perpetuo illam conserveo.
- 8 Res semel alienabilis effecta perpetuo talis remanet.
- 9 Legem nostram dispositio, an essaverit jam.

- 10 Concordia & intellectus legis nostra & l. 3. supra eod. & l. 24. infra eod.
- 11 Conducitur defensione per plures annos, an possit ultimo anno casu excusari, y de rastrojo, relinquere.

Ibi, Y de otras qualquiera personas, cum in verbis procedentibus lex nostra de Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, & conciliis, dixerit, & in his loquatur per verbum, otras, latine alius, alia, aliud, quod est repetitivum similitum, secundum Bald. in l. conventiculum. C. de Episcopis & cleric. manifeste videtur probari in nostra l. cum adjuvant dictioni illi, otras, illam aliam, personas, quod monasteria, concilia, & hospitalia sunt persone, & quod appellatione personarum veniunt, contra quod videtur, quia actus activorum debent cadere in subjecto bene disposito, ut fuit sententia Arithor. & tradit Domin. in cap. sicut colum. 27. quest. 1. sed in collegio, concilio, universitate, monasterio, & hospitali non datur subjectum, cui conveniat verbum persone, ergo l. nostra in hoc assumpto procedere non potest, ex quo inquit Domi. ubi supra, quod excommunicatio prolata contra quoscunque personas non comprehendit universitatem. c. Romana. §. universitatem, de sententia excom. in 6. quia excommunicatio ligat animam, & universitas non est materia subjecta ad hoc, cum animam non habeat, & idem inquit Dec. in l. familia colum. 2. ff. de jurisd. omnium judic. & reallimit latissime Felin. in cap. cum te in 12. colum. cum sequentibus de rescrip. item & ex hoc in collegio, universitate, vel monasterio, vel simili corpore representato, non cadit administratio sacramentorum, debet enim eorum administrator confessiones audire, & sacramenta omnino fidelibus suis administrare, quod personis representatis & fictis non convenit, ut in femina & universitate notat. Abbas, & omnes per text. ibi in cap. nova de peniten. & remis. Sanctus Thomas in 4. distinctione 25. questione 2. sunt enim hujusmodi personarum corpora inhabilia, tum respectu sexus, tum etiam respectu corporis imaginati: ex quo Romanus consil. 436. ait quod privilegia derogantia quibuscunque personis, non derogant collegio: & procurator constitutus contra omnem personam non potest agere contra universitatem, vel capitulum per dictum Bald. in Rubrica. C. ad Trebellian. & in anteq. item quicumque C. de Episcopis & clericis. Felinus dicto cap. cum te, in 2. columna de rescrip. & in cap. dilectus 2. columna penult. de finon. Paul. in dict. anteq. item quicumque Romanus l. si quis mihi bona. §. servus ff. de acquirind. heredita. Jacobus de Sancto. Georg. in l. collegium. C. de hered. instit. Cullaneus, in consil. 1. dubio 1. Dec. in d. l. si familia. igitur ex dictis assumptum nostrae l. procedere non potest. Sed his non obstantibus in propositum nostrae l. verum est dictum & assumptum, nam cum l. nostra continet materiam favorabilem, & reipub.

convenientem, & sic ejus verba late sunt interpretanda quoties datur favor hic & lata interpretatio appellatione persone indistincte comprehenduntur omnes tam masculi quam femine, & universitates, & capitula, & ut tradit Dom. post Joann. Andr. & alios in cap. cum in illis. §. 1. in fine, de prebend. in 6. cum concord. ut scribit Jaf. in l. si quis major colum. 2. C. de transactio. & Rom. dist. consil. 436. quod induit & in hoc casu est intelligendum id quod dixit Bald. in l. quicumque in 3. columna de servis fug. & in l. metum §. advertendum. ff. quod met. causa, dicens indistincte contrarium, sic & in hoc casu intelligitur dictum eisdem Bald. in cap. 1. de nova forma. sicut dicitur, mandatum contra personas comprehendere universitatem, capitula, & representatas personas, quem sequi videtur Barb. in cap. cum non ad homines in 1. notab. de jud. & consil. 47. colum. penult. colum. 4. tamen intelligendum est hoc, quoties tale mandatum est ex parte rei conventi. & datur & ad ipsam defendendum, quod est favorabile, ut inquit Callan. ubi supra, & sentit Alexand. in apoph. ad Bar. in l. mortua. ff. de fidejussor. & sic in procuratore rei procedit hoc dictum Bald. & Barab. eum sequentis, nam in procuratore actoris in contrarium est commanis, & ita Rote judicatum esse reperi asserunt per Gom. in regul. de idiomate, quassione 2. in fine, ubi & in quacunque dispositione, ubi verba debent proprie accipi intelligitur, ut appellatione personae non comprehendatur universitas, & similia corpora representata: & sic jure optimo in nostra l. simpliciter assumptum illud, quod appellatione personarum veniebat monasteria, & universitates, & collegia, & sic eis numeratis, dicit l. nostra, & alia quaecunque persone.

Ibi, De doce años a esta parte, ergo si ante hos duodecim annos rupta fuissent, non habebit locum l. nostrae dispositio, nam limitata causa limitatum producit effectum l. ego cum Geminiario C. de transactio. & ad tempus prohibitum, post illud censetur permillum ex text. & ejus materia l. in tempus. ff. de heredi. instit. idque adeo in nostra l. verum esse credo, quod si semel ante terminum nostrae l. rupta fuerant haec defencie, quantumvis post multum temporis non rampantur, neque aurentur, postea vero rupta sunt, non habebit locum l. nostra, sufficit enim rem in tempore habili acquisitam unam qualiteram ut perpetuo illam conserveo, & secundum glos. sufficit in l. videamus. ff. quod met. causa, commendatam ad hoc per Otaloram de mobilitate 3. par. 3. part. princ. cap. 6. num. 4. cum 2. sequent. & sic res semel effecta alienabilis perpetuo talis manet & l. 8. codicillor. ff. de legat. 2. Molin. de primogen. & Joannes Gutierrez in consil. 21. numero 16. ubi in causa ibidem relata ipse & ego informationem illam juris fecimus & militum Regis auditoribus Pincianis, & ejus de causa fuit postea Regia lex sumi sequens facta, quae in plurimum corripit jus, & est l. satis exorbitans, & ambiosa meo videri, sed est l. iij. dubium.

dubium, num dispositio istius l. cessaverit jam, & ita ut tempora ab ea constituta sint computata à data nostrae l. & adimpleto ejus mandato ulterius non procedat, nec sit necessaria nec servanda ejus dispositio, & videbatur dubium hoc constituere, verba ista à esta parte, ergo usque tunc & non in posterum, item quia, si cum l. nostra, tempore quo fuit condita, fuit adimpleta, cessabit dispositio ejus, nihilominus tamen contrarium teneo, & sic quod & nunc & quotiescunque casus ab ea propositi contigerint, & nunc, sicut ante ejus dispositionem, habebit locum nostra l. quia ejus ratio non defecit, scilicet, ne deficiat pastus, & ne deficiat, & terrae pastui deputatæ, muretur forma & consuetudo ac usus utendi eis: lexque semper est in viridi observantia, & ad evitandum hoc dubium in curiis de Madrid anni. 1573. fuit iustum ut observaretur, & quod pro ejus observantia darentur in consilio Regio provisiones necessariae, & lex nostra non est contraria l. 3. supra eodem, & ut ibidem & in hoc titulo diximus, & intellectum hujus l. ne contrarietur legi 24. & sequen. descripsit Gutierrez consil. 34. num. 2. sed nullo modo sunt contraria: loquuntur enim in diversis casibus, nam l. nostra loquitur in defensus, quæ solo pastui erant deputatæ, & ut non rumpantur aut arentur: lex vero sequens 24. loquitur in differenti casu, scilicet, cum quis vult conducere pastus alicujus defensus, ne conducatur per conductorem non habentem animalia ad pascendum ea, ut revenditioni herbarum via præcludatur: quod est differens, licet quoad casum ibi propositum per ipsum Gutierrez lex nostra obviare videbatur, sed ei respondet ibidem ne intentui suo obviare possit, sed quia alio in loco apponi non poterit questio quotidie contingibilis in iis partibus & similibus ubi defensus vel terræ aliquæ conducuntur ad culturam per quatuor quinque aut plures annos, solet dubitari an in ultimo anno possit conductor talem defensus & terram relinquere & excoriatam, & consumptam, & de rastrojo, quæ quidem questio cum sit dissimilis nostræ materiæ videbitur per Josephum Ludovicum in decisione Pernon. 62. per totam partem secundam.

IN LEGEM VIGESIMAM TERTIAM

Defensa per viginti annos inculca & ad pastum salum locata, qua ante dispositionem legis præcedentis non fuerint rupta, pro cultura earum nullo modo rumpi possunt, sed subyacant sub penis & dispositione harum legum, quod si in parte rupta sunt ante dispositionem dictæ legis præcedentis, in illa parte solum remaneant cultivata: in cæteris vero partibus sint inculca, & pro pastu tantum locari possunt, sub dictis penis.

SUMMARIUM.

- 1 Non indiget sumario, quia littera legis ejus mentem declarat, & casum in quo fuit advocatus contra judicem de la mesa, tradit num. 2.
2 Verba, esta sin embargo de apelacion, remissive declarantur.

Ibi, Agora sea antes de la fecha de la dicha ley, & despues. Hæc est nova dispositio amplians habenas fratris & judicium de la mesa, & coactans dominis defensasum potestatem culturæ habitæ in dictis defensus, etiam cultivatis ante dispositionem legis præcedentis in cap. sequente.

In §. Otro si. ibi. Por aver se rompido alguna parte della antes de los años que se declara en la dicha ley antes desta, & que aquello que verdaderamente estava rompido antes del tiempo en ella contenido, se aya por rompido para que se pueda labrar y lo demas, &c. Dispositio hæc fuit facta & post litem habitam cum judice quodam de la mesa, & ejus concilio in simili casu, ubi condemnati fuerunt reddere quod perceperant, secundum quod D. Gutierrez, & ego infirmavimus de iure suspensoribus judicibus Pincianæ Chancellerie, ut ipse in consilio 21. deduxit in lucem, & in fine illius consilii asserit, & revera illud erat de iure; nam ut ibi ex Abb. in terminis in consil. 71. num. 2. val. 2. refert, ager vel fundus in parte redactus ad culturam, non potest dici rumpi, neque de novo colli in altera parte inculta ipsius fundi, quod quidem l. nostra voluit corrigere & corrigi, & dara lex est, sed servanda, sicut de l. prescripte. ff. qui & a quib. dixit Bal. ibi, & leges has iustum est servari & pro earum observatione provisiones in regio consilio concedi per e. 29. Curior. de Madrid. an. 1573. quod quidem capitulum licet in nostra Recop. non sit insertum, dabantur nihilominus dictæ provisiones, si petantur.

Ibi, Sin embargo de qualquier apelacion. Vide quæ diximus circa hanc clausulam, in tit. de los jueces entregadores. lib. 3. sup.

IN LEGEM VIGESIMAM TERTIAM

Quæ secundum ordinem noviores est 24.

Carent gregibus non potest defensus pastus destinatus conducere sub pena nostræ text. potest tamen pastum necessarium & tertiam etiam partem ultra conducere, & quod supererit alteri habenti gregem locare pro eodem pretio, sub amissione totius gregis.

SUMMARIUM.

- 1 Lex nostra an habeat locum in defensus ad pasturam & culturam locatis, & num. 5. & ibi concordantia autoris.
2 Mixtum

- 1 Mixtum comprehenditur sub simplicibus ob favorem publicum.
2 Habens potestatem legitimandi spiritum, & item legitimandi incestuosum, an possit spiritum, & item incestuosum legitimare.
3 Legitimandi facultas favorabilis est.
4 Lex nostra dispositio an cessabit, si tempore conditionis non habet conductor armenta & gregem, emittit tamen postea.
5 Qualitas excludens vel admittens quando debet adesse, & 8.
6 Lex nostra an procedat, si tempore conditionis herba habebat pecora ad pascendum, post vero illa vendidas.
7 Venditio non datur in herba sed locutio, & si non debetur gabella.

Ibi, Defensas de yerba, sed an idem erit in defensus & pastus & culture, vel culture & solum locatis, & videtur quod sic, quia lex hæc favorabilis videtur, cum concernat publicum commodum, ne ob hanc causam pastus deficiat, & revenditioni herbarum locus datur, quo casu ob favorem hunc, mixtum comprehenditur sub simplicibus, & ex l. si ita scriptum in prin. ff. de liber. & post. & l. clementis in prin. ff. de here. instit. not. Ias. in §. omnium instit. de action. num. 28. & ibi Aldin. & sic secundum eum ibi n. 30. & 31. habens potestatem legitimandi spiritum, item & legitimandi incestuosum, poterit legitimare spiritum & incestuosum simal, & ibi hæc dicit magis communem opinionem, quia legitimandi facultas favorabilis dicitur, ut per Villalobos in araria nullo commun. opin. verbo legitimandi & facultas, communem etiam dicit Alciat. in l. 2. num. 46. ff. de verb. oblig. ego idem in nostro casu dicendum videtur, nihilominus tamen contrarium tenendum credo, & tum quia lex nostra expresse, in defensas de yerba, loquitur & penaliter est, & exorbitans in quibus casibus mixtum non comprehenditur sub simplicibus, ex e. mandato de simonia. l. cum passam §. prescriptione, junctis l. mariti. §. hoc quinquaginta. ff. ad l. Jul. de adulter. & quia publicus etiam & maximus versatur favor publicus in cultura terrarum & earum agricultura, quæ maxime in jure est privilegiata, ut licet videtur per Castan. in catalogo gloria mundi, parte 1. consil. 37. & sic licet in curiis de Madrid anni 1563. petium fuit ob evitandas plurimum iudicum malicias, volentium legem nostram in defensus de labor intelligere, nihil provisum fuit, & ut capitulum non provisum, non fuit insertum in secunda impressione nostræ recopilacionis, in qua capitula decisa in curiis post primam editionem factis inseruntur, & ita hanc opinionem videtur tenere Gutierrez in d. consil. 34. ego tamen in hac contrarietate distinguerem, scilicet, quod si solebat defensus illa in toto, vel in parte cultivari & arari, tunc utique esset clarior casus quod l. nostræ dispositio locum non habeat,

quia cessabat fraus & occasio fraudandi l. nostram, & hæc etiam verba cessabant; cum dicant, defensas para yerba, si vero non solebat arari, tunc utique fraudis conjectura sumi poterat ob fraudandam l. nostram, conduxisse defensas herbarum ad pastum & culturam, & tunc posset procedi ad l. nostræ executionem, licet & in hac contrarietate, & dubietate opinionum semper inclinarem me in maiorem partem pro teo: cum casus occurrerit, ut quisque latius penitabit & ex dictis per Alciat. in d. l. 2. in prin. n. 4. & sequen. ff. de verb. oblig. hæc prolequentur & declarabuntur.

Ibi, No teniendo ganados, quid tamen si postea emat armenta, an cessabit l. nostræ dispositio, & videtur quod non, & quia lex nostra tempus locationis & conditionis consuevitale videtur, dum dicit, no sean ganados arrendar, junctis iis verbis, no teniendo ganados, para ellas, & sic qualitas illa habendi pecora debet adesse tempore, quo herba conducitur, nam qualitas adjuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. & qualitas aliquem admittens, vel excludens ad aliquem actum & debet esse 7 tempore actus, ex glo. constitutus & ibi Doct. in clementina secunda, de etate & qualitate, dist. in l. 4. tit. 1. libro 2. supra numerus 2. Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod etiam non habeat tempore locationis pecora aliqua quibuscumque herbam depascatur, si tamen postea habeat tempore, quo pascenda est herba illa, sufficit, nam quonia in contrarium dicta non procedunt, quoties in tempore disponendi, vel excipiendi actum illum, adest qualitas illa, & ut in terminis d. §. si extraneus, tenet 8 Bar. in l. ex facto in prin. num. 1. ff. de unig. & pupil. & in terminis d. §. in d. clemen. 2. tenent ibi Doct. maxime Imol. & quia in hoc casu militat ratio nostræ l. scilicet, ne pastus deficiat, vel fiant cariotes & revenditionibus locus denegeret, & par est aliquid esse de per se, vel per relationem ad aliud, & sufficit quid ex æquipollentibus fieri, verum tamen est quod si esset homo solitus revendere & in quo fraus præsumeretur & denunciatio fieret antequam emeret empor herbarum pecora ad istam herbam pascendam, non utique excusarem eum, licet post emeret, deberet tamen fraus hæc liquidò probari, & consuetudo hæc per illum faciendi, & quod intelligebatur post venditionem emisse pecora, ut evitaret poenam & fraudis presumptionem, cum aliis hæc facere soleret sine peccatis, & revendebat, & pecora non trahebat quæ iudex rectus debet considerare, cum casus occurrerit. Sed quid, si dum herbam & conduxi, pecora ad illius pastum ac gregem habebam, post tamen ex aliqua de causa vendidi pecora illa, an sine poena potero vendere herbam illam, & in hoc nulli dubium quin possim, ex doctrina Bar. & omnium in l. cetera. §. sed si paraverit de leg. 1. & Hippolyt. sing. 85. & Tirac.



Titaq. de utroque retrahit. in prefatio. num. 78. ubi hoc intelligit cum Bart. procedere dummodo constet de primo illo proposito, aliàs enim præsumeretur id fuisse ab initio propositum reuendendi, ut postea fecit.

¶ Ibi, *Cientiaq.otes*, si personæ viles sint, vel ignobiles, secus si nobiles, nam nobilibus non est imponenda similis pœna, vel alia infamatoria, ut alibi dictum est.

¶ Ibi, *Et arrendamiento non vale*, non solum locatio & conductio à tali facta contra l. nostræ dispositionem, sed etiam locatio illa, si quam ipse primus conductor alteri fecit, nam cum principalis causa non subsistit plerumque neque ea, quæ sequuntur locum habent ex l. cum principalis. ff. de reg. jur. & sublato principali tollitur accessorium ex l. fin. ff. de cens. pecun. & resolutio iure dantis, resolvitur jus accipientis, neque potest primus conductor in secundam plus juris transferre quam ipse habet, & sic secunda locatio

ab eo facta nihil valebit: & notandum quod hæc nullitatis pœna non habet locum, neque censetur repetita in vers. & dispositione sequente, cum sit diuersa dispositio & diuersus casus, & unusquisque casus pœnam specialem sub se contineat.

¶ Ibi, *Pueda arrendar*, non dicitur, *venditur*, quia in herba non datur ꝑ venditio, ut per t. Lafaro de dec. vend. c. 2. num. 53. lib. 1. & sic in pluribus partibus ex herba locatione non debetur gabella, quia licet sonet contractus in venditionem non est venditio sed locatio, licet in hac nostra Placentina ciuitate ex antiquissima consuetudine inductum est deberi gabellam ex tali locatione herbarum, & vocatur, *alcavala de yeruas y landes*.

¶ Lex finalis nostræ tit. est declaratoria l. 12. supra isto tit. prohibentis in defensis bouum, alia pecora quam agricultura non esse immitenda, ut fallit tamen ut in vers. y porque, nostra l. & hæc pro hoc tit.

## TITULUS OCTAVUS.

De la Caça, y pesca, y que no se maten terneros ni terneras.

**C**Um in defensis, pratis & montibus tam volatilia quam terrestria animalia reperiantur, & in rivis ibidem sitis & transeuntibus piscatilia itidem adsint, & vitela creentur & nascantur, post titulum precedentem de montibus, terminis publicis & defensis tractantem, iuste sequitur hic noster de aucupio, venatione ac piscatione tractans, & in hujus rubricæ declarationem plura adnotanda & singularia disseremus antequam ad textualium declarationem deveniamus.

## SUMMARIUM.

- |   |  |
|---|--|
| 1 Venatio quid sit, & num. 2. quod res habeat species, & num. 3. quæ sit venatio licita, & qua non.   | 11 Prohiberi potest ne venetur aut piscetur instrumento quocumque animalia vel pisces destruantur.                                   |
| 4 Piscatio, piscaria & piscatura in nominibus vocatur & qua sit, quod dupliciter exercetur, & an licita sit & quibus.   | 12 Crudelis est pœna corporali plecti ingredientes loca vetita venationis causa, nisi ut ibi.  |
| 5 Venatio & piscatio quo iure sint intraducta.  | 13 Princeps debet restituere damna data à venditionis prohibitione ab animalibus inclusis.   |
| 6 Venatione & piscatione an possit quis prohibere alium nisi.   | 14 Venari an liceat in alieno territorio, ubi & an civitas possit exterius prohibere venationem aut piscationem in flumine vel loco. |
| 7 Domini terrarum cum prohibent vasallis ne pascantur aut venationem faciant in tali loco & parte debent vasalli protestari contradicendo, ne videantur consentire. | 15 Sex casus ubi non licet piscari in flumine publico.   |
| 8 Jus venandi aut piscandi acquiri potest.  | 16 Fundum alienum licitum est ingredi ad venandum vel piscandum, nisi si ibi, & ibi quid in conscientia, & ibi ampliatur.            |
| 9 Venatio & piscatio potest per principem prohiberi ex causa, & per dominos inferiores etiam ad tempus, ut ibi, & num. 10.  |  |

## RUBRICA.

**I**bi, Caça, Latine venatio nuncupatur, & est venatio \* ferarum persequutio, seu, aliter dicendo, venatio est exercitium ordinatum ad captionem animalium terrestrium, sicuti aucupium ad captionem avium, & piscatio piscium, ut inquit Silves. verb. venatio. n. 1. in prin. & venatio in genere sumpta tres habet species \* scilicet, ferinam, aucupium, & piscariam, ferina quæ fit multis modis, retibus, scilicet, laqueis, pedicis, precipitiis, arcu, jaculis, cuspide, indagine, pennarum odore, accipitribus, canibus; aucupium autem fit retibus, laqueis, pedicis, precipitiis, arcu, visu, hamo; piscatura autem fit retibus, sagentis, gargustis, hamis, faculis, secundum S. Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. M m tonium

Titaq. de utroque retrahit. in prefatio. num. 78. ubi hoc intelligit cum Bart. procedere dummodo constet de primo illo proposito, aliàs enim præsumeretur id fuisse ab initio propositum reuendendi, ut postea fecit.

¶ Ibi, *Cientiores*, si personæ viles sint, vel ignobiles, secus si nobiles, nam nobilibus non est imponenda similis pœna, vel alia infamatoria, ut alibi dictum est.

¶ Ibi, *Et arrendamiento non vale*, non solum locatio & conductio à tali facta contra l. nostræ dispositionem, sed etiam locatio illa, si quam ipse primus conductor alteri fecit, nam cum principalis causa non subsistit plerumque neque ea, quæ sequuntur locum habent ex l. cum principalis. ff. de reg. jur. & sublato principali tollitur accessorium ex l. fin. ff. de cens. pecun. & resolutio iure dantis, resolvitur jus accipientis, neque potest primus conductor in secundam plus juris transferre quam ipse habet, & sic secunda locatio

ab eo facta nihil valebit: & notandum quod hæc nullitatis pœna non habet locum, neque censetur repetita in vers. & dispositione sequente, cum sit diuersa dispositio & diuersus casus, & unusquisque casus pœnam specialem sub se contineat.

¶ Ibi, *Pœna arrendar*, non dicitur, *venditur*, quia in herba non datur ꝑ venditio, ut per t. *Lafaro de dec. vend. c. 2. num. 53. lib. 1.* & sic in pluribus partibus ex herba locatione non debetur gabella, quia licet sonet contractus in venditionem non est venditio sed locatio, licet in hac nostra Placentina ciuitate ex antiquissima consuetudine inductum est deberi gabellam ex tali locatione herbarum, & vocatur, *alcavala de yeruas y landes.*

¶ Lex finalis nostræ tit. est declaratoria l. 12. supra isto tit. prohibentis in defensis bouum, alia pecora quam agricultura non esse immitenda, ut fallit tamen ut in vers. 7. porque, nostra l. & hæc pro hoc tit.



## TITULUS OCTAVUS.

De la Caça, y pesca, y que no se maten terneros ni terneras.

**C**Um in defensis, pratis & montibus tam volatilia quam terrestria animalia reperiantur, & in rivis ibidem sitis & transeuntibus piscatilia itidem adsint, & vitela creentur & nascantur, post titulum precedentem de montibus, terminis publicis & defensis tractantem, iuste sequitur hic noster de aucupio, venatione ac piscatione tractans, & in hujus rubricæ declarationem plura adnotanda & singularia disseremus antequam ad textualium declarationem deveniamus.

## SUMMARIUM.

- |   |  |
|---|--|
| 1 Venatio quid sit, & num. 2. quod res habeat species, & num. 3. quæ sit venatio licita, & qua non.   | 11 Prohiberi potest ne venetur aut piscetur instrumento quocumque animalia vel pisces destruantur.                                   |
| 4 Piscatio, piscaria & piscatura in nominibus vocatur & qua sit, quod dupliciter exercetur, & an licita sit & quibus.   | 12 Crudele est pœna corporali plecti ingredientes loca vetita venationis causa, nisi ut ibi.   |
| 5 Venatio & piscatio quo iure sint intraducta.  | 13 Princeps debet restituere damna data à venditionis prohibitione ab animalibus inclusis.   |
| 6 Venatione & piscatione an possit quis prohibere alium nisi.   | 14 Venari an liceat in alieno territorio, ubi & an civitas possit exterius prohibere venationem aut piscationem in flumine vel loco. |
| 7 Domini terrarum cum prohibent vasallis ne pascantur aut venationem faciant in tali loco & parte debent vasalli protestari contradicendo, ne videantur consentire. | 15 Sex casus ubi non licet piscari in flumine publico.   |
| 8 Jus venandi aut piscandi acquiri potest.  | 16 Fundum alienum licitum est ingredi ad venandum vel piscandum, nisi si ibi, & ibi quid in conscientia, & ibi ampliatur.            |
| 9 Venatio & piscatio potest per principem prohiberi ex causa, & per dominos inferiores etiam ad tempus, ut ibi, & num. 10.  |  |

## RUBRICA.

**I**bi, Caça, Latine venatio nuncupatur, & est venatio \* ferarum persequutio, seu, aliter dicendo, venatio est exercitium ordinatum ad captionem animalium terrestrium, sicuti aucupium ad captionem avium, & piscatio piscium, ut inquit Silves. verb. venatio. n. 1. in prin. & venatio in genere sumpta tres habet species \* scilicet, ferinam, aucupium, & piscariam, ferina quæ sit multis modis, retibus, scilicet, laqueis, pedicis, precipitiis, arcu, jaculis, cuspide, indagine, pennarum odore, accipitribus, canibus; aucupium autem sit retibus, laqueis, pedicis, precipitiis, arcu, visu, hamo; piscatura autem sit retibus, sagentis, gargustis, hamis, faculis, secundum S. Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. M m tonium

tonium in 1. part. tit. 1. c. 3. §. 3. verbo, venatio, & itidem venatio \* quaedam est & dicitur opressiva hominum, & haec est omnino illicita. c. non est. §. his itaque. 6. dist. ut faciebat ille Nemrot Genes. cap. 10. in bello tamen iusto intellige, licita est haec venatio, quaedam adulatoria quae fit per verba, & haec etiam est illicita. c. qui venatoribus. 86. dist. c. sunt nonnulli. 56. d. cap. plurimi. 6. q. 1. quaedam vero venatio dicitur clamorosa, saltuosa & laboriosa, ut ad apros, ursos, leones & similes bestias feras. cap. 1. §. nec o retia, de pace tenen. l. 1. C. de vena. fera. lib. 11. & talis venatio est licita laicis, secus clericis, nisi in casu necessitatis, quando tales bestia devastarent fructus honorum Ecclesiae, vel religionis, quia tunc talis venatio esset eis licita, secundum Casfr. in summa de cleri. venato. & Henri. Bobic. in c. 1. cod. tit. alia vero dicitur arenaria vel arenosa, ut cum quis contra feram bestiam in arenam pugnat, prout fuit mos Romanorum antiquorum ut in spectaculis populorum ludii loco exhiberentur fera bestia, cum quibus homines aliqui docerent, & ab arena arenarii dicti sunt. l. ob carmen. §. sic ea ff. de testi. l. haec demum. ff. de ope. liber. hos bestiarios appellat Julius Capitolinus in Antonino philosopho, qui exercenda virtutis sua gratia, in arenam descendebant, non infames, sed laude digni existimabantur l. Athletas. ff. de his qui not. infam. sed si ad haec pretio operas suas locarent, infames reputantur & Aviles l. 1. §. item senatus. ff. de postul. l. 2. §. fin. ubi omnes. ff. de his qui not. infam. haec tamen venatio est mala ex cap. infamis. §. tria 3. quaest. 6. & non solum clericis, verum & laicis est interdicta, siquidem ex quo hominum interitus sequitur peccatum est mortale, ut admonuit Turrecrema. in cap. qui venatoribus. 86. distin. num. 3. qui hoc declarat nisi hoc fiat ex causa necessitatis ad mortem evitandam, nec dissentiunt Abb. & ceteri in cap. 1. de cleri. venato. & summissa verbo, venatio. Quaedam vero venatio est spaciosa seu recreativa ad excitandum calorem naturae, & talis dum tamen non sit de prohibitis & infestis, vel alio tempore prohibito facta, est permessa maxime laicis, secundum glos. & Henri. in d. c. cler. vena. Hostien. in summa de cleri. ven. §. 1. & clericis etiam, dum tamen raro fiat per eos tempore congruo, ut tenent dicti Doct. & Bern. Diaz. in pract. crimi. c. 67. ubi novissime ejus Additionator Salzedo, plures Doct. de his agentes retulit, & disserit an episcopis etiam haec ultima venatio licita sit, & ex c. quorundam. 24. dist. & ibi glos. omnis venatio episcopis est prohibita, & sic inquit ibi glos. secundum Hieronymum non inveniri neque legi venatorem

rem sanctum, & licet Beatus Eustachius qui fuit venator, dicitur beatus, fuit, quia non permansit in venatione, sed dimisit & penituit, alias existente venatore non reperitur Sanctus, secus vero in piscatore. cap. Esau. 86. ubi glos. ponit rationem differentia, scilicet, quod venatio fit cum clamore, piscatio sine eo, vel quia major delectatio est in venatione, quia tunc nihil potest cogitari, de devinis, secus in piscatione, nisi & piscatio esset continua & fieret causa voluptatis, nam tunc etiam clericis censetur prohibita, si ex ea Ecclesia damnum pateretur in spiritualibus & temporalibus, & sic potest procedere quod dicebat Speculat. in tit. de cler. vena. vers. piscationibus, dicens etiam piscationem clericis prohibitam, ita Fran. Mar. decif. delphi. 530. num. 8. alias rationes quare venatio clericis prohibetur, non vero piscatio, vide per Sebast. Med. de venatione. q. 8. num. 2. cum seq. & ibi, n. 13. cum seq. reafsumit, quae venationes sint clericis prohibita, episcopis tamen causa recreationis honesta, vel ex necessitate ut suam sanitatem defendant, venari licet ut per Menoch. de arbit. cent. 5. casu 413. n. 13. & hoc dum tamen ipsi episcopi non venentur suis manibus, sed venari videant, ut probatur ex l. 57. tit. 5. part. 1. ad hoc allegata per Salzed. ubi supra in 1. additione in prin. & de iis venationibus, licet non ita clare & late agitur per glos. & Doct. in c. 1. de cler. vena. per summiss. verb. venatio, & per Fran. Mar. & Menoc. ubi supra, per Sebastia. de Med. in tract. de venatione in prin. n. 34. cum seq. & in q. 1. & 3. in 17. vol. tract. divers. Doct. & Cassan. in cathal. glor. mun. 11. parte. consider. 49. cum seq. Monachis tamen nec recreationis gratia licet, etiamsi suos redditus habeant in venatione, debent haec per alios facere, non per se nec eis interesse, secundum Doct. communiter teste Did. Perez. l. 1. titul. 22. lib. 2. ordin. colum. 693. in medio, & vide c. 13. sess. 24. concil. Triden. ¶ Ibi, Y pesca, latine, piscatio \*, piscaria, & piscatura a doctoribus vocatur, & est quasi piscium captio, & potest diffiniri sicut venatio in glos. precedenti diffinita est, scilicet, quod piscatio est quasi piscium persecutio, vel est exercitium ordinatum ad piscium captionem, & genus piscandi duplex est & dupliciter exercetur \*, scilicet, retibus & hamo, secundum §. glos. Archid. Turrecr. & Bellam. cap. est & aliud. 24. quaestione. 1. de retibus dicitur capit. non turbatur, ead. causa, & quaestione, an sit licita piscatio & quibus personis, & in hoc Turrecr. relatus per Cassan. in Cata. glor. mund. dict. 11. part. consider. 51. inquit quod si fit propter necessitatem, ut sunt Azevedo in Recopilationem. Tom. IV. M m ij illi,

illi, qui de ea victum quarunt, est licita, & dicit istam esse conclusionem Gregorij super Ioan. 21. ubi legitur: Apostolos post Christi resurrectionem rediisse ad opus piscationis, quod idem dixit si propter solatium adhibitis circumstantiis, de quo & per Menoc. de arb. dict. lib. 2. centuria 5. casu 413. numero 20. & 21. Sed quod ad venationem & piscationem investigandum est quo jure sit venatio \* & piscatio introducta, & in hoc dicendum est, jure gentium ex §. fera. Instit. de rerum divis. ibi, fera igitur & bestia, & volucres, & pisces, & omnia animalia, que celo, & terra nascuntur simul atque ab alio capta fuerint, jure gentium statim illius esse incipiunt, quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur, ut & in l. 1. & 3. & l. quod in littore. ff. de acquirend. rerum domin. l. 1. ff. de acquiren. possessio. l. 17. tit. 28. p. 3. summus enim Deus omnia animalia creavit in hominum usum, & cibum Genes. c. 1. facit l. in pecudum ff. de usur. & Cicero lib. 3. de finibus, cumque hac animalia ipsa natura fecerit, plane licet per eandem naturam legem cuiuslibet primo capienti ea acquirere, ut per Covar. in cap. peccatum 2. part. §. 8. n. 1. Sanct. Thom. 2. 2. q. 64. artic. 1. Soto de Just. & Jur. lib. 4. q. 6. artic. 4. communis secundum Jaf. consil. 119. volum. 4. Eman. Suarez in suis comm. u. opin. verbo, Venatio. quos & alios alia adducens refert Sebast. Med. in dict. tract. de venatio. q. 2. nam cum ex communi jure & usu aqua, mare, & ripa ejus, & aer omnibus sint communia, ut per l. 3. tit. 28. part. 3. ideo omnis homo, secundum text. ibi, potest eis uti libere. Sed an prohiberi poterit quis per aliquem eis uti \*, & regulariter dicendum est, quod non, etiam per principem, eo quod princeps non possit ea, que sunt juris gentium, & naturalis tollere, ex §. sed naturalia inst. de jure natur. gent. & civ. & quia que nullius in bonis sunt capientis sunt, ut proxime dictum est, & per consequens princeps, & a fortiori, domini inferiores in terris suis hac prohibere non possunt, prout tenuerunt Hostiensis. & alii plures relati & secuti per Covar. in cap. peccatum. 2. part. §. 8. n. 1. ubi hanc ex Jaf. consil. 119. lib. 4. testatur esse communem opinionem, & tradit glos. fin. l. 6. tit. 28. part. 3. & Mincha. de succel. creat. §. 26. n. 79. & Didac. Perez. in l. 1. tit. 22. col. 693. lib. 2. edi. & Jacob. de sancto Georg. in Tract. de feudis sub. §. & cum venationib. 17. volum. Tract. diversorum Doct. ubi pluribus modis respondet text. in cap. nemo retia. de pace tenen. & ejus viol. in usib. feud. qui si bene consideretur, non modo non est contrarius, sed facit & pro hac opinione, ut optime considerat Covar. ubi supra,

suprà, & de iis etiam tradit Francisc. Marcus, decif. Delphin. §. 30. num. 14. cum tribus sequentib. & Roland. Valle cont. 22. n. 27. cum sequent. volum. 2. ubi tamen inquit quod quando domini terrarum \* faciunt has prohibitiones debent protestari & 7 contradicere, ne videantur consentire, & prescriptione acquirant jus hoc prohibendi venari aut piscari in certa silva, defensa, vel flumine prout acquiri \* posse inquit Avend. c. 12. præc. n. 11. & 12. lib. 1. & late Balbus de præscript. 4. part. 5. partis princip. quæst. 6. per totam, & Aymon in Tract. de Ant. temp. 4. par. §. materia ista singularitatis. n. 79. cum sequent. aliquibus. Ex variis tamen causis secundum dictos Doct. prohiberi possunt venatio & piscatio per principem non recognoscentem \* 9 superiorem, & per dominos inferiores ex justissimis causis ad tempus & non in perpetuum, ut per Jacob. de Sancto Georg. ubi supra, & Covar. ubi supra, nisi secundum eum ibi jus id per immemorabilem prescriptionem legitime quis adquisierit. Imo & tunc cautè est recipienda & servanda prescriptio hæc tam in foro exteriori quam interiori, præsertim si ea initium à tyrannide habuit, ut & hæc per Rebus. in l. inter publica. 17. ff. de verb. signifi. pag. 160. & tradit Sebastia. Medina, in Tract. de venatio. quæstione 5. fol. 397. in 17. volum. Tractatum, ubi inquit ex triplici \* de causa hæc prohiberi 10 posse. Primo si venationis locus sit communis civitatis aut oppidi, vetari potest, à principe vel à domino per viam gubernationis, nam fera, volucres, & pisces non solum ornamento sunt, verum & necessitati serviunt, ob idque non est vulgi temeritati venatio committenda, sed debet ordine ac lege fieri ne dispareat. Secundo, quia Princeps etiam communia loca Reipub. potest alicui proprio usui dicare, neque ad hoc, ut quidam putant, requiritur consensus populi; justum quippe est, ut pro sua dignitate, gratia recreandi animi, venationem habeat paratam, præterquam quoad apros, & cervos, & id genus bestiarum non decet à plebeis venatu impeti, sed ut referrentur ingenuis, que prætorum simulacra adversus eos imitentur. Tertia ratio est, quia prohiberi potest venatio, nempe quia est in loco non communi oppidi, sed proprio ipsius domini, quo suam custodit venationem, nam si potest fundi dominus particularis prohibere, ne quis venationis gratiâ illud ingrediatur, multo magis princeps, quod tamen in magnatibus & principe inferioribus non procedit. Imo & princeps ipse in totum prohibere non debet venationem, sed pro loco & tempore, adde

tu, & pro forma piscandi, aut venandi, nam ut cum fraude venatio aut piscatio non fiat, prohiberi potest, ut si fiat cum instrumento, vel modo, quibus quidem omnia illius generis \* animalia capi possent, & postea non invenirentur, ut inquit Rebus. in l. unica. C. de venatio. fera. lib. 11. & ejus nepos. Pet. Rebus. in 3. tom. constit. Fran. titulo de usu & consuet. in præfat. numero 48. & Covar. ubi supra, numero 3. versic. Secundo, & hoc est quod leges nostræ prohibere voluerunt, & ne destruantur animalia & pisces, modum, & formam, venandi & piscandi, & locum, & tempus, leges nostræ declarant in præfati, & in propositum dixit Sebastia. Medina, in dicto Tractatu de venatione, quæstione 5. per totam, ia 17. volum. Tract. ubi & inquit quod in prohibitione etiam cavendum est ne pena acerba statuatur, quia illud non estimatur furium, aut latrocinium, proinde ac dum domus aut bursa expilantur: unde crudele est penam corporali plecti ingredientes loca vetita venationis \* causâ, sed satis si duplum aut simplum perderent, & retia ac instrumenta quibus venantur ac piscantur, quod si in iis cresceret contumacia, possent relegari, quod si contemptus superioris adesset, tunc non ratione venationis prohibita, sed contemptus posset penam corporali puniri pro modo contemptus, de quo debet expresse constare, itidem & in prohibitione hac debet adverti ut damna data ob eam resarciantur à principe \* his personis, quæ damna passa sunt ab animalibus à principe ipso in setu inclusis, ut hac & alia advertenda prosequitur Sebastia. Medina. in dict. quæstione. 5. & Covar. ubi supra numero 11. & an in alieno territorio liceat \* venari, vid. Francisc. Marc. dec. Delphin. 533. ex quibus habes prohiberi non posse venationes & piscationes, nisi per principem, & tunc ex causis publicis, vel si ex causis privatis causâ recreationis ipsius principis facientis setum, Coto, vulgo nuncupatum, & tunc cum moderamine & advertentiis dictis faciendum est, posset tamen civitas in cujus territorio est flumen exteris piscationem fluminis illius prohibere per l. Divus. ff. de servi. rusti. præd. l. 16. tit. 28. part. 3. not. glos. fi. l. 6. eod. tit. & part. & sex casus \* in quibus piscari non licet in flumine publico, vid. per Capolam de servi. rusti. præd. tit. de piscatione, & Balbum de præscript. 4. part. 5 part. princip q 6. n. 4. cum sequent. & vide Ant. de Cordova, in sua summa. q. 119. per totam, ubi plura dicit in conscientia annosan-

annotanda, ex supradictis etiam inferitur licite posse ingredi fundum \* alienum ad venandum vel piscandum, nisi venatio, vel piscatio sint fructus, & in redditu ipsius fundi consistant, adeo ut etiam si domino prohibente fiat venatio in fundo alieno non teneatur capiens restituere in conscientia, neque itidem in justitia animalia ibidem capta, licet venator teneatur actione injuriarum, ut per Seb. Med. ubi supra, quæst. 6. æsti. 7. & comprobatur Covar. dict. cap. peccatum 2. p. §. 8. numero 4. versic. Quarto ab eadem, & latius & novissime Humada in l. 12. tit. 20. part. 1. in glos. 2. numero 1. cum sequentibus pluribus, ubi respondet leg. 17. tit. 28. p. 3. & aliis legibus, quæ in contrarium facere videbantur. & in num. 9. versic. Quinto ab eadem, id ampliat procedere, etiam si dominus agrus venandi alicui locaverit, aut in universum venationem in eo fundo prohibuerit, ea ratione quod ipse capere vellet easdem feras intra proprium agrum enutritas, & pecunia vendere. Tenebitur tamen venator talis in alieno fundo capiens animalia ad restitutionem damni in eo fundo, ob venationem facti & contingenti domino prohibenti, & in hac estimatione habenda est ratio animalium, quæ nisi extraneus venatus fuisset, dominus fundi ejusve conductor habuisset, suaque fecisset per apprehensionem, habendaque itidem erit ratio venationis, quæ in eo fundo per dominum solum exerceri solebat, ita ut hic venator, qui domino prohibente agrum alienum ingreditur, non teneatur ad restitutionem ratione captorum animalium, sed ratione damni illati per venationem ipsi domino, qui venari jure & justitia solitus intra proprium agrum fuerat, ut inquit. Covar. ubi supra, num. 11. versic. Præterea, ubi, & inquit ad damnum factum in segetibus & fructibus illius fundi teneri tales venatores: aliud & itidem damnum in piscatura considerat Covar. ubi supra, numero 12. versic. quin & præter. inquit tamen ibi, Covar. numero 14. & 15. quod licet animalium captorum in sepiis & salibus evagantium sit captio propria capientium, neque teneantur ad restitutionem, tenebuntur tamen ferarum & piscium, qui privatim alicujus proprii sunt, puta quia privatim inclusa sunt vivariis, leporariis, piscinis, & stagnis, ut ibidem per Covar. dictis numeris 14. & 15. & per Sebast. Med. dict. quæst. 7. ubi hac ampliat, & limitat, quæ longum esset referre. Et hac pro Rubric. declaratione sufficiant, ut ad declarationem legum deveniamus ubi alia declarabimus Deo volente, alia per Sebast. Med. ubi supra videri possunt.

IN LEGEM PRIMAM.

Tempore quo animalia vivuntur, omne genus venationis cessare debet sub nostri text. p.ana.

SUMMARIUM.

- 1 Civitas potest ex causa publica utilitatis prohibere venationem & piscationem.
- 2 Ecclesiastica persona tenetur etiam servare leges nostras venationis & piscationis. ubi coram quo iudicium agendum.
- 3 Clerici peccati cum instrumentis prohibitis ad venandum, vel piscandum, possunt eis privari per seculares officiales.
- 4 Venatores, vel piscatores, contra legum nostrarum dispositiones venantes, vel piscantes, an peccent mortaliter. Et ibi quid si in die festo.
- 5 Ludere contra legum dispositiones an sit peccatum.

Ibi, Tempo de cria, Hec est una de iustissimi causis prohibitioni venandi & iudem piscandi occasionem praebens, ne tunc omnia animalia capiuntur, & publica utilitas laedatur, qua de causa & civitas ad hoc potest statuta facere, ut inquit Doct. cons. 179. relatus per glol. fin. in l. 6. tit. 28. part. 3. & legem nostram ad hoc notat Covar. in dist. sup. peccatum. 2. p. 8. num. 3. & eo relatio Sebalt. Med. in aut. Tract. de venatione. quest. 11. per totum.

Ibi, De qualiter estado, y condicio que sea, & sic ecclesie persone censentur etiam prohibite contra prohibitionem nostrarum legum venari aut piscari, nam cum leges nostrae publicam concernant utilitatem & commodum publicum, imo & privatum commodum, casualiter, ecclesiastici etiam tenentur has servare leges, ut in proposito nostrum inquit novissimo Doct. Salzedo, ad pract. Bernard. Diaz. cap. 67. addi. 1. ubi tamen inquit poenam nostrae legis & sequentium imponendam talibus ecclesiasticis per suum iudicem debere imponi, ut & ipse dixit in cap. 55. ibidem. & nos alibi diximus. Inquit tamen ibidem in eod. c. 67. addi. 1. in versic. alud autem nove, quod si clericus repertus fuerit cum instrumentis prohibitis venationi vel piscationi, poterunt ab eo capi per iudices seculares eos sic reperientes, prout quotidie fit cum perdices in jabula reperiuntur ad venandum, vel aucupandum, vel cum retibus prohibitis. Sed an venatores seu piscatores contra prohibitionem harum legum venantes, vel piscantes, peccent mortaliter, & in hoc quoad restitutionem nulli dubium, quin ad eam non teneantur, ut tenet Covar. dist. cap. peccatum. 2. par. 8. n. 3. & Sebalt. Med. in dist. Tract. de venatione. q. 7. num. 14. & q. 8. n. si volum. 17. tractatum diversorum, ubi & inquit quod etiam in die festo quis venetur aut piscetur, licet malefaciat, non tenebitur ad restitutionem captorum animalium & piscium in

campo, vel sumine publico, sed an peccabunt, & in hoc Menel. in l. per agrum. numero 8. C. de servi. & aqua, inquit, quod sic, quod durum videtur, quia lex nostra satis contentatur poena ab ea imposita, & nihil ultra exigit, sicut & ludere contra leges non esse peccatum, & asserit Navar. in Manuali, cap. 19. num. 6. & 7. non est enim Regia intentionis obligare ad peccatum cum poenam imponit temporalem secundum eundem Navar. ibidem. cap. 23. num. 56. licet in contraveniente iudicio precepto praecipiens non piscari aut venari per aliquem, asserit Covar. d. 8. n. 4. in prin. & Didac. Perez, in l. 2. tit. 9. lib. 2. Ordin. col. 502. versic. hinc etiam est, & quamvis res dubia fuerit apud aliquos in mitiorem partem inclinarem, ne leges sint laquei animarum, cum ipsae satis poena temporalis se contentant, & hoc dum tamen non sunt venationes & piscationes in die festo, dum divina celebrantur officia, licet haec de peccatis theologis & confessoribus, potius determinanda relinquere sic melius, qui circumstantis circumspectis haec deliberare poterunt.

IN LEGEM SECUNDAM.

Tempore nivis, venari non licet sub pena in lege precedente contenta.

Ibi, De Fortuna y nieve, Allegat eam Covar. in dist. cap. peccatum. 2. par. 8. n. 3. & Sebalt. Med. in dist. Tract. de venatione. q. 11. Est enim & eadem tunc ratio, sicut tempore quo praegnantia sunt animalia haec, sive perdices.

Ibi, Con ninguno genero ni instrumento de caça. Et sic neque retibus aut instrumentis permissis venari licebit hisce temporibus, hic & in lege precedente contentis.

IN LEGEM TERTIAM.

Venari non licet instrumentis & rebus hic contentis sub pena hic contenta, & quod nemo perdetes habeat ad venandum, neque in domibus suis sub nostri text. p.ana.

SUMMARIUM.

- 1 Prohiberi potest piscari, aut venari certo instrumento.
- 2 Poena nostri text. ut incurratur, debet esse alius perfectus.
- 3 Perdices habere in domo, ad aucupandum prohibetur hic, non veri si recreationis causa habeantur.

Ibi, Con laras de alambre, Potest enim prohiberi ne tali instrumento, venetur aut piscetur, ne publica laedatur utilitas in captione multorum animalium aut piscium ex text. in c. 1. §. nemo retia, de pace tenenda, & ejus viol. not. Covar. d. 2. p. 8. num. 8. num. 3. & Sebalt. de Med. de venatione. q. 10. num. 1. eo quod secundum eam, ibi, fere, volucres, & pisces, non solum sunt pro ornamento universi,

universi, sed etiam pro utilitate hominum, unde princeps prohibet venationem, quae fit cum instrumento tone, quia eo plures extinguuntur, & capiuntur fere, atque inde sequitur animalium sivestrum, & ferrarum numerum extinctio, quae Reipub. incommoda est: non enim retia, laquei, aut alia instrumenta permittuntur ad capiendas venationes nisi utrosque, lupos, & apros, ex dict. §. nemo retia, not. Gard. Papa decis. 218. n. 2. quod conducit ad legem 5. & 6. infra eod. & Capola de servit. rust. pract. cap. 21. n. 8. & 9.

Ibi, Ni con otro genero de instrumenta, oblata sunt haec verba, & diminute fuerunt apposta per compilatorem, nam in originali dicitur: Ni otro genero ni instrumento dello, ut designaretur, non quod omne instrumentum, quo cum animalia & perdices capi possunt, prohiberetur, sed tantum illud, quod simile praecedentibus, & proxime dictis simile esset, ita quod cum eo venatio destrueretur, & extingueretur, non vero cum alio, in quo ratio haec deficeret, nam lex de habilitate est restringenda, ex l. ut gradatim ff. de mun. & honor. & ex precedentibus & sequentibus declaranda sunt intermedia, cumque ex precedentibus & sequentibus de instrumentis ista venationem extinguentibus loquatur lex nostra, verba haec intermedia, Ni con otro genero de instrumento, de his intelligenda sunt, aliter enim & lex nostra absurditatem contineret & superfluitatem si indistincte de omnibus instrumentis intelligeretur, & quia cum lex nostra providere voluerit extinctioni animalium, ubi haec cessat, dispositio cessare debet, & sic practica communi declaratum videmus, nam conuicium cum canibus & retibus venantur, lepores isidem, & perdices cum cane & balista, & similibus, quibuscum animalia non destruantur neque fugantur, & nisi sic intelligeres, destrues legem nostram, & praxim ac usum quotidianum.

Ibi, Ni con reclamos ni bueyes, Hec enim venatio fraudulenta dici potest & cum fraude facta, utpote quia haec instrumenta eremant animalia & aucupia, & defecere faciunt, & sic iuste prohiberi possunt, & sunt prohibita, secundum Rebut. l. 1. C. de venatio. fera. & Petr. Rebut. 3. Tom. confis. Franc. tit. de usu & consuet. in praefatione numero 48. & Mexia in pragm. p.ana. concl. 4. numero 19. & Sebalt. Medicis d. tract. de venatione. quest. 10.

Ibi, Que lo contrario hixere, Notat verba haec, quia denotant factum, non verò faciendum, & sic cum delicta haec cum affectu sunt facta & perfecta, non vero si intentata & solammodo, poena enim à jure imposita locum tantum habet in actu consummato, non verò incepto tantum, nisi aliud dictum sit, ut per Didac. Perez, in l. 16. tit. 3. col. 145. lib. 1. ordin. & iterum in l. 2. tit. 13. lib. 8. ordin. & nos alibi etiam diximus.

Ibi, Ni las tengan en sus casas, intellige para caçar, ut in precedentibus verbis dictum est, ibi, para caçar, nam quando lex unum disposuit, alterum praesupponit, ut habeat locum dispositum, Azevedo in Recopilationem, Tom. IV.

debet verificari praesuppositum, ex glol. singular. & communiter approbata in l. si mancipia. C. de serv. fuerit de qua plura alibi diximus, cumque lex nostra praesupposuerit in precedentibus, quod nullus perdices ad aucupandum habeat, disposueritque statim & immediate, ut neque domi illas habeant, intelligendum est sub praesupposito illo, ad venandum, quasi secus sit, si pro recreatione & tanta illa habeant domi, nam tunc non incurritur l. nostrae poena. Et ex hoc perperam faciunt iudices & eorum ministri, qui nulla praehabita informatione, quod perdices habeantur ad aucupandum, statim eas capiunt, & occidunt, cum deberent prius haec per informationem esse constare, & sic vidi jam in facto discussum, & quia qualitas haec non erat probata fuit absolutus dominus perdices, & iure optimo, sed quis haec iudicibus persuadebit tenenda & sequenda, tanta est enim eorum cupiditas per fas & nefas aliena percipiendi, ne dicam furripendi.

Ibi, Te maten, Intellige ut dixi in praecedente glol. si habuerit quis illos ad aucupandum, & tunc etiam clericus tenebitur, & ei poterit occidi talis poena, ut inquit Salzedo in practica, ad Bernard. Diaz, d. cap. 67. addi. 1. pag. 213. col. 2. in fin. cum seq. & jam in hoc sit. remanet dictum.

IN LEGEM QUARTAM.

Aucupium aliquid occidi non potest arcubus, vel alio sulphuris instrumento, neque cum balista, cum herba, neque aliquis eam domi habeat herbam, sub nostri text. p.ana.

Ibi, Con arcabuz, Nam ultra quod arcubus remanent aucupia, & extinguuntur, terrentur etiam & fugantur, ut inquit Covar. in nostrum praesuppositum, in dist. cap. peccatum. 2. par. 8. n. 3. & Sebalt. Med. de aucupatione, quest. 10. numero 2.

Ibi, Ni con yerba de balistero, probanda est haec qualitas, ut scilicet, cum herba haec sint animalia, vel aucupia occisa, nam si hoc non probaretur, etiam probaretur cum balista & hasta jarea occisa fuisse, non haberet locum nostri text. poena, nam cum possint occidi cum balista sine poena, ut poena incurrat nostri text. probanda est qualitas haec, aliter enim licite praesumitur occidit, ex Bart. doctrina communi & ab omnibus laudata, in l. non solum §. sed ut probari. ff. de nov. ope. nunciat. de qua pluries diximus, cum arcubus tamen aut alio sulphureo instrumento, occidens puniretur, etiam si nulla toxica herba sit inmixta, ut ex nostro text. clarissime patet, & hoc nulli dubium.

Ibi, No queda hazer ni tener en su casa la dicha yerba de balistero, Intellige quod neque domi haberi possit, neque fieri, scilicet, ad occidendum animalia, vel aucupia in l. nostra occidi prohibita, itaque etiam fundatur ex dictis in praeced. in glol. Ni las tengan en su casa, & sic qualitas haec est probanda, quod ad occidendum animalia & aucupia

UNIVERSIDAD

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MEXICO GENERAL DE

aucupia non permilla occidi ea habebat, nam cum ex l. sequenti possit haberi ad occidentum animalia in ea expressa debet denunciari probare ad prohibita habuisse herbas hanc, vel eam fecisse, ut in glo. precedente diximus, huc tamen quam incogita sunt iudicibus experientia docet.

IN LEGEM QUINTAM.

Populorum concilia formam & ordinem praebent ad occidentum lupos etiam cum herba, & premia occidentibus consistunt.

SUMMARIUM.

1. Premia consistunt in capiente lupo, ubi n. 2. quid si quis capiat lupam pregnantem, vel lactantem.

Ibi. Como se maten, licitum est enim feras venari, ut in l. unico de venat. fer. lib. 11.

Ibi. Puedan fñalar el premio, Quotidie premia huc constituuntur & dantur, secundum Avend. c. 2. pr. n. 2. in medio lib. 1. ubi n. 9. quare an possint absque Regia licentia constitui premia huc, stante l. nostra, nulli dubium quin non sit necessaria dicta Regis licentia, cum hic concedantur, & dantur apprehendentibus & capientibus, non vero repetentibus solum, secundum Mexiam in pragmat. conel. 1. fol. 17. n. 34. & probatur ex tex. nostro dum dicit, Que las traxeren, & tunc etiam si casu & non ex proposito lupos capiant, debetur premium constitutum secundum Avend. ubi supra, premium tamen iudex solus, nisi simul cum concilio constituere non potest, ut dixi in l. 4. tit. 18. supra lib. 6.

Ibi. Por cada cabeza de lobo, Quid si reperiat quis & capiat lupam pregnantem an debeat habere unum vel plura premia, & respondet Bald. in l. si ff. de lib. causa quod habebit unum premium, & non plura, secus vero esset, si caperet lupam lactantem cum lupatinis ut inquit Imol. in l. in lege ff. ad l. Ealcid. & Felin. in c. ficut. de homici. & Sebati. Med. in d. Tract. de venatio. q. 42. & hoc est quod inquit tex. noster. I por cada cama dellor.

Ibi. Venado con yerva, hic clarius probatur qualitatem hanc herbae esse probandam, ut pena legis nostrae imponatur occidenti cervum, vel aliam prohibitam venationem, quae omnia notanda sunt, quotidie enim prae manibus habentur.

IN LEGEM SEXTAM.

Foveas aut cippos in montibus facere ut non audeat sub nostris text. pana.

SUMMARIUM.

1. Foveas facere ad capiendas apras, vesas, & lupos licitum est, dum ne in itinere sint. 2. Declaratur l. 21. tit. 15. p. 7.

Ibi. Cepas grandes, Qui enim ut sorum cervorumque capiendorum causa, faciunt si in itinere fecerint, eoque aliquid deciderit facit tumque sit deterius, lege Aquila obligati sunt, ut l. qui foveas ff. ad l. Aquil. l. 7. tit. 15. par. 7. notat Capola de serv. Urb. cap. 80. n. 2. ubi idem esse dicit, in fossatis ad frumenta collocanda, quae solent dici Aboltes de pass, tradit idem Capola de serv. rust. cap. 21. num. 12. & Covar. in d. peccatum 2. p. 8. & Sebati. Med. d. Tract. de venatione. q. 13.

Ibi. En los momes, Intellige in quibus haec fieri non solent, ne sit correctoria d. l. qui foveas & d. l. 7. parite in itinere solum prohibentium fieri, & in aliis locis, ubi non solent fieri, quasi usus & consuetudo ea faciendi in tali, vel tali loco certiorerit ut homines illic non vadant neque animalia sua mittant, quod si non fecerint, sua sit culpa, & ita declarandam l. nostram in iis verbis tenendum est, ne sit correctoria iurium antiquorum, & sic etiam intelliges l. 21. tit. 15. p. 7. quae cippos hos & foveas videtur permittere.

Ibi. Por el peligro, quod omnino vitandum est, ut inquit dicti Doctores & iura.

IN LEGEM SEPTIMAM.

In columbariis, vel in aliis domibus particularibus instrumenta ad capiendas columbas, vel ad attrahendum eas non adint sub nostris text. pana, & alia circa haec in l. nostra contenta serventur.

SUMMARIUM.

- 1. Columbaria, an licite in conscientia haberi possint? & num. 2. quid in attrahente eas ad suam columbarium. 2. Aucupia, venationes & piscationes esse in fructu, & num. 1. an sint fructus industriales, vel immobilis reputentur. 3. Usufructuarius potest venari in fundo, in quo habet usufructum, neque potest a proprietario prohiberi. 4. Columbas capere iuxta columbarium delictum est. 5. Casus speciales nostrae legis, ubi statuitur iuramento damnnum possi. 6. Juramento alienius quoties standum est pro plena probatione, non admittitur probatio in contrarium.

Ibi. Palomares, An licite haec columbaria in conscientia teneri possint, vid. Silvest. verbo. Restitutio 3. q. 4. & Ant. de Cord. in Summa de casus de conscientia, q. 121. ubi tradit an licite columbae aucupari, vendi & emi possint in conscientia.

Ibi. Ni anagazas, & ultra penam nostram tenetur artibus & fraude columbas alterius columbarii ad suum attrahens ad restitutionem secundum Covar. in e. peccatum 2. p. 8. num. 14. versic. Tertio. & Sebati. Med. dicit. Tract. de venatione. q. 65.

Ibi. Vender palomas, si no fuere al dueño del palomar, Hic videtur probari, aucupia, venatio

venationes, & piscationes, iidem esse in fructu, ut probatur in l. venationem ff. de usufructu l. item ff. de aucupium l. usufructuarius ff. de usufructu. & ibi usufructuarius posse venari in fundo in quo habet usufructum, neque posse a proprietario prohiberi, ne venietur ipse usufructuarius l. usufructum ff. de usufructu. & l. item ff. de aucupium, eod. tit. notat Franc. Marcus, decisione. Delphin. 532. Sebati. Med. in dicit. Tract. de venatione. q. 15. & 16. ubi an sint fructus industriales, & in quest. 17. an inter mobilia, vel immobilia computentur, & an decima debeatur ex eis, vide Fran. Marcus decisione. 531.

Ibi. No esan ofadia de tomar palomas, nam columbas capere in columbario, vel iuxta, de iure prohibitum est, & firmiter committitur, ut per Dynum & Doctores. in p. pavonum hist. de ver. divisi. & Guid. Papae decis. Delph. 218. n. 2. quod intelligit verum quando abire & redire solent, prout sunt domesticae, quae in columbariis, domibusque retineri solent, secus autem in silvestribus. ex p. pavonum hist. de rerum divisi. & l. 23. tit. 28. p. 3. & notat Covar. in d. e. peccatum 2. p. 8. n. 14. per totum, & Sebati. Med. d. Tract. de venatio. q. 65. ubi inquit revertendi animam delinere habere, cum revertendi consuetudinem deseruerint, & hac de causa, neque occidi possunt tales columbae domesticae, & revertentes, ut per Covar. dicit. num. 14. versic. 4. & Consoium in dicit. q. 121. ubi de iis late agit.

Ibi. Que el tal juramento haste por entera provanca, Specialissimus casus est hic, ubi statuitur iuramento damnum per passim & fortassis non reperias similem, & hoc quia id quod fit in campo difficulter probatur, tum etiam ut deterreantur homines ab hoc delicto, tum etiam quia non inveniunt delinquenti pena corporalis, quo casu id fieri potest, ut inquit Hippol. in pract. §. ex praedicta. n. 75. aded ut non admittetur probatio in contrarium, quia quoties iuramento alicuius standum est pro plena probatione, non admittitur probatio in contrarium, secundum Aviles c. 52. prae. verb. En tierra, n. 14. fol. 255. Paul. tamen Castro, in l. si. n. si. ff. de prat. stipul. contractum videtur tenere, sed Paul. loquitur quoties lex tantum dicit quod sterit iuramento damnum passim, secus vero si ultra addiderit, scilicet, quod ultra non possit inquiri, vel quod habeatur pro plenaria probatione ut hic, nam tunc non admittitur probatio in contrarium, secundum Aviles, ubi sup. & Capolante. 104. multa sunt, in si ex Jul. in l. 1. §. si absens n. 6. ff. si ex noxali causa, agatur, ubi aliis modis limitatur.

IN LEGEM NONAM.

Nullus in fluminibus ad piscandum immittat aliquam ex rebus in hac l. contentis, sub eius pana.

Ibi. No echen en los rios cevos de cal viva, y venenos, Pices enim taxo infecti solent esse nocivi hominibus eos comedentibus, imo & animalibus bibentibus ex aqua illa, & ideo iure optimo prohibitio nostrae l. procedit. Accedat in Receptationem. Tom. IV.

quam ad hoc not. Avend. cap. 19. praefatio; num. 30. Illarion. 8. lib. 1. & Mexia in pragmat. causa panis. 4. conelusionem. no. 19. et M. dicit. Adhuc in consil. Sicilia, Rubrica. 4. et in consil. quoniam que reserum. lib. 3. de Sebati. Merito alios allegando in dicit. Tract. de venatione. quos 10. num. 31.

IN LEGEM DECIMAM.

Piscari in flumine non panis & crebar alius huc declaravit et tempore quo immittuntur & pices frangi, prohibet Regia huius tantum sub eius pana.

SUMMARIUM.

- 1. Piscari in quibus aquis committitur. 2. Piscatores an dicantur negotiatores. 3. Vendit lacu, an vendit, etiam naves piscatoriae. 4. Vendit fundo, an vendit pices, ibi consistit. 5. Denunciare non licet de venantibus & piscatoribus contra leges Regiae, lapsi veritas mensuris.

Ibi. Con panes de yerca, Destruunt enim haec pices, & publica utilitati nocent, quae conservatione piscium consistit, & ideo neque tempore quo nutriuntur licebit, ut inquit text. hic, sicut in venatione dictum est in l. 1. supra isto in l. lib. 8. per Mex. in dicit. pragmat. causa panis & conelusionem 4. num. 19.

Ibi. Que no saquen los rios continuos de madre, hoc enim etiam piscatores erant, & pices destruit, quod est maxime nocivum, & negotiatoribus & piscum depolatoribus admittitur occasio destruendi piscaria, & pices in brevi tempore; sed in quibus aquis communes sunt piscationes, dabitur Bilibi de praescripto. relatus per Sebati. Med. in dicit. Tract. de venatione, sub titulo de piscatione, q. 58. & inquit, quod in mari, flumine publico, in stagno, lacu, & similibus; Iust. l. possideri §. in verba. num. 22. ff. de acquirend. posses. & Cornes consil. 211. num. 2. et 3. volum. 4. sed an piscatores dicantur negotiatores, & ibidem in quest. 19. tradit ipse Sebati. Med. & inquit quod non, ex l. legatus ferrius de legat. 3. quod intelligit ibi verum, quando domino tantum piscantur, secus si ut venderent pices, quia tunc videntur negotiatores, & consequenter gabellam ex tali venditione deberent. Et an vendito lacu veniant etiam naves & piscatoriae, ibidem in quest. 62. inquit Sebati. Med. quod sic, licet vendito fundo in quo sunt pices non veniant pices in venditione, non magis quam venient nec ne pulli, aut cetera animalia quae in fundo sunt, prout non venie, probatur ex l. Julianus. §. sic, cum l. sequent. ff. de act. empt. Et notat quod lex haec dicit, Los rios, ut scias non comprehendit rivulos, & torrentes, qui in aestate desiccantur, nam flumen dicitur continuo decurrere & perenne, torrentis qui aëre siccat, ut per Calep. verba, Flumen.

Et habes notare quod in ceteris de Madrid Anni 1571. provillum fuit prout in noviori quam tua impressione hujus Recopilationis reperies inferum & declaratum; quod intra tres menses à die venationis, vel piscationis, denunciandum est de venatoribus & piscatoribus transgredientibus legum harum dispositiones, non vero post & sic denunciator ut contineatur tenetur omnino probare, quod intra hos tres menses facta est denuntiatio, aliter non obtinebit, & fuit hæc iustissima provisio, ut cupiditati iudicum obviatur, & an licita sit piscatura in Rubrica nostri tituli diximus.

De lege fin. nostri text. de vitulis tractans, dixi in l. 2. verbo, *Terneros. tit. 14. supra lib. 5.* ad ibi dicta te remitto, & de laudatione carnis vitulae & aliarum carniarum, vide *Castan. in Catalogo glor. mund. 12. parte, consider. 85.* & hæc pro hoc tit. sufficiant.

## IN LEGEM DECIMAM TERTIAM.

Tribus mensibus elapsis non est procedendum ad executionem legum prohibentium aucupium, venationem & piscationem.

## SUMMARIUM.

1 Tribus mensibus elapsis non est procedendum contra venationem, piscationem & aucupium, & rationem legis tradit.

2 Et quis tentatur probare elapsos esse hos tres menses, denunciator, aut denunciatus.

3 Ibi, *Ordenamos.* Iustissima lex est & asserens & tollens vexationes & molestias, quæ quotidie inferebantur per iudices miseris rusticis in tempore, in quo defendere se non poterant, vel quia testes quibus probare debebant suam defensionem mortui tunc erant, cum denuntiatio contra eos interponebatur, vel quia etiam viarent non recordabantur, & plerumque pro unomet delicto bis & amplius condemnabantur: quæ quidem omnia cessabunt ex legis nostræ dispositione.

4 Ibi, *Passados los tres meses.* Sed & quis tenebitur probare esse neque lapsos hos tres menses, denunciator, an vero denunciatus? & sine dubio teneo denunciatori incumbere probationem, quod tres hi menses non sint elapsi, dum denuntiatio interponitur: nam cum sit fundamentum suæ intentionis iustificare de-

nuntiationem, eam non iustificat, nisi probet se intra tempus triura mensium denunciavisse, & sic eo non probante, est omnino denuntiatio absolvens: item quia quando aliquid est prohibitum fieri uno tempore, & in alio tempore permittitur, ille qui dicit Petrum contravenisse prohibitioni, debet probare in tempore prohibito id fecisse: aliter enim non præsumitur, sed totum contrarium, ex notabili doctrina Bartol. in l. non solum §. sed ut probari ff. de nov. oper. denunt. quam totum modum sequi testatur ibi *Jas.* & alibi pro ejus exortatione alios allegavimus, sic & in nostro casu, cum lapsis tribus mensibus sit liber denunciatus, omnino tenetur denunciator probare tempore denuntiationis nondum fuisse lapsos: aliter enim denunciatus, etsi nihil præstitit, est absolvens, præsertim cum l. nostra tunc demum præbet potentiam denunciandi, quoties hi tres menses non sunt elapsi, non vero postea, imo & iudici admittit l. nostra potentiam procedendi lapsis dicto tempore, dum dicit, *no se pueda proceder de officio, ni por denunciacion.* Verbum enim, *potest*, procedente negativa, impossibilitat & denegat potentiam, ut diximus in l. 2. tit. 3. lib. 5. num. 29. & sequent. ubi asserimus contrarium factum esse nullum & nullius effectus, & consequenter neque iudex potest procedere lapsis tribus mensibus, neque aliquis denunciare, & sic incumbit denunciatori probare denuntiationem intra hoc tempus fuisse factam: aliter enim reus absolvetur, & hæc est veritas, quantumvis aliqui iudices avari & immemores salutis terræ aliud male observent.

## IN LEGEM DECIMAM QUARTAM.

Piscaria cum sale maris salientur sub nostra legis penis.

## SUMMARIUM.

1 Sale maris salientur, sub legis pena.

Ibi, *Mandamos.* Processit hæc lex ad tollendas illorum cautelas, qui cum aqua maris piscaria saliebant, ut plus ponderis essent, & processit etiam pro conservatione horum piscatorum, quæ quidem facillime cum maris aqua corrumpuntur, & inde pro conservatione ea concedendum, ut ex l. nostra apparet.

## TITULUS NONUS.

## De los que se van a Morar de un lugar a otro.

CUM superioribus titulis dictum est de terminis publicis & piscatoriis ac venationibus, qua omnibus habitatoribus locorum communes sunt, & eis potiuntur, & quia dubitari posset, an tales habitatores eis fruenter rebus, possint populam derelinquere in quibus deductis commodum reportant, ideo post titulos præcedentes subsequitur hic noster, & nisi sic continuaveris, difficulter continuari potest.

## IN LEGEM PRIMAM.

Quisquisque libera potest transire ex unis locis ad alios habitandos, neque prohiberi potest sub nostri text. pena.

## SUMMARIUM.

- 1 Cuilibet licet transire se & sua ad alias civitates & populos.
- 2 Oppida horum Regnorum an compelli possint aliquem recipere in civem.
- 3 Civitatem statueri minime posse injuste à civitate expulsum non amplius recipiendum.
- 4 Titulus non licere habit. metro. lib. 11. localis est.
- 5 Fœmina originaria unius loci licet alibi nubar, non propterea vocatur forensis, ubi inferitur ad gabellas, & num. 6. quoad quid debeat esse civis.
- 7 Sententia vicinietatis vel pluralitatis facit jus quoad omnes.

Ibi, *Lo puedan hazer.* Hæc est conclusio totius nostri tit. & materix, scilicet, quod cuilibet libera est potestas transferendi se & sua & de uno loco ad alium, ne libertas à jure naturali concessa restringatur, contra dispositionem l. Titio centum §. Titio. ff. de cond. & dem. potest enim quis ubicumque ei placuerit, si prohibeatur iuste, domicilium habere, ut in l. nihil. ff. ad municipalem, tradit Bart. in l. assumpt. & in l. de jure. ff. eod. tit. & Abb. in cap. si notab. 2. extra de paroch. Soc. Jun. cons. 7. num. 1. volum. 2. aded ut licet fuerit anceps questio in cancellaria Pinciana, an oppida horum regnorum possint compelli aliquem & recipere in civem, probabilior tamen & verior ac tenenda sententia est, quod compelli possint, tam ex dictis & ex l. nostra, quam etiam, quia Reipub. in-

terest oppida civibus ampliari, ut in l. 2. C. de iudic. vid. tollen. & ex l. fin. §. penult. ff. de bonis damnat. ex quo non immodice civitates illustrantur, unde interrogatus Homeus, qui essent maximi civitatis ornatu, inquit, pueri & turres: per pueros populi amplitudinem significans, quibus & aliis rationibus hæc tueretur sententiam ut probabilior rem Borgos de Paz, in l. 3. Tauri. num. 513. cum aliquib. sequentibus. ubi & inquit civitatem statueri minime posse, injuste à civitate expulsum, nec ullo tempore ad civitatem recipiendum, quia statutum sapiens monopolium jure dirigitur, ex l. 1. de monopol. neque aliud ex l. ff. ad mun. colligi potest, nam licet civis à civitate recipiendus sit, ut talis dicatur, nullo modo exinde colligi potest civitatem non esse cogendam illum recipere, sed potius contrarium ex dictis & hoc verum est nisi in materia rit. & l. 1. C. non licere habit. metro. lib. 11. localis enim est titulus ille, & sic ad alia non extendendus: ex quibus domicilia contrahantur ultra text. & ibi Doctores, in cap. cum nullus, de tempo. ordin. lib. 6. & l. 2. titulo 24. part. 4. & l. 32. titulo 2. part. 3. tradit Menoch. de arbit. jud. casu 86. per rationem, ubi singulariter loquitur. Habes tamen notare quod fœmina originaria unius loci, licet alibi nubar & non propterea vocatur forensis, ut inquit Decian. Respons. 71. num. 1. volumine 2. nam ut inquit Bald. in l. 1. §. quod autem ff. de iur. & curat. dat. ab his rebus per gl. Natural. in dist. l. 32. illi potius dicantur de loco aliquo, qui ratione originis sunt de illo loco, ex quibus semel in factis dixi, quod si mulier hæc in sua civitate originaria, vel quilibet alius originarius, vendat, aut contrahat, non dicitur forensis, neque ut talis solvet gabellam gabellario, Del vienra, sed ut originarius solvet eam, adde ut etiam mulier hæc



Et habes notare quod in curia de Madrid Anni 1571. provilum fuit prout in noviori quam tunc impressione hujus Recopilationis reperies inferum & declaratum; quod intra tres menses à die venationis, vel piscationis, denuntiandum est de venatoribus & piscatoribus transgredientibus legum harum dispositiones, non vero post & sic denuntiator ut contineatur tenetur omnino probare, quod intra hos tres menses facta est denuntiatio, aliter non obtinebit, & fuit hæc iustissima provisio, ut cupiditati iudicum obviatur, & an licita sit piscatura in Rubrica nostri tituli diximus.

De lege fin. nostri text. de vitulis tractans, dixi in l. 2. verbo, Terneros. tit. 14. supra lib. 5. ad ibi dicta te remitto, & de laudatione carnis vitulae & aliarum carniarum, vide Casan. in Catalogo glor. mund. 12. parte, consider. 85. & hæc pro hoc tit. sufficiant.

IN LEGEM DECIMAM TERTIAM.

Tribus mensibus elapsis non est procedendum ad executionem legum prohibentium aucupium, venationem & piscationem.

SUMMARIUM.

1 Tribus mensibus elapsis non est procedendum contra venationem, piscationem & aucupium, & rationem legis tradit.

2 Et quis tentatur probare elapsos esse hos tres menses, denuntiator, aut denunciatus.

3 Ibi, Ordenamos. Iustissima lex est & asserens & tollens vexationes & molestias, quæ quotidie inferebantur per iudices miseris rusticis in tempore, in quo defendere se non poterant, vel quia testes quibus probare debebant suam defensionem mortui tunc erant, cum denuntiatio contra eos interponebatur, vel quia etiam vires non recordabantur, & plerumque pro unomet delicto bis & amplius condemnabantur: quæ quidem omnia cessabunt ex legis nostræ dispositione.

4 Ibi, Passados los tres meses. Sed quis tenebitur probare esse necne lapsos hos tres menses, denuntiator, an vero denunciatus? & sine dubio teneo denuntiatori incumbere probationem, quod tres hi menses non sint elapsi, dum denuntiatio interponitur: nam cum sit fundamentum suæ intentionis iustificare de-

nuntiationem, eam non iustificat, nisi probet se intra tempus triura mensium denuntiasse, & sic eo non probante, est omnino denuntiatum absolvendus: item quia quando aliquid est prohibitum fieri uno tempore, & in alio tempore permillum, ille qui dicit Petrum contravenisse prohibitioni, debet probare in tempore prohibito id fecisse: aliter enim non præsumitur, sed totum contrarium, ex notabili doctrina Bartol. in l. non solum §. sed ut probari ff. de nov. oper. denunt. quam totum modum sequi testatur ibi Jas. & alibi pro ejus exortatione alios allegavimus, sic & in nostro casu, cum lapsis tribus mensibus sit liber denuntiator, omnino tenetur denuntiator probare tempore denuntiationis nondum fuisse lapsos: aliter enim denunciatus, etsi nihil præstitit, est absolvendus, præsertim cum l. nostra tunc demum præbet potestatem denuntiandi, quoties hi tres menses non sunt elapsi, non vero postea, imo & iudici admittit l. nostra potestatem procedendi lapsis dicto tempore, dum dicit, no se pueda proceder de officio, ni por denunciaçion. Verbum enim, potest, procedente negativa, impossibilitat & denegat potentiam, ut diximus in l. 2. tit. 3. lib. 5. num. 29. & sequent. ubi asserimus contrarium factum esse nullum & nullius effectus, & consequenter neque iudex potest procedere lapsis tribus mensibus, neque aliquis denunciare, & sic incumbit denuntiatori probare denuntiationem intra hoc tempus fuisse factam: aliter enim reus absolvetur, & hæc est veritas, quantumvis aliqui iudices avari & immemores salutis terræ aliad male observent.

IN LEGEM DECIMAM QUARTAM.

Piscaria cum sale maris salientur sub nostra legis penis.

SUMMARIUM.

1 Sale maris salientur, sub legis pena.

Ibi, Mandamos. Processit hæc lex ad tollendas illorum cautelas, qui cum aqua maris piscaria saliebant, ut plus ponderis essent, & processit etiam pro conservatione horum piscatorum, quæ quidem facilliter cum maris aqua corrumpuntur, & inde pro conservatione ea concedendum, ut ex l. nostra apparet.

TITULUS NONUS.

De los que se van a Morar de un lugar a otro.

CUM superioribus titulis dictum est de terminis publicis & piscaturis ac venationibus, qua omnibus habitatoribus locorum communes sunt, & eis potiuntur, & quia dubitari posset, an tales habitatores eis fruentes rebus, possint populum derelinquere in quibus deductis commodum reportarunt, ideo post titulos præcedentes subsequitur hic noster, & nisi sic continuaveris, difficulter continuari potest.

IN LEGEM PRIMAM.

Quisquisque libera potest transire ex unis locis ad alios habitandos, neque prohiberi potest sub nostri text. pena.

SUMMARIUM.

- 1 Cuilibet licet transire se & sua ad alias civitates & populos.
- 2 Oppida horum Regnorum an compelli possint aliquem recipere in civem.
- 3 Civitatem statueri minime posse injuste à civitate expulsum non amplius recipiendum.
- 4 Titulus non licere habit. metro. lib. 11. localis est.
- 5 Femina originaria unius loci licet alibi nubar, non propterea vocatur forensis, ubi inferitur ad gabellas, & num. 8. quoad quid debeat esse civis.
- 7 Sententia vicinatis vel pluralitatis facit jus quoad omnes.

Ibi, Lo pueden hazer. Hæc est conclusio totius nostri tit. & materix, scilicet, quod cuilibet libera est potestas transferendi se & sua de uno loco ad alium, ne libertas à jure naturali concessa restringatur, contra dispositionem l. Titio centum §. Titio. ff. de cond. & demostri potest enim quis ubicumque ei placuerit, si prohibeatur iuste, domicilium habere, ut in l. nihil. ff. ad municipalem, tradit Bart. in l. asumpti. & in l. de jure. ff. eod. tit. & Abb. in cap. si notab. 2. extra de paroch. Soc. Jun. cons. 7. num. 1. volum. 2. aded ut licet fuerit anceps questio in cancellaria Pinciana, an oppida horum regnorum possint compelli aliquem recipere in civem, probabilior tamen & verior ac tenenda sententia est, quod compelli possint, tam ex dictis & ex l. nostra, quam etiam, quia Reipub. in-

terest oppida civibus ampliari, ut in l. 2. C. de iudic. vid. tollen. & ex l. fin. §. penult. ff. de bonis damnat. ex quo non immodice civitates illustrantur, unde interrogatus Homeus, qui essent maximi civitatis ornatus, inquit, pueri & turres: per pueros populi amplitudinem significans, quibus & aliis rationibus hæc tueretur sententiam ut probabilior rem Borgos de Paz, in l. 3. Tauri. num. 513. cum aliquib. sequentibus. ubi & inquit civitatem statueri minime posse, injuste à civitate expulsum, nec ullo tempore ad civitatem recipiendum, quia statutum sapiens monopolium jure dirigitur, ex l. 1. de monopol. neque aliud ex l. ff. ad mun. colligi potest, nam licet civis à civitate recipiendus sit, ut talis dicatur, nullo modo exinde colligi potest civitatem non esse cogendam illum recipere, sed potius contrarium ex dictis & hoc verum est nisi in materia rit. & l. 1. C. non licere habit. metro. lib. 11. localis enim est titulus ille, & sic ad alia non extendendus: ex quibus domicilia contrahantur ultra text. & ibi Doctores, in cap. cum nullis, de tempo. ordin. lib. 6. & l. 2. titulo 24. part. 4. & l. 32. titulo 2. part. 3. tradit Menoch. de arbit. jud. casu 86. per rationem, ubi singulariter loquitur. Habes tamen notare quod femina originaria unius loci, licet alibi nubar & non propterea vocatur forensis, ut inquit Decian. Respons. 73. num. 1. volumine 2. nam ut inquit Bald. in l. 1. §. quod autem ff. de iur. & curat. dat. ab his relictis per gl. Natural. in dist. l. 32. illi potius dicantur de loco aliquo, qui ratione originis sunt de illo loco, ex quibus semel in factis dixi, quod si mulier hæc in sua civitate originaria, vel quilibet alius originarius, vendat, aut contrahat, non dicitur forensis, neque ut talis solvet gabellam gabellario, Del viento, sed ut originarius solvet eam, adde ut etiam mulier hæc

esse alibi nupta, idem dicendum esset, nam licet nupta, quando est nupta, desinat esse civis proprix originis, hoc est verum in quantum retraheretur à servituti viti, non vero in aliis, & secundum glof. De casamento, in dist. 1. 32. ubi allegat Plateam limitantem. Et notandum itidem est, quod sententia vicinitatis, & popularitatis lata in contradictorio & iudicio facit jus quoad omnes, secundum Addition. Bart. in l. quotiescumque C. de decur. libr. 10.

Ibi, Salvo si per concordia. Verfic. hic limitativus est precedentis dispositionis & conclusionis, in glof. precedente à nobis formata, est itaque in hac materia magis potum expressum civium et vicinorum oppidorum, quam statuta & ordinationes ipsorum populorum, ut ex l. nostra clarissime probatur, sed an conventionem parium possit quis adstringi ad perpetuo vivendum in aliquo loco, alibi diximus.

IN LEGEM SECUNDAM.

Domini locorum exemptiones non possunt tribuere transferentibus se ad habitandam in locis & terris suis, sub pena nullitatis talium exemptionum, & ea utentes predictores judicabuntur & consuetudinem bonorum patierunt.

SUMMARIUM.

- 1 Civitas an possit concedere immunitatem civi nullo.
2 Cives novi an teneantur ad contributionem veterum debiturum.

Ibi, Que la tal exemption no vale, Est enim in prejudicium Regis & suorum jurium, & contra l. precedentis dispositionem, & ne ejus terra inhabitabilis relinquatur & deserta, cum potius augenda & amplianda sit, ut inquit Consul in l. 2. in fin. C. communia de manu. ibi civitatem nostram ampliandam potius quam minuendam esse censemus, & ex l. 2. C. de ind. vidui. rullen. & l. si quis patronorum §. idemque juris est C. de bon. lib. & glof. quavis in cap. ex parte de res. spoliar. & an possit concedi per civitatem immunitas + novello civi, tradit Rom. consil. 252. & dixi in mea Curia Pisana de decur. & an novi cives teneantur + ad contributionem debitorum veterum, dixi in l. 10. tit. 14. lib. 6. supra.

Lex 3, sequens est ampliativa nostre l. 2. scilicet, ut quicumque obligationes à talibus personis facte dominis terrarum ubi se conferunt, nulla etiam fiat, sicut & exemptiones fuerunt, & quod nihilominus teneantur tales contribuere pro bonis in terris Regis relicti.

Lex etiam 4, ampliativa est, in quantum ibidem dicitur quod possint habitantes in terris Dominorum ad oppida Regis se conferre, & bona libere ibidem trahere, & relicta in locis, De Senorio, possint cultivare & administrare & nullo modo in hoc possint impediri, & ex istis legibus cessant dicta per Agid. Thom. in Tract. de collectis, in §. incipienti pauperes, numero 13. in 12. volumine Tract. divers. Dott. fol. 143. ubi dubitabat cum aliis, an sine licentia civitatis, vel Domini possit incola alibi se transferre.

IN LEGEM QUINTAM.

Habentes bona in uno loco contribuant pro eis, etiam in alio vivunt.

SUMMARIUM.

- 1 Tributa debita ratione rei, ubi sunt exigenda ubi rei sunt, ubi n. 2. an constructio immemorialis contraria valeat.
2 Electus in loco originis & in loco domicilio, ubi serviet.

Ibi, Que pechen, y paguen por los tales bienes, en las tales villas y lugares donde los dexaren. Tributa enim debita ratione rei, ubi sunt exigenda ubi res collocata est, quemadmodum in decimis, not. glof. in summa 13. quest. 1. cap. significavit, & ibi glof. de parochi. cap. quoniam, & ibi glof. fin. & in cap. Apostolica, verbo, constructio, & glof. in c. cum sint de decimo, Didac. Perez, in l. 1. glo. 1. q. 3. tit. 5. lib. 3. supra, tradit in propositum nostre l. Avend. e. 14. procor. numero 34. versic. item alii volunt, lib. 2. & ibidem num. 18. alia in propositum prosequitur, & iterum in responso 16. & Bart. Soc. consil. 129. lib. 1. & tenet Tyberius Decian. in Respon. 53. numero 18. vol. 1. & Craveta, in consil. 201. ubi numero 14. inquit valere statutum, quod forenses graviores collectas solvant, quam cives. Et diximus alia in l. 10. tit. 14. lib. 6. supra, sed an constructio immemorialis contraria valeat, crederem quod non, ex text. nostro omnem & quamlibet constructio nem reprobante, quo casu immemorialis etiam censetur reprobata, ut diximus in l. 3. n. 2. tit. 1. lib. 2. supra. Et tradit Pelaez de major. 3. part. quest. 20. numero 51. sed Avend. in Respon. 16. in propositum nostre l. in numero 3. in versic. sed praedictis cum sequentibus distinguit, ut quoad prejudicium Regis, de quo lex nostra loqui videtur, etiam immemorialis non valet, sed quoad ipsos populos contententes valeat, nimis tamen suppletiva est haec distinctio ad l. nostram, quae populis & vicinis populorum providere vult, & sic dubia mihi videtur dicta distinctio Avend. ibi, Como personales, his verbis destruit opinio Angel. in l. 1. C. de mul. & in quo loco, & in l. cum neque C. de incolis, dicentis, quod forensi possidenti aliquid in civitate, vel comitatu non potest iudici onus custodire, neque potest iudici collecta, & fuit opinio Bart. in dist. l. 1. & in dist. l. cum neque & in l. forma §. 1. ff. de cens. teste Agidio Thomasi in Tract. de collectis, sub §. exposuimus supra, numero 35. vol. 12. Tract. divers. fol. 164. & Zephal. consil. 317. numero 23. & infra. Quod quidem ex l. nostra cessare videtur, siue sint personalia munera solum, siue realia, siue mista, & diximus in dist. tit. 14. supra isto lib. sub l. 10. crederem tamen quod si in illo loco ubi habet bona eligeretur ad munera personalia, & in loco ubi habitat itidem eligeretur ad alia, compelleretur + ubi prius electus fuit munera subire, & adimplere.

TITULUS DECIMUS.

De los Navios.

TITULUS hic continuari ad precedentes potest, hoc videlicet modo, quod cum dictum sit de venatione, & piscatione, qua quidem piscatio in fluminibus & mari fieri solet, nunc consequenter sequitur videre de navibus, qua in fluminibus & mari quotidie versantur.

IN LEGEM PRIMAM.

Naves ut fiant pro tuitione maris, disponit l. nostra.


SUMMARIUM.

- 1 Plaustrorum & navium prestationes de Regalibus sunt.
2 Navium appellatione omnia navigiorum genera continentur, navis scapha non est instrumentum navis & num. 3.
3 Qualitates rei & accidentia, qua rebus adduntur, differentiam specificam non constituunt neque rem specie differre faciunt.
4 Navis in multiplici sunt differentia.
5 Navigia etiam pro omni genere navis capiuntur.
6 Navis habent quae membra sua.
7 Navigari in flumine nemo prohibetur.
8 Navis reparata novis tabulis an sit eadem vel alia.
9 Navem suam si quis ex alienis tabulis reficiat an remanebit sua.
10 Navis si tempore, quo recedit refectioe indigeat, & itidem cum ad locum destinatum pervenit praesumitur medio tempore etiam refectioe indiguisse, ubi insertur ad magistris navium.
11 Navis dominium non retransfert per solum emptianis titulum, sed per traditionem.
12 Navigare licet utile exercitum sit & necessarium, tamen est periculis plenum, ubi pericula.
13 Socius est in culpa, si res societatis per mare vehere voluerit.
14 Maris procellae inexorabiles sunt & nemini parcentes.
15 Navigantes miserabiles persona dicuntur.
16 Navis paratur ad hoc, ut naviget, ubi insertur ad socios navis dissentientibus, an navis naviget, cui stabitur.

